Novembris-Decembris 1928

Collationes Brugenses

OPUS PERIODICUM

auctoritate Ill^mi ac Rev^mi Episcopi Brugensis

ET OPERA

RR. DD. Professorum Maj. Sem. Brugen.

EDITUM

Labia sacerdotis custodient scientiam
MAL., II, 7

TOMUS XXVIII

BRUGIS FLANDRORUM
SEMINARIUM EPISCOPALE
MCMXXVIII

Januarii-Februarii 1928

Collationes Brugenses

OPUS PERIODICUM

auctoritate Ill^mi ac Rev^mi Episcopi Brugensis

ET OPERA

RR. DD. Professorum Maj. Sem. Brugen.

EDITUM

Labia sacerdotis custodient scientiam
MAL., II, 7

ALMA COLLEGE LIBRARY Alma, Canada
P
CB

TOMUS XXVIII

ALMA COLLEGE LIBRARY

BRUGIS FLANDRORUM
SEMINARIUM EPISCOPALE
MCMXXVIII

25328

v. 28
1928

Digitized by the Internet Archive
in 2024

https://archive.org/details/collationes-brugenses_november-december-1928_28

Collationes Brugenses

Litteræ encyclicæ

AD RR. PP. DD. PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS, ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES: DE VERA RELIGIONIS UNITATE FOVENDA (1).

PIUS PP. XI

VENERABILES FRATRES
SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Mortalium animos nunquam fortasse alias tanta incessit cupiditas fraternæ illius, qua — ob unam eandemque originem ac naturam — inter nos obstringimur copulamurque, necessitudinis cum confirmandæ tum ad commune humanæ societatis bonum transferendæ, quantam per nostra hæc tempora incessisse videmus. Cum enim nationes pacis muneribus nondum plene fruantur, quin immo vetera alicubi et nova discidia in seditiones inque civiles conflictiones erumpant; controversias autem sane plurimas, quæ ad tranquillitatem prosperitatemque populorum pertinent, dirimi nequaquam liceat, nisi concors eorum actio atque opera intercedat, qui Civitatibus præsunt earumque negotia gerunt ac provehunt; facile intellegitur — eo magis quod de generis humani unitate iam nulli dissentiunt — quare cupiant plerique, ut, universa eiusmodi germanitate instinctæ, cotidie arctius variæ inter se gentes cohæreant.

Maxima cupiditas fraternæ necessitudinis inducendæ ac promovendæ inter gentes nunc conspicitur.

Rem haud dissimilem in iis, quæ invectam a Christo Domino Novæ Legis ordinationem respiciunt, efficere quidam contendunt. Quod enim pro comperto habeant, homines quovis religionis sensu destitutos perraro inveniri, idcirco eam in spem ingressi videntur, haud difficulter eventurum, ut populi, etsi de rebus divinis alii

Similis motus in re religiosa nostris temporibus.

(1) *Acta Apost. Sedis*, XX (1928), p. 5 s.

aliud tenent, in nonnullarum tamen professione doctrinarum, quasi in communi quodam spiritualis vitæ fundamento, fraterne consentiant. Qua de causa ab iis ipsis conventus, cœtus, contiones, haud mediocri cum auditorum frequentia, haberi solent, et advocari illuc ad disceptandum promiscue omnes, ethnici omne genus, tum christifideles, tum etiam qui ab Christo infeliciter descivere vel qui divinæ eius naturæ ac legationi præfracte pertinaciterque repugnant. Eiusmodi sane molimenta probari nullo pacto catholicis possunt, quandoquidem falsa eorum opinione nituntur, qui censent, religiones quaslibet plus minus bonas ac laudabiles esse, utpote quæ etsi non uno modo, æque tamen aperiant ac significent nativum illum ingenitumque nobis sensum, quo erga Deum ferimur eiusque imperium obsequenter agnoscimus. Quam quidem opinionem qui habent, non modo ii errant ac falluntur, sed etiam, cum veram religionem, eius notionem depravando, repudient, tum ad naturalismum et atheismum, ut aiunt, gradatim deflectunt: unde manifesto consequitur, ut ab revelata divinitus religione omnino recedat quisquis talia sentientibus molientibusque adstipulatur.

Conamina varia ad unitatem religiosam quamdam obtinendam.

In falsa nituntur opinione omnes religiones plus minus esse bonas.

At fucata quadam recti specie nonnulli facilius decipiuntur cum de unitate agitur christianos inter omnes fovenda. Nonne — dictitari solet — æquum est, immo etiam cum officio consentaneum, quotquot Christi nomen invocant, eos et a mutuis criminationibus abstinere sese et mutua tandem aliquando caritate coniungi? Ecquis enim dicere audeat, ab se Christum amari, nisi pro viribus optata ipsius perficienda curet, Patrem rogantis ut discipuli sui « unum » essent? (1). Atque idem Christus discipulos suos nonne hac veluti nota insigniri ab ceterisque distingui voluit, ut scilicet inter se diligerent: « In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem? » (2). Christiani quidem universi — addunt — utinam « unum » essent: etenim ad propulsandam impietatis luem multo plus possent, quæ, cum latius in dies serpat ac pervagetur, enervare Evangelium parat. Hæc aliaque id genus iactant atque inflant qui *panchristiani* vocantur; iidemque tan-

Rationes falsæ in favorem adductæ alicujus unitatis saltem inter omnes christianos.

(1) *Ioann.*, XVII, 21.
(2) *Ioann.*, XIII, 35.

tum abest ut pauci admodum rarique sint, ut, contra, in integros veluti ordines creverint, et in societates coiverint late diffusas, quas plerumque, etsi alii alia imbuti de rebus fidei doctrina, acatholici homines moderantur. Inceptum interea istud tam actuose provehitur, ut multifariam sibi civium assensum conciliet, et ipsos complurium catholicorum animos spe capiat alliciatque talis efficiendæ unionis quæ cum Sanctæ Matris Eeclesiæ votis congruere videatur, cui profecto nihil antiquius quam ut devios ad gremium suum filios revocet ac reducat. Verum sub horum illecebris blandimentisque verborum error latet sane gravissimus, quo catholicæ fidei fundamenta penitus disiiciuntur.

Momentum hujus actionis quam *panchristiani* movent.

Periculum inde pro nonnullis catholicis.

Conscientia igitur apostolici officii cum moneamur, ut dominicum gregem perniciosis ne sinamus circumveniri fallaciis, vestram, Venerabiles Fratres, in cavendum eiusmodi malum diligentiam advocamus ; confidimus enim, per scripta et verba cuiusque vestrum posse facilius et ad populum pertingere et a populo intellegi quæ mox principia et rationes proposituri sumus, unde catholici accipiant quid sibi sentiendum agendumve cum res est de inceptis quæ eo spectant, ut, quotquot christiani nuncupantur, ii omnes in unum corpus quoquo pacto coalescant.

Quare rectam doctrinam catholicam exponere necesse est.

A Deo, universarum rerum Conditore, idcirco creati sumus ut eum cognosceremus eique serviremus ; plenum igitur Auctor noster ius habet, ut sibi a nobis serviatur. Potuit quidem Deus regundo homini unam tantummodo præstituere naturæ legem, quam scilicet, creando, in eius animo insculpsit, eiusque ipsius legis ordinaria deinceps providentia temperare incrementa ; at vero præcepta ferre maluit, quibus pareremus, et decursu ætatum, scilicet ab humani generis primordiis ad Christi Iesu adventum et prædicationem, hominem ipsemet officia docuit, quæ a natura rationis participe sibi Creatori deberentur : « Multifariam multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, novissime diebus istis locutus est nobis in Filio » (1). Liquet inde, veram religionem esse posse nullam præter eam quæ verbo Dei revelato nititur : quam quidem revelationem, fieri ab

Deus, omnium creator, benigne voluit religionem instituere supernaturalem.

Religio *vera* est religio *revelata*.

(1) *Hebr.*, 1, 1 seq.

Huic revelationi, per Christum perfectæ, credere et obedire tenemur.

initio cœptam et sub Veteri Lege continuatam, Christus ipse Iesus sub Nova perfecit. Iamvero, si locutus est Deus — quem reapse locutum, historiæ fide comprobatur —, nemo non videt, hominis esse, Deo et revelanti absolute credere et omnino obedire imperanti : utrumque autem ut nos, ad Dei gloriam nostramque salutem, recte ageremus, Unigenitus Dei Filius suam in terris Ecclesiam constituit. Porro qui se christianos profitentur, putamus eos facere non posse quin credant, Ecclesiam quandam, eandemque unam, ab Christo conditam esse ; verum si quæritur præterea, qualem, Auctoris sui voluntate, eam esse oporteat, iam non omnes consentiunt. Ex iis enim bene multi, exempli causa, negant, Ecclesiam Christi adspectabilem atque conspicuam esse oportere, eatenus saltem, quatenus unum apparere debeat fidelium corpus, in una eademque doctrina sub uno magisterio ac regimine concordium ; at, contra, Ecclesiam adspectabilem seu visibilem intellegunt non aliud esse, nisi Fœdus ex variis christianorum communitatibus compositum, licet aliis aliæ doctrinis, vel inter se pugnantibus, adhæreant.

Ut hoc recte ageremus, ideo *Ecclesia* constituta est, et quidem *una* et *visibilis*; errores quidam in hac materia vituperantur.

Ecclesia est *societas perfecta*, dispensatrix bonorum cælestium, quæ *nunquam deficere* potest.

— Ecclesiam vero suam instituit Christus Dominus societatem perfectam, natura quidem externam obiectamque sensibus, quæ humani generis reparandi opus, unius capitis ductu (1), per vivæ vocis magisterium (2) perque sacramentorum, cælestis gratiæ fontium, dispensationem (3), in futurum tempus persequeretur ; quamobrem et regno (4) et domui (5) et ovili (6) et gregi (7) eam comparando similem affirmavit. Quæ quidem Ecclesia, tam mirabiliter constituta, Conditore suo itemque Apostolis eius propagandæ principibus morte sublatis, desinere atque exstingui profecto non poterat, utpote cui mandatum esset, ut universos homines, nullo temporum locorumque discrimine, ad æternam salutem perduceret: « euntes ergo docete omnes gentes » (8). Cuius in perpetua perfunctione muneris num Ecclesiæ aliquid virtutis

(1) *Matth.*, XVI, 18 seq. ; *Luc.*, XXII, 32 ; *Ioann.*, XXI, 15-17.
(2) *Marc.*, XVI, 15.
(3) *Ioann.*, III, 5 ; VI, 48-59 ; XX, 22 seq. ; cfr *Matth.*, XVIII, 18 etc.
(4) *Matth.*, XIII.
(5) Cfr *Matth.*, XVI, 18.
(6) *Ioann.*, X, 16.
(7) *Ioann.*, XXI, 15-17.
(8) *Matth.*, XXVIII, 19.

efficaciæque defuturum est, quando ei præsens perpetuo adest Christus ipsemet, sollemniter pollicitus : « Ecce vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi ? » (1). Itaque fieri non potest quin Ecclesia Christi non modo et hodie et in omne tempus, sed etiam eadem prorsus exsistat, quæ in ævo apostolico fuit, nisi dicere velimus — quod absit — Christum Dominum aut non suffecisse proposito, aut tum errasse cum asseveravit, portas inferi adversus eam nunquam fore prævalituras (2).

Solemnis promissio Christi : Ecclesia sempermanebit et semper eadem.

Atque hoc loco aperienda occurrit ac tollenda falsa quædam opinio, unde tota eiusmodi causa pendere videtur, itemque acatholicorum actio et conspiratio proficisci illa multiplex, quæ ad consociandas christianas ecclesias, ut diximus, pertinet. Scilicet huius auctores consilii Christum dicentem : « Ut omnes unum sint... Fiet unum ovile et unus pastor » (3) pæne infinite afferre consueverunt, ita tamen, ut significari per ea verba velint Christi Iesu votum et precem, quæ adhuc effectu suo careant. Opinantur enim, fidei ac regiminis unitatem — quæ veræ et unius Ecclesiæ Christi insigne est — nec fere unquam exstitisse antehac nec hodie exsistere ; eandemque optari quidem posse et fortasse per communem voluntatum inclinationem aliquando effici, sed commenticium quiddam interea habendam esse. Addunt, Ecclesiam per se, seu natura sua, in partes esse divisam, idest ex plurimis ecclesiis seu communitatibus peculiaribus constare, quæ, disiunctæ adhuc, etsi nonnulla doctrinæ capita habent communia, tamen in reliquis discrepant ; iisdem sane iuribus frui singulas ; Ecclesiam, ad summum, ab ætate apostolica ad priora usque Œcumenica Concilia unicam atque unam fuisse. Oportere igitur aiunt, controversiis vel vetustissimis sententiarumque varietatibus, quæ christianum nomen ad hunc diem distinent, prætermissis ac sepositis, de ceteris doctrinis communem aliquam credendi legem effici ac proponi, cuius quidem in professione fidei omnes non tam norint quam sentiant se fratres esse ; multiplices autem ecclesias seu communitates, si universo quodam fœdere coniunctæ sint, ea iam condicione fore, ut solide

Falsa opinio quorumdam, qui verba Christi de unitate audiunt tanquam votum et precem.

Secundum eosdem Ecclesia constat natura sua pluribus communitatibus, quas, sepositis controversiis doctrinalibus, in unum fœdus consociare juvat.

(1) *Matth.*, XXVIII, 20.
(2) *Matth.*, XVI, 18.
(3) *Ioann.*, XVII, 21 ; X, 16.

Quidam sane admittunt Protestantismum quædam inconsulto nimis abjecisse, sed Ecclesiam pariter priscam religionem corrupisse addunt.

fructuoseque impietatis progressionibus obsistere queant. Ista quidem, Venerabiles Fratres, communiter. Verumtamen sunt qui ponant ac concedant, Protestantismum, quem vocant, quædam fidei capita nonnullosque externi cultus ritus, sane gratos atque utiles, inconsulto nimis abiecisse, quos, contra, Ecclesia Romana adhuc retinet. Mox tamen subiiciunt, hanc quoque ipsam perperam fecisse, quæ priscam religionem corruperit, aliquibus doctrinis, Evangelio non tam alienis quam repugnantibus, additis ad credendumque propositis ; quas inter

Præcipue impugnant primatum jurisdictionis romani pontificis.

præcipuam illam numerant de iurisdictionis Primatu, qui Petro eiusque in Sede Romana successoribus adjudicatur. In quo quidem numero adsunt, quamquam non ita multi, qui Romano Pontifici aut primatum honoris aut iurisdictionem seu potestatem quandam indulgeant, quam nihilominus non a iure divino sed a fidelium consensu quodammodo proficisci arbitrantur ; atque alii vel eo progrediuntur, ut conventibus illis suis, quos versicolores dixeris, ipsum Pontificem præsidere cupiant. Quodsi multos, ceteroqui, reperire acatholicos licet fraternam in Christo Iesu communionem pleno ore prædicantes, at nullos profecto invenias, quorum in cogitationem cadat, ut Iesu Christi Vicario vel docenti vel

Cum Romana Ecclesia æquo jure agere volunt, nec ab ulla sua opinione recedere contendunt.

gubernanti se subiiciant ac pareant. Interea affirmant, sese cum Ecclesia Romana, æquo tamen iure, idest pares cum pari libenter acturos : at agere si possent, non videtur dubitandum quin ea mente agerent, ut per pactum conventum forte ineundum ab iis opinionibus recedere ne cogerentur, quæ causa adhuc sunt, cur extra unicum Christi ovile vagentur atque errent.

Quare non potest Sedes Apostolica eorum conventus participare, neque licet catholicis talibus inceptis suffragari, nam de veritate revelata tuenda jam agitur.

Quæ cum ita se habeant, manifesto patet, nec eorum conventus Apostolicam Sedem ullo pacto participare posse, nec ullo pacto catholicis licere talibus inceptis vel suffragari vel operam dare suam ; quod si facerent, falsæ cuidam christianæ religioni auctoritatem adiungerent, ab una Christi Ecclesia admodum alienæ. Num Nos patiemur — quod prorsus iniquum foret — veritatem, eamque divinitus revelatam, in pactiones deduci ? Etenim de veritate revelata tuenda in præsenti agitur. Siquidem ad omnes gentes evangelica fide imbuendas misit Christus Iesus in mundum universum Apostolos, quos, ne quid errarent, per Spiritum Sanctum doceri ante voluit omnem veritatem (1) : numne hæc Apostolorum doctrina

(1) *Ioann.*, XVI, 13.

in Ecclesia, cui rector et custos Deus ipse adest, aut penitus defecit aut perturbata aliquando est? Quodsi Evangelium suum Redemptor noster non ad apostolica tantum tempora, sed ad futuras quoque ætates pertinere, significanter edixit, potuitne obiectum fidei tam obscurum incertumve procedente tempore fieri, ut opiniones vel inter se contrarias hodie oporteat tolerari? Hoc si verum esset, dicendum quoque foret, et Spiritus Paracliti in Apostolos illapsum et eiusdem Spiritus in Ecclesia permansionem perpetuam et ipsam Iesu Christi prædicationem abhinc pluribus sæculis efficaciam utilitatemque omnem amisisse : quod sane affirmare, blasphemum est. Iamvero Unigenitus Dei Filius, cum legatis suis imperavit ut docerent omnes gentes, tum omnes homines hoc obstrinxit officio, ut iis rebus fidem adiungerent quæ sibi a « testibus præordinatis a Deo » (1) nuntiarentur, atque ita iussum sanxit : « Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit ; qui vero non crediderit, condemnabitur » (2) ; sed utrumque Christi præceptum, quod non impleri non potest, alterum scilicet docendi, alterum credendi ad æternæ adeptionem salutis, ne intellegi quidem potest, nisi Ecclesia evangelicam doctrinam proponat integram ac perspicuam sitque in ea proponenda a quovis errandi periculo immunis. In quo de via ii quoque declinant, qui censent, depositum quidem veritatis in terris exsistere, sed tam operoso labore, tam diuturnis studiis disceptationibusque illud quæri oportere, ut ad inveniendum ac potiundum vix hominis vita sufficiat ; quasi benignissimus Deus per prophetas et Unigenitum suum sit idcirco locutus, ut quæ per hos revelasset, pauci tantummodo, iidemque ætate iam graves, perdiscerent, minime vero ut fidei morumque doctrinam præciperet, qua homo per totum mortalis vitæ curriculum regeretur.

Falsum prorsus est religionem Christi fuisse in Ecclesia corruptam; quin immo tale quid affirmare blasphemum est.

Verba Christi præcipientis ut legati sui docerent et homines omnes crederent, sensum non habent nisi Ecclesia sit infallibilis in doctrina Christi integra proponenda, et quidem tam perspicuo modo ut omnes facile ad veritatem pervenire possint.

Videantur quidem *panchristiani* isti, qui ad consociandas ecclesias intendunt animum, nobilissimum persequi consilium caritatis christianos inter omnes provehendæ ; at tamen qui fieri potest, ut in fidei detrimentum caritas vergat? Nemo sane ignorat, Ioannem ipsum, caritatis Apostolum, qui in evangelio suo Cordis Iesu Sacratissimi videtur secreta pandidisse perpetuoque memoriæ suorum

Nobilissimum consilium videantur persequi panchristiani, at in detrimentum fidei vergens.

(1) *Act.*, x, 41.
(2) *Marc.*, xvi, 16.

Testimonium Joannis, apostoli caritatis, de necessitate servandi doctrinam Christi integram.

Fœdus christianum sine unitate doctrinæ prorsus impossibile.

Præcipua quædam capita dissensus intestini in tali fœdere ; unde constat de necessitate unius magisterii et unius legis credendi.

Periculum indifferentismi et modernismi.

præceptum novum « Diligite alterutrum » inculcare consueverat, omnino vetuisse ne quid cum iis haberetur commercii, qui Christi doctrinam non integram incorruptamque profiterentur : « Si quis venit ad vos et hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec ave ei dixeritis » (1). Quamobrem cum caritas fide integra ac sincera, quasi fundamento, innitatur, tum unitate fidei, quasi præcipuo vinculo, discipulos Christi copulari opus est. Itaque fingere animo qui liceat christianum quoddam Fœdus, quod qui inierint, vel tum, cum de fidei obiecto agitur, suam quisque cogitandi sentiendique rationem retineant, quamvis ea ceterorum opinionibus repugnet? Et quo pacto, rogamus, unum idemque fidelium Fœdus participent homines qui contrarias in sententias abeunt? ut, exempli causa, sacram Traditionem genuinum esse divinæ Revelationis fontem, qui affirmant et qui negant? ut qui ecclesiasticam hierarchiam, ex episcopis, presbyteris atque ministris constantem, censent divinitus constitutam, et qui asserunt pro rerum temporumque condicione pedetemptim inductam? qui in Sanctissima Eucharistia per mirabilem illam panis et vini conversionem, quæ transsubstantiatio appellatur, præsentem reapse Christum adorant, et qui ibi corpus Christi tantummodo per fidem vel per signum ac virtutem Sacramenti adesse affirmant ; quæ in ea ipsa sacrificii item ac sacramenti naturam agnoscunt, et qui eam dicunt nihil esse aliud quam Dominicæ Cœnæ memoriam seu commemorationem? qui bonum atque utile esse credunt, Sanctos una cum Christo regnantes, in primis Deiparam Mariam, suppliciter invocari eorumque imaginibus venerationem impertiri, et qui contendunt eiusmodi cultum adhiberi non posse, utpote qui honori « unius mediatoris Dei et hominum » Iesu Christi (2) adversetur? Qua quidem tanta opinionum discrepantia nescimus quomodo ad unitatem Ecclesiæ efficiendam muniatur via, quando ea nisi ex uno magisterio, ex una credendi lege unaque christianorum fide oriri non potest ; at scimus profecto, facile inde gradum fieri ad religionis neglegentiam seu *indifferentismum* et ad modernismum, ut aiunt, quo qui misere infecti sunt,

(1) *II Ioan.*, 10.
(2) Cfr *I Tim.*, II, 5.

tenent iidem, veritatem dogmaticam non esse *absolutam* sed *relativam*, idest variis temporum locorumque necessitatibus variisque animorum inclinationibus congruentem, cum ea ipsa non immutabili revelatione contineatur, sed talis sit, quæ hominum vitæ accommodetur. Præterea, quod ad res credendas attinet, discrimine illo uti nequaquam licet quod inter capita fidei *fundamentalia* et *non fundamentalia*, quæ vocant, induci placuit, quasi altera recipi ab omnibus debeant, libera, contra, fidelium assensioni permitti altera queant; supernaturalis enim virtus fidei causam formalem habet, Dei revelantis auctoritatem, quæ nullam distinctionem eiusmodi patitur. Quapropter quotquot vere sunt Christi, quam, exempli gratia, Augustæ Trinitatis mysterio fidem præstant, eandem dogmati Deiparæ sine labe originis Conceptæ adhibent, pariterque Incarnationi Dominicæ non aliam atque infallibili Romani Pontificis magisterio, eo quidem sensu quo ab Œcumenica Vaticana Synodo definitum est. Neque enim quod eiusmodi veritates alias aliis ætatibus, vel proxime superioribus, sollemni Ecclesia decreto sanxit ac definivit, eædem idcirco non æque certæ, non æque credendæ; nonne Deus illas omnes revelavit? Etenim Ecclesiæ magisterium — quod divino consilio in terris constitutum est ut revelatæ doctrinæ cum incolumes ad perpetuitatem consisterent, tum ad cognitionem hominum facile tutoque traducerentur — quamquam per Romanum Pontificem et Episcopos cum eo communionem habentes cotidie exercetur, id tamen complectitur muneris, ut, si quando aut hæreticorum erroribus atque oppugnationibus obsisti efficacius aut clarius subtiliusque explicata sacræ doctrinæ capita in fidelium mentibus imprimi oporteat, ad aliquid tum sollemnibus ritibus decretisque definiendum opportune procedat. Quo quidem extraordinario magisterii usu nullum sane inventum inducitur nec quidquam additur novi ad earum summam veritatum, quæ in deposito Revelationis, Ecclesiæ divinitus tradito, saltem implicite continentur, verum aut ea declarantur quæ forte adhuc obscura compluribus videri possint aut ea tenenda de fide statuuntur quæ a nonnullis ante in controversiam vocabantur.

Ita redimus ad falsam sententiam de veritate relativa.

Neque admittenda distinctio inter capita fidei fundamentalia et non fundamentalia quia una causa formalis fidei supernaturalis est auctoritas Dei revelantis.

Munus magisterii ecclesiastici in doctrina revelata conservanda, proponenda, definienda sive solemni sive ordinario modo.

Itaque, Venerabiles Fratres, planum est cur hæc Apostolica Sedes numquam siverit suos acatholicorum interesse conventibus: christianorum enim coniunctionem

Ideo Sedes Apostolica nunquam favit talibus conventibus.

Unitas obtinenda per reditum ad *unam veram* Ecclesiam Christi, omnibus *conspicuam*, perpetuo *mansuram*, nunquam contaminatam nec contaminandam.

haud aliter foveri licet, quam fovendo dissidentium ad unam veram Christi Ecclesiam reditu, quandoquidem olim ab ea infeliciter descivere. Ad unam veram Christi Ecclesiam, inquimus, omnibus sane conspicuam et talem, Auctoris sui voluntate, perpetuo mansuram, qualem ipsemet ad communem salutem instituit. Neque enim mystica Christi Sponsa, sæculorum decursu, contaminata est unquam, nec contaminari aliquando potest, teste Cypriano : « Adulterari non potest Sponsa Christi : incorrupta est et pudica. Unam domum novit, unius cubiculi sanctitatem casto pudore custodit » (1). Et sanctus idem Martyr iure meritoque mirabatur vehementer, quod credere quispiam posset « hanc unitatem de divina firmitate venientem, sacramentis cælestibus cohærentem, scindi in ecclesia posse et voluntatum collidentium divortio separari » (2). Cum enim corpus Christi mysticum, scilicet Ecclesia, unum sit (3), compactum et connexum (4), corporis eius physici instar, inepte stulteque dixeris mysticum corpus ex membris disiunctis dissipatisque constare posse : quisquis igitur cum eo non copulatur, nec eius est membrum nec cum capite Christo cohæret (5).

Una vera Christi Ecclesia *ubi Petrus* ejusque successores legitimi.

Iamvero in hac una Christi Ecclesia nemo est, perseverat nemo, nisi Petri, legitimorumque eius successorum, auctoritatem potestatemque obediendo agnoscat atque accipiat. Episcopo quidem Romano, summo animarum Pastori, nonne maiores paruerunt eorum, qui Photii novatorumque erroribus implicantur ? Recesserunt heu filii a paterna domo, quæ non idcirco concidit ac periit, perpetuo ut erat Dei fulta præsidio ; ad communem igitur Patrem revertantur, qui, iniurias Apostolicæ Sedi ante inustas oblitus, eos amantissime accepturus est.

Exhortatio ut redeant dissidentes ad unitatem, cum verbis Lactantii.

Nam si, quemadmodum dictitant, consociari Nobiscum et cum nostris cupiunt, cur non ad Ecclesiam adire properent, « matrem universorum Christi fidelium et magistram ? » (6). Lactantium iidem audiant clamitantem :

---

(1) *De cath. Ecclesiæ unitate*, 6.
(2) *Ibidem.*
(3) *I Cor.*, XII, 12.
(4) *Eph.*, IV, 15.
(5) Cfr *Eph.*, V, 30 ; I, 22.
(6) *Conc. Lateran. IV*, c. 5.

« Sola ... catholica Ecclesia est quæ verum cultum retinet. Hic est fons veritatis, hoc domicilium Fidei, hoc templum Dei : quo si quis non intraverit vel a quo si quis exierit, a spe vitæ ac salutis alienus est. Neminem sibi oportet pertinaci concertatione blandiri. Agitur enim de vita et salute : cui nisi caute ac diligenter consulatur, amissa et extincta erit » (1).

Quanam mente filii dissidentes redire debent ; paterno animo recipiantur.

Ad Apostolicam igitur Sedem, hac in Urbe collocatam quam Petrus et Paulus Principes Apostolorum suo sanguine consecrarunt, ad Sedem, inquimus, « Ecclesiæ catholicæ radicem et matricem » (2), dissidentes accedant filii, non ea quidem mente ac spe, ut « Ecclesia Dei vivi, columna et firmamentum veritatis » (3) fidei integritatem abiiciat suosque ipsorum toleret errores, sed, contra, ut se illius magisterio ac regimini permittant. Utinam, quod tam multis decessoribus Nostris nondum obtigit, id Nobis auspicato contingat, ut, quos funesto discidio seiunctos a Nobis filios dolemus, paterno animo amplectamur ; utinam Salvator noster Deus « qui omnes homines vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire » (4). Nos audiat enixe exposcentes, ut errantes omnes ad unitatem Ecclesiæ vocare dignetur. Quo quidem in negotio sane gravissimo deprecatricem Beatam Mariam Virginem, Matrem divinæ gratiæ, omnium victricem hæresum et Auxilium christianorum adhibemus adhiberique volumus, ut optatissimi illius diei Nobis quamprimum impetret adventum, quo die universi homines divini eius Filii vocem audient « servantes unitatem Spiritus in vinculo pacis » (5).

Faxit Deus, deprecante Maria, matre divinæ gratiæ, ut errantes omnes ad unitatem Ecclesiæ vocare dignetur.

Hoc, Venerabiles Fratres, intellegitis quam Nobis sit in votis, idque sciant cupimus filii Nostri, non modo quotquot sunt ex orbe catholico, sed etiam quotquot a Nobis dissident : qui si humili prece cælestia lumina imploraverint, sane non est dubium quin unam Iesu Christi veram Ecclesiam sint agnituri eamque tandem ingressuri, perfecta nobiscum caritate coniuncti. In huius exspectatione rei, auspicem divinorum munerum ac testem paternæ

In una vera Ecclesia Christi caritate conjunganfur omnes.

---

(1) *Divin. instit.*, IV, 30, 11-12.
(2) S. CYPR., *Ep. 48 ad Cornelium*, 3.
(3) *I Tim.*, III, 15.
(4) *I Tim.*, II, 4.
(5) *Eph.*, IV, 3.

Benedictio apostolica.

benevolentiæ Nostræ, vobis, Venerabiles Fratres, et clero populoque vestro apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum die VI mensis Ianuarii, in Festo Epiphaniæ Iesu Christi D. N., anno MDCCCCXXVIII, Pontificatus Nostri sexto.

PIUS PP. XI

RESPONSA

ad quæstiones in conferentiis mensis octobris propositas.

—

I.

De restauratione judaïca III.

Q. *Collàtis adjunctis historicis ex libro Esdræ, interpretare prophetiam Aggæi I, 1-II, 1.*

R. — **Aggæus propheta.**

In restauratione templi hierosolymitani post exsilium Babylonis magnas partes habuerunt prophetæ Aggæus et Zacharias. De Aggæi persona pauca admodum scimus; non erat sacerdos (1), sed videtur membrum fuisse alicujus sodalitii prophetarum, cum in libro Esdræ dicatur *nabi*, propheta, dum Zacharias mere vocatur filius Addo (2); prædicatione ejus innuitur (3) Aggæum ex illis fuisse judæis qui gloriam templi Salomonis viderant et a Nabuchodonosor in exsilium ducti sunt (4).

Aggæi prædicationis in libro Esdræ memoratæ (5) liber Aggæi nobis asservavit quattuor summarias orationes cum indicatione chronologica; cum propheta semper in tertia persona nominetur, haud improbabile est non ipsum Aggæum sed unum ex ejus discipulis, sicut fecit Baruch pro Jeremia, prædicationes scripto mandasse.

---

(1) Hoc eruitur ex *Agg.*, II, 11.

(2) *I Esdr.*, V, 1; VI, 14.

(3) *Ib.*, II, 3.

(4) Varia quæ de Aggæo a traditione litteraria rabbinica et christiana legendarie adstruuntur, collecta vide apud E. Tobac, *Les prophètes d'Israël*, II-III, Malines, 1921, p. 457 s.

(5) *I Esdr.*, V, 1; VI, 14.

Adjuncta historica.

Ut supra notavimus (1), ducibus Zorobabel, principe temporali, et Josue, summo sacerdote, israëlitæ ab exsilio reduces fundamenta templi posuerant a. 536; mox autem ob insidias populorum terræ ab opere cessare jussi sunt. Cum jam per quindecim annos templi fundamenta derelicta jacerent, mors nefarii Cambysis et ardua initia regni Darii I faustissimum præbebant momentum ædificationis complendæ. Novus erat rex, coram quo si res deferebatur, judæi invocare poterant primum decretum Cyri, altero sub silentio prætermisso; nec interventus regis adeo timendus erat cum nimis de consolidando throno suo occuparetur (2).

At apud judæos, ut Aggæus dicit, zelus domus Dei admodum decreverat; revera restauratio quam adeo præclaram somniaverant, multis difficultatibus obruebatur: prohibiti fuerant ab ædificatione templi, inimicitiæ et vexationes a parte circumviventium populorum perdurabant; variæ res adversæ, præprimis successivæ ob siccitatem infelices messes et annonæ caritas animum fregerant. Judæi eo devenerant ut se impares ad opus complendum censerent et, quia prophetæ restaurationem cum Messiæ adventu junxerant, mox exspectasse videntur Messiam, qui templum ædificaret; ita exspectatio messianica facta fuerit excusatio ne opus iterum susciperetur (3).

Prima oratio Aggæi (I, 1-II, 1).

In hac prima admonitione propheta vituperat socordiam ducum et populi, qui de suis domibus curantes,

---

(1) *Collat. Brugen.*, XXVII (1927), p. 411.

(2) Non necessaria est hypothesis quorumdam, juxta quos initio regni Darii I numerosæ copiæ judæorum a Babylonia advenissent.

(3) Hæc instans exspectatio Messiæ eleganter supponitur ab A. Van Hoonacker (*Les douze petits prophètes*, Paris, 1908, p. 548) ut ratio reddatur formæ concretæ quam prophetiæ messianicæ apud Aggæum et Zachariam induunt; vide sequentes fasciculos hujusce periodici.

domum Dei ob inanes excusationes negligunt ; hæc negligentia dicitur ratio cur rebus adversis fuerint perculsi ; quare propheta eos hortatur ut opus intermissum denuo assumant. Narratur dein prædicationem scopum suum nactam esse.

In anno secundo Darii regis, in mense sexto, in die una mensis (29 aug., 520), dum Darius variis rebellionibus sedandis adhuc detineretur, Deus locutus est per Aggæum (1). Oraculum divinum directum dicitur ad Zorobabel et Jesum seu Josue ; ad eos revera præprimis ædificatio templi spectabat, sed ex ipsa admonitione et e narratione ejus effectus apparet Aggæum allocutum esse universam communitatem reducum, quæ præcise in hac prima die mensis congregata erat ad neomeniam celebrandam.

Absque præambulo propheta delictum denuntiat, v. 2 : *Hæc ait Dominus exercituum, dicens : Populus iste dicit : Nondum venit tempus domus Domini ædificandæ ;* inanitatem et fœditatem hujus excusationis statim sarcasmo propheta damnat, v, 4 : *Numquid tempus vobis est ut habitetis in domibus* splendidis *tabulatis* (2), *et* (dum) *domus ista* mea quasi *vastata* (3) jacet? Ut intelligant hanc postpositionem templi a Deo punitam esse, addit, v. 5 : *Et nunc hæc dicit Dominus exercituum : Ponite corda vestra*, mentem vestram, *super vias vestras*, np. super rerum eventus inde ab adventu vestro ; quid experti estis ? Segetes modicæ fuerunt, v. 6, *seminastis multum et*

---

(1) Vulg., 1, 1 ad litteram vertit notum hebraïsmum *in manu Aggæi*, id est, per Aggæum quasi instrumentum, quasi prophetam.

(2) Vulg. *laqueatis*, id est, « variis artificum commentis illustratis a lineis, quæ in laqueorum modum variis se voluminibus implicant » ; ita J. Knabenbauer, *Commentarius in proph. min.*, Parisiis, 1886, p. 177. Accuratius vertitur *tabulatis*, quo significantur domus habentes parietes tectos et ornatos tabulis ligneis et sculptis (belegsels, lambris). — Ita exquisite ornatæ fuerint quædam domus judæorum.

(3) Vulg. *deserta ;* templi solummodo fundati aspectus post quindecim annos haud dissimilis erat catervæ ruderum.

in horrea *intulistis parum* (1) ; tempora infausta fuisse jam oratorio modo Aggæus evolvit: *comedistis, et non estis satiati : bibistis, et non estis inebriati,* sitim sedare non potuistis: vestibus *operuistis vos, et non estis calefacti* : *et qui propter salarium laborat, propter salarium laboravit pro sacculo perforato* (2). Hæc adversa Deus sanare potest, v. 8 : *ascendite in montem, portate ligna* ad templum, *et ædificate domum*: *et in ea complacentiam et gloriam habebo* (ita juxta textum hebraïcum) (3).

Eadem parallelo modo iterum proponuntur, v. 7 : *Hæc dicit Dominus exercituum : Ponite corda vestra super vias vestras :* v. 9, *respexistis ad amplius,* exspectastis copiosas messes *et* ecce, *factum est minus,* quasi nihil enim terra produxit; *et* modicam segetem *intulistis in domum,* in horreum, *et exsufflavi* et ad nihilum redegi vel ipsum minimum *illud. Quam ob causam ? dicit Dominus exercituum : quia domus mea collapsa* (ita hebr.) *est, et vos* interea *festinabatis* (4) *unusquisque in* ædificandam et ornandam *domum suam.* Propter hanc rationem Deus terræ denegavit necessarias imbres; v. 10, *propter hoc super vos prohibiti sunt cœli* ita ut *ne*quidem *darent rorem, et terra retinuit proventum suum* (hebr.) : v. 11, *et* ego

---

(1) Cfr v. 9 ss. ; 11, 16 ss , ubi apparet non unice agi de messe hujusce currentis anni.

(2) Van Hoonacker, *o. c.*, p. 554, ad litteram vertit: « celui qui travaille à gages, travaille à gages pour une bourse trouée » ; sensus est ob annonæ caritatem post empta necessaria vitæ nihil salarii superesse.

(3) Cum Van Hoonacker, *l. c.*, ponimus v. 8 ante v. 7 ; rationem hanc affert cl. auctor: « La formule (*ponite corda vestra*) doit avoir en effet le même sens ici qu'au v. 5, c'est à dire qu'elle doit exprimer une exhortation *à considérer ce qui est arrivé.* Or la suite immédiate, au v. 8, ne répond pas à une pareille introduction. Seulement il est à remarquer, d'autre part, que le conseil donné au v. 8 et la promesse implicite que renferme le second membre, seraient beaucoup mieux à leur place à la suite qu'en tête d'un tableau des misères passées ». Alii malunt v. 8 legere post v. 11.

(4) Cum adjunctis imperfectum verbi melius quadrat quam tempus præsens, quod habet Vulg.; forma participii in textu hebraïco utramque significationem habere potest.

Deus *vocavi siccitatem super terram, et super montes, et super triticum, et super mustum* (hebr.), *et super oleum, et quæcumque profert humus, et super homines, et super jumenta, et super omnem laborem manuum.*

Hac dura admonitione compunctum est cor audientium, et statim Zorobabel, Josue et reliqui israëlitæ statuerunt exstructionem templi. Hæc videns, propheta Dei benedictionem pollicitus est, v. 13: *Ego vobiscum sum, dicit Dominus.*

Ita opus jamdudum intermissum assumptum est *in die vigesima et quarta mensis, in sexto mense, in anno secundo Darii regis* (21 sept., 520) (1).

M. De Jonghe.

II.

De munere Christi regio.

Q. *Quomodo probas et explicas Christi munus regium?*

R. — Potestas *regia* dicitur auctoritas seu facultas suprema homines *regendi*, id est, ad finem communem adducendi; distinguitur autem potestas regia *spiritualis* et *temporalis*, secundum finem ad quem dirigit; insuper utpote *suprema* secum fert, uti clare etiam declaratur in encyclica « Quas primas » de festo Christi regis constituendo, *plenitudinem regiminis* seu *jurisdictionis* adeoque importat potestatem legislativam, judiciariam et exsecutivam (2).

1/ Jam autem potestatem regiam, *propria significatione vocis*, Christo tribuendam esse clare continetur in multis testimoniis *Scripturæ sacræ*, tum veteris tum novi

(1) *Agg.*, II, 1; nota in Vulg. caput primum male a capite secundo dividi. Aliqui censent indicationem chronologicam hanc primitus introduxisse aliquam orationem Aggæi nunc deperditam; nulla autem positiva adest ratio ut hoc admittatur.

(2) Encyc. « Quas primas » Pii PP. XI, diei 25 dec. 1925, apud *Collat. Brugen.*, XXVI (1926), p. 8 s.

testamenti, quæ quum ab ipso supremo pontifice distincte proferantur in encyclica, indicare paucis satis erit (1).

Sæpius jam apud prophetas vel in psalmis messianicis fuit Christus prædictus rex futurus, rex pacis et justitiæ, cujus regnum, nullis circumscribendum hac in terra limitibus, adhuc in æternum duraret (2).

Ita pariter in paginis novi testamenti, jam ab ipso nuntio conceptionis Christi legimus: « Et dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus: et regnabit in domo Jacob in æternum, et regni ejus non erit finis » (3).

Insuper Christus « de suo ipse imperio testatur: sive enim in postremo ad populum sermone de præmiis pœnisve locutus est, quibus in perpetuum justi vel rei afficiendi forent, sive præsidi romano respondit, publice ex ipso utrum rex esset percontanti, sive postquam resurrexit, apostolis munus docendi et baptizandi omnes gentes commisit, oblata opportunitate, et sibi regis nomen attribuit (4), et se regem esse palam confirmavit (5), et sollemniter edixit datam sibi esse omnem potestatem in cœlo et in terra (6): quibus profecto verbis quid aliud, quam ejus magnitudo potestatis et infinitas regni, significatur ? » (7).

De potestate Christi regia haud pauca, eaque luce clariora, legere est testimonia apud *ss. Patres*, quorum omnium unum s. Ambrosium adducere sufficiat: « Merito super crucem titulus, quia licet in cruce erat Dominus

---

(1) Cfr etiam encyc. « Annum sacrum » Leonis PP. XIII, diei 15 maii 1899, de hominibus ss. Cordi Jesu devovendis, apud *Collat. Brugen.*, IV (1900), p. 416 s.

(2) Lege *Is.*, IX, 6-7 ; *Dan.*, II, 44 ; VII, 13-14 ; *Jerem.*, XXIII, 5; *Zach.*, IX, 9 coll. *Num.*, XXIV, 19 necnon *Ps.* II, 6 et XLIV (hebr. XLV), 7.

(3) *Lc.*, I, 32 s.

(4) Cfr *Mt.*, XXV, 31-40.

(5) *Jo.*, XVIII, 37.

(6) *Mt.*, XXVIII, 18.

(7) Encyc. « Quas primas », *l. c.*, p. 7, quæ refert adhuc *Apoc.*, I, 5; XIX, 16; *Hebr.*, I, 1; *I Cor.*, XV, 25.

Jesus, supra crucem tamen regis majestas radiabat » (1).

Satis notum est etiam in *liturgia sacra*, Christum ab antiquo tempore salutari regem gloriæ, regem gentium et regem dominantem gentibus (2), nec mirum adeo videtur summum pontificem gloriose regnantem, datis adjunctis hodiernæ tempestatis, ut tandem aliquando « pax Christi in regno Christi » vigere possit (3), festum peculiare de Christo Rege in ecclesiasticam liturgiam induxisse, quod maximam utilitatem tum Ecclesiæ tum societati civili, tum singulis etiam fidelibus allaturum esse sperat (4).

Igitur indubium videtur hanc veritatem de Christi munere regio, cum triplici potestate, *legifera*, *judiciaria* necnon *exsecutiva*, *credendam* esse *fide divina;* pro unaquaque ceteroquin potestate testimonia haud ambigua apud sacras litteras legere fas est (5).

Insuper *fide catholica tenendum est*, utpote solemniter ab Ecclesia *definitum*, Christo competere potestatem *legiferam*, ad quam, uti obvium est, aliæ potestates consequuntur (6).

2/ Ad ulteriorem explicationem regiæ potestatis Christi, primum adverte eamdem vindicandam esse *Christo-homini*, uti summus pontifex aperte etiam pronuntiat (7).

Ad *fundamentum* hujusce potestatis quod attinet, quo

---

(1) S. Ambrosius, *Expos. super evang. Lc.*, x, 113 (MPL, XV, 1832) et lege 3 noct. in officio Christi Regis, ubi lectiones ex s. Augustino ponuntur. Alia plura ss. Patrum testimonia habes apud Hugon, *Tract. dogm.*, II, p. 696, Parisiis, 1927[5].

(2) Ita in hymno « Te Deum », ant. in Adventu, invit. in festo ss. Sacramenti etc.

(3) Vide encyc. « Ubi arcano » Pii PP. XI, diei 23 dec. 1922, apud *Collat. Brugen.*, XXIII (1923), p. 1 s.

(4) Encyc. « Quas primas », *l. c.*, p. 12.

(5) *Ibidem.*, p. 9 et in tractatu de Ecclesia distincta testimonia sacra pro singulis potestatibus reperies.

(6) Cfr *conc. trid.*, œcum. XIX, sess. VI, de justificatione can. 21 (*Enchir.*, n. 831 vel *Thesaurus*, n. 892).

(7) Encyc. « Quas primas », *l. c.*, p. 5.

simul ejus *excellentia* luculenter apparet, nititur imprimis *unione hypostatica*, quare, ait s. Cyrillus alexandrinus (1), Christus rex haberi debet « essentia sua et natura ». Atvero non tantum jure nativo sed et *jure quæsito redemptionis* (2), merito adhuc proclamatur Christus rex *hominum*, et quidem *omnino omnium*, etiam eorum qui nondum, sacro baptismate abluti, ad Ecclesiam Christi pertinent (3).

Quinimmo « homines *societate conjuncti*, nihilo sunt minus in potestate Christi quam singuli,.... [itaque] *nationum rectores* imperio Christi publicum reverentiæ obtemperationisque officium per se ipsi et per populum præstare » tenentur (4).

Ex præmissis præterea plane liquet potestatem Christi regiam præcipue quidem esse *spiritualem* et *supernaturalem ;* ipsum porro Christum *recusasse exercitium regiæ potestatis temporalis* indubie etiam constat verbis ipsius, ubi regnum suum non esse de hoc mundo diserte declaravit (5).

Olim vero fuit controversa quæstio inter theologos, utrum necne Christus tamen habuerit temporalem potestatem *quoad jus*, seu in actu primo, uti dicebant, quod alii quidam negabant, alii plures affirmabant (6).

---

(1) S. Cyrillus alex., *In Jo. evang.*, lib. xii, ad c. xviii, v. 37 s. (MPG, LXXIV, 622). — Adverte hoc titulo Christum *esse* pariter caput angelorum, uti in tractatu de Verbo incarnato demonstratur; *quomodo* dicatur Christus caput angelorum paucis explicatur apud *Collat. Brugen* , XIV (1909), p. 238 s.

(2) Cfr encyc. « Quas primas », *l. c.*, p. 8 ; testimonia sacra præcipua sunt *I Petr.*, i, 18-19 et *I Cor.*, vi. 20.

(3) Encyc. modo citata, *l. c.*, p. 10.

(4) *Ibidem.*

(5) *Jo.*, xviii, 36 et lege *Sum. theol.*, III, q. 59, a. 4, c.

(6) Cfr Pesch, *De Verbo incarnato*, n. 568 s., p. 275 s., Frib. Br., 1896 aut Hugon, *o. c.*, II, p. 698 s. — S. Thomas, *l. c.*, clare pronuntiat Christum esse constitutum a Deo regem super omnes res humanas, sed « in terris vivens », addit ad 1, « terrenum regnum temporaliter administrare non voluit ».

Jamvero, quamquam satis clarum videtur Christum non habuisse potestatem temporalem universalem, ex titulo temporali, puta uti filium David, nihilominus, si fundamentum in quo nititur ejus potestas bene perpendatur, et attendantur testimonia sacra, quæ eamdem definiunt terminis quam latissimis: ipsi data est omnis potestas, ipse rex regum et dominus dominantium, cui subjicitur omnis creatura, dicendum prorsus videtur potestatem Christi regiam non esse coarctandam ad spiritualia, sed extendendam adhuc ad temporalia, unde et in encyclica turpiter errare dicitur iste « qui a Christo-homine rerum civilium quarumlibet imperium abjudicat, cum is a Patre jus in res creatas absolutissimum sic obtineat, ut omnia in suo arbitrio sint posita » (1).

Regiam suam potestatem *exercuit* Christus imprimis *instituendo Ecclesiam*, eamdemque *exercet* jugiter usque nunc et in finem usque sæculorum *per Ecclesiam*, cujus ipse est caput invisibile, uti in tractatu de Ecclesia latius evolvitur (2).

Præterea nunc etiam *potestatem* suam *judiciariam* continuatim exercet Christus *per semetipsum*, quia Pater non judicat quemquam, « sed omne judicium dedit

---

(1) Encyc. « Quas primas », *l. c.*, p. 10 et adverte non esse arguendum ex eo quod romanus pontifex non habeat potestatem directam in societatem civilem qua talem, quod latius in tractatu de Ecclesia proponitur. Etenim, uti jam replicabant Salmanticenses, non omnis potestas Christi transmissa fuit ipsius vicario, nequidem in spiritualibus, et sic v. g. non potest etiam summus pontifex instituere sacramenta ; cfr Hugon, *o. c.*, II, p. 699 vel Pesch, *o. c.*, n. 569, p. 276.

(2) Cfr ill. ac rev. Waffelaert, *Introd. in theol. myst.*, tab. 4, de regno Christi in terris, apud *Collat. Brugen.*, XXV (1925), p. 187 coll. orat. prosyn. a. 1924, in eodem period. t. XXIV (1924), p. 271 s. — In tractatu de Ecclesia exponitur adhuc quomodo societas hæc spiritualis et supernaturalis jus nihilominus habeat nativum ad acquirenda et retinenda bona temporalia ; hæ tamen quæstiones plerumque nunc latius in jure canonico tractantur, adeoque cfr De Meester, *Jur. can. et juris can.-civ. compendium*, III, 1, p. 358 s., Brugis, 1926.

Filio » (1), quod in tractatu de novissimis penitius explicatur ac probatur. In fine mundi hanc suam regiam potestatem exercebit adhuc modo prorsus solemni, quando venturus est judicare vivos et mortuos, de quo judicio universali dicitur pariter in eodem tractatu de novissimis, in quo denique agitur de regno Christi, quod in æternum durabit (2).

Coronidis instar in fine notemus, quod in encyclica sæpius laudata summus pontifex, hoc exoptando, proponit, fieri nimirum non posse, ut ille, qui recte et intime intellexerit altissimam regiam potestatem, quam *sensu proprio* consideratam Christo tribuere oportet, non velit etiam hunc regnare, *translata* nunc *vocis significatione* (3), et *in mente* sua, per firmum assensum ad veritates a Christo revelatas, et *in voluntate* sua per promptum obsequium ad leges ac præcepta; *in corpore* suo ejusque membris, quæ tanquam arma justitiæ Deo (4) sanctitati servire debent; in animo tandem et *in corde* suo, per fervidum amorem, quo Christum, regem cordium, plane agnoscens, ad nobilissima quæque exardescit (5).

H. Lamiroy.

III-IV.

De remissione peccati venialis.

Q. — *Ostende nullum peccatum veniale remitti sine aliquali actu virtutis pœnitentiæ; sufficere autem ad remissionem ejus actum contritionis imperfectæ.*

R. — Ad I^um^.

Non contendimus repugnare ut Deus peccatum remit-

---

(1) *Jo.*, v, 22 coll. *Act. Apost.*, x, 42 et xvii, 31; de judiciaria potestate Christi plura habet s. Thomas, *Sum. theol.*, III, q. 59, a. 1, s., eamdemque, a. 4, ad 1, expresse refert ad potestatem Christi regiam.

(2) Cfr etiam ill. ac rev. Waffelaert, *a. c.*, tab. 6, de regno Christi æterno in cœlis, apud *Collat. Brugen.*, XXV (1925), p. 265 s.

(3) Encyc. de Christo Rege, *l. c.*, p. 5.

(4) *Rom.*, vi, 13.

(5) Lege finem encyc., *l. c.*, p. 18.

tere possit, antequam pœnitentia acta sit, *dummodo* omnis voluntarius *affectus* ad peccatum interim jam *cessaverit.* Solus enim voluntarius affectus ad peccatum videtur ineluctabiliter excludere remissionem offensæ et affectus ille nonnunquam cessare potest absque ullo pœnitentiæ actu, quo odio habetur peccatum et contra illud agitur. Contendimus autem, in præsenti ordine divinæ Providentiæ adeoque de facto, Deum nunquam remittere, etiam leve aliquod actuale peccatum, nisi intercedat aliqualis actus pœnitentiæ salutaris.

Sententia hæc communis est et scriptura sacra necnon traditione comprobatur, quæ, nulla facta distinctione inter actualia peccata, ad eorum remissionem pœnitentiam expostulat.

Nimirum, ut peccator veniam consequatur, Deus exigit ut ad eam se disponat *positive* per pœnitentiam, misericordiæ illicem. Quod rationi congruit, siquidem homo est in statu viæ constitutus, in statu scilicet meriti vel demeriti, habens liberum arbitrium voluntatis suæ.

Quod pœnitentia disponat ad remissionem peccati hoc modo ostenditur : omne peccatum, quia libera voluntate committitur, postquam transiit actu, morali imputabilitate manet. Remittitur peccatum quando hæc imputabilitas aufertur. Jamvero, sicut imputabilitas contrahitur quia peccator, venialiter peccando, liberæ voluntatis actu aliquatenus deflectit a Deo, ita dispositio ad hoc ut Deus condonando imputabilitati finem imponat, consistit similiter in aliquo istius liberæ voluntatis actu quo sincere *reprobatur* causa imputabilitatis, *libera illa declinatio a Deo*, adeoque quo peccator detestatur peccatum suum præteritum, dolet de eo et, firmiter proponit se nunquam illud commissurum.

Requiritur ergo ad remissionem peccati venialis pœnitentia actualis vel virtualis, nec sufficit uti ex præcedentibus liquet sola habitualis pœnitentia, solus habitus virtutis (1).

---

(1) Ceterum, si habitus virtutis sufficeret, nullus unquam justus reus

Explicavimus in præcedenti aliquo responso (1) quid veniat nomine pœnitentiæ virtualis. Nimirum, hoc nomine venit actus qui reipsa non est dolor ac detestatio peccati commissi, sed cujus tamen vis talis est ut, si occurreret memoria peccati commissi, efficaciter induceret ad formalem pœnitentiam agendam.

Actus charitatis perfectæ continet virtualem pœnitentiam de peccato mortali. Ratio est quia charitate amamus Deum tanquam supremum bonum adeoque ita circa mortale peccatum quod avertit a Deo supremo seu ultimo fine affecti sumus ut, occurrente memoria peccati mortalis commissi, detestemur illud et doleamus.

Porro, idem charitatis *actus*, quia est *actualis* motus liberi arbitrii in Deum, semper continet aliquam virtualem pœnitentiam de peccato veniali, *majorem vel minorem, secundum fervorem ejus*. Ratio est quia peccatum veniale est actio quædam moraliter mala quæ, etsi non tollit habitualem conversionem ad Deum finem ultimum, retardat tamen et aliquatenus impedit affectum hominis ne prompte in Deum feratur.

Jamvero, actualis motus charitatis plus minusve, secundum mensuram fervoris ejus, contrariatur huic peccato adeoque virtualiter continet aliqualem pœnitentiam, detestationem peccati venialis, proportionatam gradui fervoris.

Similiter actualis amor beatitudinis, gratitudinis erga Deum, honoris divini, ita quoque metus purgatorii virtualiter continent aliquam pœnitentiam peccati venialis, proportionatam intensitati actus.

Ex præcedentibus colligitur quomodo peccatum veniale oratione, jejunio, eleemosynis aliisve bonis operibus remitti contingat, quatenus nempe pœnitentiam virtua-

---

esset peccati venialis. Ad rem s. THOMAS, *Sum. theol.*, III, q. 87, a. 1, c.: « non tamen sufficit *habitualis* displicentia, quæ habetur per habitum charitatis, vel pœnitentiæ virtutis, quia sic charitas non compateretur peccatum veniale : quod patet esse falsum ».

(1) Cfr *Collat. Brugen.*, (XXVII) 1927, p. 363.

liter continent vel imo virtute pœnitentiæ nonnunquam imperantur.

Nota. Detestatio peccati debet esse *verá*, *supernaturalis* et *summa*, ita ut si eligendum sit inter peccatum et quodvis aliud malum, potius velit subire pœnitens malum illud quam peccare.

Non oportet ut sit *universalis*, sese extendat ad omnia peccata venialia commissa et nondum remissa ; nec debet proinde propositum non peccandi de cetero, excludere pro futuro omne peccatum veniale (1), sed singula tantum (vel eadem prorsus peccata) de quibus pœnitentia agitur. Ratio est quia 1/ aliquis veram habere potest pœnitentiam de uno peccato veniali et non de alio, paulisper diverso, et quia 2/ unum peccatum veniale remitti potest sine alio.

Nimirum, 1/ peccatum veniale *detestari* debemus *ut est* suo modo contra Deum, nempe *ut est* aliqualis declinatio a Deo, non autem *quia est* declinatio a Deo. Qua de causa, motivum detestationis et doloris valere potest de uno peccato veniali et non de alio specifice vel saltem *aliquantisper*, puta frequentia aut deliberatione, *diverso*. Non autem ita est de peccatis mortalibus. Nam, ut pœnitentia peccati mortalis sit motus *conversionis* ad Deum finem ultimum, oportet ut doleamus, saltem virtualiter,

---

(1) Homo in gratia constitutus potest vitare omnia peccata mortalia, et singula : potest etiam vitare singula peccata venialia, sed non omnia. Et hæc est alia adhuc ratio propter quam propositum non peccandi de cetero non debeat quoad venialia esse universale. Quare, ut ait s. THOMAS, *Sum. theol.*, III, q. 87, ad 1m : « pœnitentia de peccatis mortalibus requirit, quod homo proponat abstinere ab omnibus, et singulis peccatis mortalibus ; sed ad pœnitentiam peccatorum venialium requiritur, quod homo proponat abstinere a singulis ; non tamen ab omnibus, *quia hoc infirmitas hujus vitæ non patitur :* debet tamen habere propositum se præparandi ad peccata venialia minuenda ; alioquin esset ei periculum deficiendi, cum desereret appetitum proficiendi, seu tollendi impedimenta spiritualis profectus, quæ sunt peccata venialia.

de omni peccato *quod* et *prout* causat nostram habitualem *aversionem* a Deo, adeoque de omni peccato *mortali*.

Præterea, 2/ peccatum mortale habituale consistit in privatione gratiæ sanctificantis. Unde, unum *remitti* nequit sine alio, quia remittitur per infusionem gratiæ sanctificantis. E contrario, status gratiæ compossibilis est cum quolibet peccato veniali, cum pluribus aut paucioribus, quia peccatum veniale habituale seu status peccati venialis non consistit in privatione gratiæ. Quare, ad obtinendam *remissionem* unius culpæ venialis non requiritur ut pœnitentia agatur de omnibus.

Ad IIm.

Quod sufficere possit *attritio* ad remissionem peccati venialis, etiam extra sacramentum pœnitentiæ, communius admittitur.

Non requiritur contritio perfecta. Ratio hæc est: peccatum veniale non tollit habitualem hominis conversionem ad Deum tanquam ad finem ultimum. Porro, quia illam conversionem non aufert, ideo non requiritur, ad remissionem ejus, actus quo homo se iterum convertit ad Deum tanquam ad finem suum ultimum. Proinde non requiritur actus contritionis perfectæ, actus nempe quo homo ideo detestatur peccatum quia Deum amat simpliciter super omnia (1).

Præterea, docet *concilium tridentinum*, sess. XIV, cap. 5 *De confessione* : « venialia, quibus a gratia Dei non excludimur et in quæ frequentius labimur, quamquam recte et utiliter citraque omnem præsumptionem in confessione dicantur, quod piorum hominum usus demonstrat : taceri tamen citra culpam *multisque aliis remediis* expiari possunt » (2). Itaque, extra sacramentalem confessionem, remitti possunt venialia, et non tantum contritione perfecta sed etiam aliis mediis, *inter quæ eminet sane attritio*.

---

(1) Cfr S. Thomas, *Sum. theol.*, III, q. 87, a. 2, c.
(2) *Enchiridion symbolorum*, n. 899.

Ceterum, *congruit* ut venialia, utpote minora peccata, facilius condonentur quam mortalia. Atqui, nisi concedas ea etiam per attritionem remitti posse, difficilius quam mortalia remitterentur : quia contritio perfecta, etiam *minus* fervida, remittit omnem culpam lethalem, non autem, uti dictum est, *omnem* venialem.

Ratio vero *intrinseca* hæc est : Ad remissionem peccati requiritur pœnitentia salutaris : dolor scil. et detestatio de peccato commisso prout est contra Deum, cum proposito non peccandi de cetero. Jamvero, motiva charitate inferiora possunt causare talem pœnitentiam, sic : motivum virtutis specialis pœnitentiæ necnon motivum cujusvis virtutis generalis v. g. spei, religionis, obedientiæ, cui omne peccatum veniale aliquo modo opponitur (1) : imo, cum pœnitentia peccati venialis non debeat esse universalis, motivum alicujus virtutis specialis, si aliqua culpa venialis contra hanc virtutem commissa est ; præterea, amor beatitudinis, metus divinæ vindictæ sive in hac sive in altera vita. In omnibus istis casibus, verificatur vera salutaris contritio de peccato ; imo, in dolore illo latet etiam aliqua compensatio offensæ, qua propter connaturaliter sequitur ut Deus homini, *qui jam est in statu amicitiæ,* condonet illud peccatum quoad reatum culpæ.

Adverte tamen : 1/ Supponitur pœnitentem esse in statu gratiæ, nam qui reus est et manet peccati mortalis nequit de *condigno* mereri veniam ullius culpæ, nec *congruit* ut imperfectæ deordinationes remittantur ei qui simpliciter displicet et justo odio habetur propter deordinationem perfectam, voluntariam scil. aversionem a Deo, fine ultimo.

2/ Probabiliter non sufficit quilibet attritionis vel contritionis actus ad remissionem extrasacramentalem cujuslibet venialis peccati. Secus enim, qui sola venialia

---

(1) Cfr *Collat. Brugen.*, 1927 (XXVII), p. 286.

haberet confitenda nunquam vi absolutionis *primum* remissionem obtineret, cum jam antea, vi attritionis, peccata essent remissa. Et *hoc* videtur incongruum, etsi absolutio, qua *denuo* condonatur, peccatum, suam utilitatem habeat : quia sacramentaliter auget gratiam sanctificantem, auxilia peculiaria præstat, necnon pleniorem extinctionem reatus pœnæ operatur.

Ceterum, congruit ut qui magis offendit majorem præstet compensationem, puta dolendo magis.

V. Coucke.

V.

De indulgentia plenaria in articulo mortis.

Q. — *Quid intelligis nomine indulgentiæ plenariæ in articulo mortis ? Quomodo talis indulgentia obtineri potest ?*

R. — I. Notio.

Indulgentia plenaria in articulo mortis ita describi posse videtur : Remissio coram Deo universæ pœnæ temporalis debitæ pro peccatis, ad culpam quod attinet jam deletis, quam ecclesiastica auctoritas ex thesauro Ecclesiæ concedit per modum absolutionis in ultimo vitæ instanti.

Ad hanc notionem elucidandam sequentia adnotamus :

1° Indulgentia in articulo mortis est *indulgentia pro vivis*. Est scilicet vera *absolutio* a reatu pœnæ, quam tribuit Ecclesia ex sua potestate jurisdictionis, quæ adjunctam habet *solutionem*, quatenus per Ecclesiam, vi potestatis suæ dispensandi thesaurum spiritualem, Deo offeruntur satisfactiones Christi et Sanctorum (1).

2° Imo expresse statutum est hanc indulgentiam *non* esse *applicabilem* per modum suffragii *animabus purga-*

(1) Cfr F. Cappello, *De Sacramentis*, vol. II, Pars I, *De pœnitentia*, p. 806, n. 954.

torii, sed juxta mentem concedentis personalis est moribundo (1).

3° Indulgentia plenaria pro articulo mortis concessa *una tantum vice* lucrifieri potest, etsi moribundus ad eam jus habeat ex variis titulis (2). Nec inutiliter quis multiplicat diversa opera quibus talis indulgentia adnexa est : ita enim securior fit de valido titulo ad eam in articulo mortis obtinendam, et præterea per ipsos actus pietatis quibus hæc gratia adhæret, anima melius disponitur ad indulgentiam semel lucrandam (3).

4° Differentia cum ceteris indulgentiis pro vivis in hoc est quod, dum hæ acquiruntur eo momento quo ultima ex præscriptis conditionibus impletur, contrà indulgentia plenaria in articulo mortis *suspensa manet usque ad verum mortis articulum* (4), seu obtinetur tantum in ultimo vitæ instanti quo homo viator ultimùm subjacet jurisdictioni Ecclesiæ (5).

---

(1) Cfr Declaratio secretarii s. Cong. Ind., 17 martii 1886, coll. decr. s. Cong. Ind., 23 jan. 1901, II, apud *Collat. Brugen.*, t. VI (1901), p. 379 et 377, ubi et alia argumenta reperies tum ex natura et fine hujus indulgentiæ, tum ex textu in *Raccolta*. Cfr Beringer, *Die Ablässe*, t. I, p. 581, n. 1031 et *Nederlandsche Katholieke Stemmen*, t. XXII (1922), p. 69. Quæstionem autem specialem quæ movetur pro iis qui actum heroicum charitatis professi sunt expositam invenies apud *Collat. Brugen.*, t. XXVII, (1927), p. 42 s.

(2) Decr. s. Cong. Ind., 23 jan. 1901 ad II.

(3) Hæc altera ratio ita bene exponitur apud *Ned. Kath. Stemmen*, *t. c.*, p. 71 : « Eindelijk bevordert juist de verscheidenheid van titels in de geloovigen een verlevendiging van geloof, hoop en liefde, waardoor het sterven minder zwaar en meer verdienstelijk wordt, en de ziel meer wordt gezuiverd en meer bereid gemaakt om de volle vrucht van den aflaat in zich op te nemen ; maar vooral wordt door deze verscheidenheid van titels het vertrouwen van spoedig bij God in den hemel te zijn vergroot, en als gevolg hiervan is de stervende meer bereid zich geheel aan Gods H. Wil te onderwerpen en den dood gelaten uit Gods handen aan te nemen ».

(4) Cfr Decr. s. C. Ind., 23 jan. 1901, ad II.

(5) Theodorus a Spiritu Sancto, *De Indulgentiis*, t. II, c. II, art. V § V, p. 206, scribit : « Quæres... quando acquiratur indulgentia in articulo mortis ? Videtur posse responderi, quod acquiratur in primo non esse hominis : solum enim illud videtur verum instans mortis, in quo

5° *Effectus* indulgentiæ plenariæ in articulo mortis *ex intentione Ecclesiæ* est ut anima justi ab omni reatu culpæ et pœnæ liberata ad æternam beatitudinem illico transeat, et quidem ille effectus *ex natura rei* certus et infallibilis est, ex opere operato, licet non vi sacramenti (1). Ut autem ille effectus *in subjecto de facto* obtineat, oportet tum ut omnes conditiones necessario requisitæ adamussim impletæ fuerint, utpote conditio sine qua non ad indulgentiam lucrandam, tum ut anima moribundi in ultimo vitæ momento immunis sit a quolibet peccato veniali et ab omni affectu seu adhæsione ad peccatum veniale.

Hic autem exsurgit difficultas, quam sagaciter aliquis circulus professorum movit, quatenus nimirum in articulo mortis elicitur ab illis qui in statu gratiæ decedunt actus charitatis perfectæ, quo delentur omnia peccata venialia quoad culpam, adeoque, dummodo uno aliove titulo jus habeant ad indulgentiam plenariam in articulo mortis, hæ animæ dicendæ essent recto tramite ad cælum evolare, dum contra mater Ecclesia nos instanter invitat ad suffragia multiplicanda in favorem omnium defunctorum etiam eorum qui fervide vixerunt et sancto fine quieverunt.

Hanc difficultatem præclare solvit s. Thomas in Quæstione de Malo, Q. VII, art. XI, quem textum integrum referre juvat: « De peccato veniali quidam dixerunt quod in habentibus caritatem semper dimittitur in hac vita quantum ad culpam ; sed post hanc vitam dimittitur quantum ad pœnam, per pœnæ scilicet solutionem. Sed

---

primo verificatur hominem mortuum esse... Si hæc responsio non placet, dici potest esse ultimum vitæ hominis, seu tempus moraliter illud, in quo infirmus proxime moriturus est, et cui immediate post mors ipsa succedit ». Ex supradictis apparet primam responsionem esse rejiciendam quum indulgentia in articulo mortis non concedatur pro homine primùm defuncto, sed pro homine ultimùm vivente.

(1) Cfr Cappello, *o. c*, p. 807 et *Theologia Mechliniensis, De Indulgentiis*, ed. 1926, p. 14 s.

hoc quidem *satis probabile* videtur *in his qui cum usu rationis ex hac vita recedunt :* non enim est probabile quod aliquis in caritate existens, et cognoscens sibi mortem imminere, non moveatur motu caritatis et in Deum et contra omnia peccata quæ fecit, etiam venialia ; et hoc sufficit ad remissionem venialium quantum ad culpam, et fortassis etiam quantum ad poenam, si sit intensa dilectio. Sed quandoque contingit quod aliqui in ipsis actibus peccatorum venialium vel in proposito venialiter peccandi occupantur omnino vel aliqua passione auferente usum rationis, et *præveniuntur morte antequam possint habere usum rationis.* Quibus manifestum est quod in hac vita peccata venialia non dimittuntur, et tamen propterea non impediuntur perpetuo a vita æterna, ad quam nullo modo perveniunt, nisi omnino immunes ab omni culpa effecti. Et ideo oportet dicere, quod venialia remittuntur eis post hanc vitam etiam quantum ad culpam, eo modo quo remittuntur in hac vita ; scilicet per actum caritatis in Deum, repugnantem venialibus in hac vita commissis. Quia tamen post hanc vitam non est status merendi, ille dilectionis motus in eis tollit quidem impedimentum venialis culpæ ; non tamen meretur absolutionem vel diminutionem pœnæ, sicut in hac vita ».

Et ibidem ad nonum : « Remittitur in purgatorio veniale quantum ad culpam virtute gratiæ non solum secundum quod est in habitu, quia sic compatitur veniale peccatum, sed prout exit in actum caritatis detestantis veniale peccatum » (1).

II. Modi acquirendi laudatam indulgentiam.

Præcipui modi quibus titulus ad indulgentiam plena-

(1) Ex hoc textu concludes numquam, nisi speciali revelatione, cum plena certitudine constare aliquem individuum recto tramite ad patriam transmeare : et ideo provide hortatur nos sollicita mater Ecclesia ut pro omnibus justis defunctis assidua et diuturna suffragia Deo offeramus.

riam in articulo mortis obtineri potest breviter enumerantur (1) :

1° Benedictio apostolica quam, vi can. 468 § 2, jam quivis sacerdos qui infirmis assistat concedere potest, danda, sub pœna nullitatis, secundum formulam Benedicti XIV, Rituali insertam (2).

In hoc modo acquirendi indulgentiam plenariam in articulo mortis requiritur ministerium sacerdotis benedictionem impertientis : in sequentibus vero talis interventus per se non requiritur (3).

2° Usus frequens quarumdam precum vocalium, v. g. frequens invocatio ss. Nominis Jesu, frequens recitatio actuum fidei, spei et charitatis, aut orationis Angele Dei, etc.

3° Acceptatio mortis, secundum formulam Pii X : « Domine Deus meus, jam nunc quodcumque mortis genus prout Tibi placuerit, cum omnibus suis angoribus, pœnis ac doloribus de manu tua aequo ac libenti animo suscipio » (4).

4° Adscriptio alicui Ordini regulari vel Tertio Ordini sæculari, v. g. s. Francisci Assissiensis, item plerisque confraternitatibus.

5° Pius usus crucifixi bonæ mortis aut objecti pii ditati indulgentiis apostolicis (5), vel indulgentiis Terræ

---

(1) Cfr A. Vermeersch, *Theologiæ Moralis principia, responsa, consilia*, t. III, p. 522 s., n. 642 et præcipue *Nederlandsche Katholieke Stemmen, t. c.*, p. 72 ss. Hic breviter tantum præcipuos titulos recensemus pro ulteriore explicatione remittentes ad respectiva loca ubi apud auctores de singulis ex professo tractatur.

(2) *Rit. Rom.*, Tit. V, cap. VI. De hac benedictione apostolica in subsequenti quodam responso ex professo agemus.

(3) Inde apparet specialis utilitas horum reliquorum titulorum, quum non raro, in morte subitanea, sacerdos tempestive adesse nequeat ad benedictionem apostolicam impertiendam.

(4) S. C. Ind., 9 martii 1904, apud *Acta s. Sedis*, t. XXXVI, p. 637 : Omnes christifideles, qui, die ab eisdem eligendo, sacramentali confessione rite expiati sacraque synaxi refecti, istum actum cum vero charitatis in Deum affectu ediderint, lucrari valent indulgentiam plenariam in ipso mortis articulo.

(5) Cfr *Collat. Brugen.*, t. XXVII (1927), p. 288.

Sanctæ, item numismatis s. Benedicti, scapulariorum, coronarum et rosariorum.

6° Personalis concessio indulgentiæ plenariæ in articulo mortis a Summo Pontifice obtenta. Tunc *cupit* Pontifex usum formulæ Benedicti XIV a sacerdote quem infirmus rogaverit.

Conditiones ordinariæ ad indulgentiam plenariam in articulo mortis lucrandam sunt ut infirmus sacramenta pœnitentiæ et eucharistiæ recipiat, vel si id fieri nequeat, conteratur, et præsertim ut animo resignato mortem acceptet de manu Dei, atque ore, si potest, sin minus corde, nomen Jesu invocet.

A. Legrand.

VI.

De librorum prohibitione.

Q. *Determina quibusnam sub conditionibus, inspeclo jure tum communi tum particulari, liceat clericis sæcularibus edere librum vel scribere in diariis, foliis aut libellis periodicis.*

R. Sancta Mater Ecclesia semper specialem curam vigilantiamque adhibuit, ne a vera genuinaque doctrina catholica deflectatur in scriptis, præsertim a suis sacerdotibus conficiendis (1).

---

(1) *Historia* hujus canonis brevi proponi potest ut sequitur : Prima vestigia hujus specialis legislationis invenimus in epistola encyclica Benedicti XIV « *Demandatum* » a. 1743 edita, et directa patriarchæ antiocheno Græcorum Melchitarum et omnibus ejusdem ritus episcopis eidem patriarchæ subjectis, in qua statuitur pro missionariis ac monachis hujus ritus lex prohibens ne « edant ullius generis libros aut folia sine prævia approbatione et licentia episcopi diœcesani » atque ne « ullum de rebus sacris librum aut folium publici juris faciant inconsulta Sancta Sede ».

Quæ antiquior disciplina ulterius fuit determinata et ad universalem Ecclesiam extensa a Leone XIII in art. 42 celeberrimæ suæ constitutionis « *Officiorum ac munerum* » a. 1897, in qua statuebatur :

Quapropter sub hodierno jure codicis statuitur in canone 1386 specialem licentiam pro clericis sæcularibus esse obtinendam ab Ordinario, ut libros possint edere vel in diariis scribere ; et hoc quidem independenter a censura, quæ remanet insuper pro libris certi argumenti obtinenda.

De hac speciali licentia præsenti articulo disserimus, quæstionem restringendo ad clericos sæculares. Primo exponemus quid statuat *jus commune*, deinde quid addat *jus particulare*.

1. Jus commune.

Norma generalis (1) traditur canone 1386, § 1 : « *Vetantur clerici sæculares sine consensu suorum Ordinariorum, libros quoque, qui de rebus profanis tractent, edere, et in diariis, foliis vel libellis periodicis scribere vel eadem moderari* ».

Hac canonis paragrapho prima duplex statuitur lex prohibitiva stricta, proinde in conscientia obligatoria :

« Viri e clero sæculari ne libros quidem qui de artibus scientiisque mere naturalibus tractant, inconsultis suis Ordinariis publicent, ut obsequentis animi erga illos exemplum præbeant. — Iidem prohibentur quominus, absque prævia Ordinariorum venia, diaria vel folia periodica moderanda suscipiant ».

Quam legem Pius x pluries, cum vehementi insistentia, in mentem revocavit, præ oculis habendo periculum vel scriptorum spiritu modernistico imbutorum, vel scriptorum in re sociali vel politica a genuina Ecclesiæ doctrina ac S. Sedis directione deflectentium. Primum obtinuit in encyclica « *Pascendi* » diei 8 sept. 1907, ac in motu proprio « *Sacrorum Antistitum* » diei 1 sept. 1910, sub IV. Alterum obtinuit in encyclica directa archiepiscopis et episcopis Italiæ « *Pieni l'animo* » diei 28 julii 1906, circa actionem popularem christianam in Italia. In hac encyclica Pius x textui Leonis XIII addidit : « Parimente, senza il previo assenso dell' Ordinario, niuno del clero può publicare scritto di sorta, sia di argomento religioso o morali, sia di carattere meramente tecnico ».

His omnibus severius adhuc loquitur nova legislatio, ut in corpore articuli nostri ostendimus.

(1) Omittimus pro momento varias normas speciales, quæ prærequisita ad editionem librorum specialis argumenti exponunt, uti videre est in can. 1387-1391.

a/ In priori parte prohibetur ne clerici, proinde et seminaristæ a die tonsuræ receptæ, sine consensu suorum ordinariorum, ullum librum aut scriptum sive argumentum sacrum spectans, sive de rebus profanis tractans, publicent.

Qua dispositione non inducitur onus et obligatio illos libros præviæ censuræ submittendi, cum agatur de speciali quadam licentia absque censura ; sed exhibetur ordinatio stricte præceptiva « præstandi ante operis publicationem, specialem actum obœdientiæ et subordinationis erga Ordinarium, ut hic in casu necessitatis opportunitatem habeat ob speciales rationes suam interponendi auctoritatem etiam per vetitum sanctionibus munitum » (1).

Novum jus severius esse antiquo omnibus apparet, cum olim tantum requirebatur ut clerici sæculares Ordinarium consulerent, dum hodie exigitur ut positivam referant approbationem.

Ordinarius autem cujus consensum reportare tenentur clerici sæculares est vel Ordinarius diœcesis cui sunt adscripti, vel in cujus diœcesi domicilium aut quasi-domicilium habent (2).

Ratio cur licentia librum edendi pro clericis sæcularibus a « suo » Ordinario sit petenda, manifesto liquet ex eo quod proprius Ordinarius, qui supponitur subjectum suum bene cognoscere, « optimas habere potest rationes cur nolit ut liber, etiam intergræ doctrinæ, a subdito suo in vulgus edatur : v. g. quia munus quod gerit cum labore scribentis ægre componi possit, vel quia sacerdos rebellis de libris cum plausu receptis contra suum Antistitem

---

(1) Cfr A. De Meester, *Compendium juris canonici*[9], t. III, n. 1343. — Quinam libri sint præviæ censuræ subjiciendæ, diximus supra, p. 202.

(2) Ita tenemus cum Vermeersch-Creusen, *Epitome*[3], t. II, n. 728, contra De Meester, *o. c., l. c.*, et Claeys-Bouüaert-Simenon, *Manuale juris canonici*[2], n. 916. Non perspicimus enim cur can. 94 non posset applicari etiam clericis saltem pro canonibus in quibus *ipsa rei natura* non exigit ut nomine « Ordinarii sui » veniat Ordinarius diœcesis cui quis clericus adscriptus est.

gloriari possit » (1). Et ideo optime intelligitur cur optio inter varios Ordinarios, prouti datur pro censura librorum, non datur ubi agitur de licentia edendi vel scribendi.

b/ In posteriori parte hujus paragraphi (can. 1386, § 1) stricte *prohibetur* quominus clerici sæculares absque Ordinariorum suorum *consensu* in diariis, foliis vel libellis periodicis scribant vel eadem moderentur.

Hæc prohibitio omnino *generalis* est et complectitur omnia diaria (journaux quotidiens, dagbladen), folia periodica (journaux hebdomadaires, weekbladen, etc.) et libellos periodicos (revues, tijdschriften), etiam si meri profani seu indifferentis sint argumenti (2).

Hujusmodi licentia autem concedi potest vel *generalis*, vel *specialis*, seu *particularis*, i. e. semel pro semper vel pro articulo determinato ; proinde, si clericus vult regulariter seu per modum habitus conscribere articulos in aliquo periodico vel diario, sufficit ut semel ab Episcopo licentiam obtineat. Atvero semper attendendi sunt termini concessionis, integrum enim est Episcopo, prouti ipsi placuit, concedere facultatem generalem vel limitatam.

Hic iterum apparet severitatem legislatoris esse adauctam, nam cum olim prohibitio clericis facta erat tantum de moderandis periodicis, nunc ad omnem cooperationem alicujus momenti extenditur, quæ jam v. g. repetitis etiam minoribus lucubrationibus habebitur.

Moderari diaria vel periodica idem est ac dirigere seu dirigenda suscipere, et parum refert utrum hoc faciant clerici aperte, an alieni nominis specie protecti, ita ut veri legis transgressores dicendi sint qui, ut legem servare videantur, suppositam personam directioni præficiunt, ipsi autem revera moderatores existunt.

2/ **Jus particulare.**

Supra descriptæ juris communis præscriptiones in

---

(1) Cfr A. Vermeersch, in *Periodica*, t. XI, p. (16). — Eadem valent ubi agitur de scriptione in diariis, etc.

(2) Cfr A. De Meester, *o. c.*, n. 1344.

decreto n. 232 Conc. Mechlin. IV explicantur atque declarantur sequenti modo : « Hoc statutum, nempe can. 1386, § 1, valet, sive subscripto, sive reticito nomine, sive per se, sive per alium scribant.

Declaramus autem præviam Ordinarii licentiam non requiri ad nuntiandum quemvis vitæ quotidianæ eventum *(faits divers)*, vel aliquod bonum opus ab Ordinario approbatum commendandum, vel aliud quid minimi obiter inserendum, sed eam requiri 1° ut quis clericus vel religiosus habitualiter aut repetitis vicibus in diario vel libello periodico scribat ; 2° ut respondeat calumniis aut contumeliis quibus in aliquo diario forte impetitus fuerit ; 3° ut vel unum articulum de re religiosa, sociali vel politica actu agitata aut peculiaris momenti conscribat.

Si vero propter rei urgentiam existimaverit quis sibi fas esse licentiam præsumere, articulum sine mora, addito auctoris nomine, ad Ordinarium mittat ».

Ex his juris particularis determinationibus apparet :

a/ generalem licentiam dari clericis ut scribant in diariis vel ad nuntiandum quemvis vitæ quotidianæ eventum, vel aliquod bonum opus ab Ordinario approbatum commendandum, vel ad aliud quid minimi obiter inserendum. Hæc generalis licentia optime datur per modum declarationis legis, quia ex ipso legis contextu apparet canonem non prohibere quominus minima quædam scriptio fiat in diariis a clericis sæcularibus. Hoc enim apparet ex contextu seu ex comparatione textus primæ et secundæ paragraphi hujus canonis 1386. Dum enim in § 1 textus habet simpliciter verbum « scribere », in § 2, ubi nempe legislator, urgere vult severiorem prohibitionem pro periodicis religioni aut moribus infensis, adhibentur verba complexa, « ne quidquam conscribat » (1).

---

(1) Ut vitetur abusus ex hac interpretatione forsan oriendus, attendatur can. 1385, 2°, in quo prohibetur ne sine prævia censura edatur quidquid « religionis ac morum honestatis peculiariter intersit ».

b/ Modum præfiniri secundum quem licentia præsumi possit in casu urgenti.

Hisce itaque per modum canonicæ explicationis et interpretationis hujus legis positivæ traditis, fas sit in fine inquirere de quantitate obligationis in conscientia seu moralis hujus legis. Et brevi respondere possumus : omissio voluntaria præviæ licentiæ a suo Ordinario obtinendæ pro edendo libro vel pro conscribendo in diariis, foliis et periodicis ad normam can. 1386, § 1 et decr. conc. mechl. n. 232, est *per se gravis ;* sat facile tamen hæc omissio, propter levitatem materiæ, a gravi excusabitur.

J. Brys.

RESPONSA

ad quæstiones in conferentiis mensis novembris propositas.

—

I.

De resurrectione Lazari.

Q. *Proba historicitatem resurrectionis Lazari* (Jo., XI).

R. In structura quarti evangelii resurrectio Lazari eximium jam locum occupat cum Jesu potestatem in mortem demonstret et ita inter septem miracula a Joanne relata emineat ; simul autem apud Joannem hæc suscitatio mortui essentiale momentum constituit cum catastrophen provocet in tragœdia vitæ Jesu, cujus breve thema est : « in propria venit et sui eum non receperunt » (1) ; auditis enim miraculo et fide multorum, collegerunt pontifices et pharisæi concilium (2), statuerunt Jesu mortem (3) et dederunt mandatum ut, si quis cognosceret ubi esset, indicaret ut apprehenderent eum (4).

Qui indolem historicam quarto evangelio abnuunt, libenter ad hanc pericopam appellant cum hic in favorem suæ sententiæ copiosiora et magis persuasiva argumenta adduci posse videantur. Hæc compendiose sic colligamus : silentium synopticorum probat pericopam non esse historicam, nam antiqua hæc traditio evangelica illud

---

(1) *Jo.*, I, 11.
(2) *Ib.*, XI, 47.
(3) *Ib.*, 53.
(4) *Ib.*, 57.

præcelsum miraculum non modo ignorat sed etiam excludit, cum in narratione exeuntis vitæ Jesu apud synopticos nullibi inseri valeat (1). Ratio cur Joannes hanc fictam narrationem protulerit in aperto est ; voluit enim concreta quadam allegoria illustrare assertum Jesu tributum : « Ego sum resurrectio et vita » (2) ; Lazarus ita typus factus est miseri generis humani, cui Jesus tribuet vitam spiritualem æternam et resurrectionem corporis (3). Tandem ipsa genesis allegoriæ obvie explicatur : resurrectionem invexit Joannes parallelam cum suscitatione filiæ Jaïri et juvenis Naïm ; Martham et Mariam earumque castellum deprompsit e Luca (4) ; Lazarum quoque e tertio evangelio, scilicet e parabola divitis epulonis (5), quæ præcise exhibet fundamentale thema hujus pericopæ : Lazarus enim ad preces divitis in mundum regredi deberet ut divitis fratres converteret, Abraham autem respondet hoc inane fore et revera, suscitato Lazaro, judæi obdurantur (6)

His adversariorum argumentis auditis, ne fucum nobis faciamus acsi vera ratio cur Lazari resurrectio recusetur sit synopticorum silentium ; genuina ratio negationis est miraculi impossibilitas quam prætendunt, nec enim apud synopticos miracula admittunt, sed cum hic nullam explicationem naturalem adducere possint quæ rem explicet, non remanet nisi ut ipsum factum negent. Utile

---

(1) Etiam provocant ad quædam criteria interna ; narratio scil. quasdam inconcinnitates præ se ferret vv. 6, 12, 37, 39, 41 s., 44 ; sed hæc non attingimus cum puerilia sint ; adeas commentarios.

(2) *Jo.*, xi, 25.

(3) Alia adhuc allegorica adducunt : Martha repræsentat judæo-christianos, Maria ethnicochristianos ; quattuor dies sepulturæ forsan signant quattuor millia annorum existentiæ generis humani ; vox Christi est figura tubæ ultimi judicii ; cfr M. Lepin, v° *Evangiles canoniques*, apud A. d'Alès, *Dict. Apolog.*, I, c. 1711.

(4) *Lc.*, x, 38-42.

(5) *Ib.*, xvi, 19-31.

(6) Ita cum pluribus W. Bauer, *Johannesevangelium*, Tübingen, 1912, p. 114.

tamen est, abstractione facta a quæstione philosophica possibilitatis miraculi, via historica illa allegoristarum commenta explodere eorumque objectionibus responsum præbere.

1/ Joannem *finem quemdam symbolicum*, sicut pro aliis miraculis, intendisse non infitiamur ; resurrectionem Lazari figurare vitam æternam et resurrectionem corporum elucet ex ambiguitate quæ latet in verbis Jesu : v. 11, *Lazarus amicus noster dormit ;* v. 23, *resurget frater tuus ;* et v. 25-26, *Ego sum resurrectio et vita : qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet : et omnis, qui vivit, et credit in me, non morietur in æternum.* Alia autem elementa in hac narratione nequeunt dici symbolica ; at etiam si symbolica essent nihil inde posset deduci quoad historicum valorem narrationis, facto enim reali æque ac fictæ fabulæ symbolismus superstrui potest.

2/ *Positiva probatio historicæ realitatis* resurrectionis Lazari haud ægre conficitur, si demonstratur auctorem habuisse intentionem scribendi historiam, nam aliunde de ejus scientia constat et practice de sola ejus intentione quæstio movetur.

Hæc intentio historiographi elucet, ut supra jam notavimus (1), e toto evangelio, et hanc suadet in specie hujusce pericopæ consideratio ; plura enim occurrunt quæ omni explicationi allegoricæ impervia manent, quin imo omnia modo adeo naturali, vivido et sobrio exhibentur ut etiam iterata lectio reale factum necessario suggerat.

Talia utique et in poëtarum fabulis obviamus, sed hic res aliter se habent. Mortem realem Christi ejusque realem damnationem a synedrio Joannes explicat per hanc resurrectionem ; nihil autem explicat si affert merum phantasiæ figmentum. Realitatis dein speciem ingerunt minuta adjuncta, quæ coagmentat auctor :

---

(1) *Collat. Brugen.*, XXVII (1927), p. 357.

nomen suscitati ejusque sororum, indicatio loci, descriptio sepulcri, odor cadaveris, præsentia multorum judæorum ; imo ita adjuncta enumerantur quasi inservire deberent ad probandum tum mortem tum resurrectionem fuisse indubiam. Hæc tam concreta adjuncta realitatis speciem adhuc augent cum superstruantur factis per synopticos notis : dicitur Lazarus, v. 1, *de castello Mariæ et Marthæ, sororis ejus*, jamvero hæc indicatio remittit ad evangelium Lucæ, ubi hujus castelli mentio fit quin ejus nomen Bethaniæ indicetur (1) ; v. 2 forsan lectorem ad idem evangelium remittit (2) ; eadem indicatio amicorum Jesu supplet silentio synopticorum, qui dicunt Jesum in ultima hebdomada vespere exiisse in Bethaniam quin ejus hospites nominent (3).

Cum nihil prorsus meram allegoriam suadeat, facta hæc de personis historicis relata oportet pro Joanne fuerint historica, nisi dicas evangelistam turpem intendisse deceptionem suorum lectorum. Ceterum fraus mox fuisset detecta, nam tempore scriptionis evangelii lectores realitatem facti solido examini subjicere poterant ; talis autem dubitationis nullum vestigium præbet traditio.

3/ Quod *omissionem synopticorum attinet*, ut eam in favorem suæ sententiæ adducant, struunt adversarii sic dictum argumentum silentii ; quod ut valeat, probare debent synopticos nec potuisse resurrectionem Lazari ignorare, nec præsertim eam omittere. De facto plura certissime omiserunt, præprimis ex illis quæ ante passionis hebdomadam in Judæa locum habuerunt ; nihil proin impedit quominus hoc miraculum tres synoptici omiserint, quod forsan cum eorum methodo litteraria non quadrabat ; ceterum resurrectiones jam memoraverant (4), nec adeo improbabilis est opinio multorum

---

(1) *Lc.*, x, 38-39.

(2) *Lc.*, vii, 37, nisi agatur de unctione a Joanne narranda xii, 3 ss.

(3) *Mt.*, xxi, 17 ; *Mc.*, xi, 11.

(4) *Mt.*, ix, 23 ss. ; *Mc.*, v, 35 ss. ; *Lc.*, viii, 49 ss. ; *Mt.*, xi, 5 ; *Lc.*, vii, 22.

exegetarum juxta quos catechesis primitiva de hoc miraculo siluerit ut novas molestias Lazaro ejusque familiæ vitaret (1).

Nec dicendum est narrationem Lucæ synopticorum relationi inseri non posse ; obvie enim inseritur inter prædicationem Jericho et messianicum ingressum in Jerusalem (2).

4/ Unicus *fons narrationis* joanneæ nobis est realitas factorum, et etiam si variis elementis narrationis quædam analoga assignari possent in evangeliis synopticis, nostram positionem non desereremus : facta enim similia in mundo possibilia sunt.

Ceteroquin saltem gratuitum, ut non plus dicamus, est illud conamen adversariorum resurrectionis pericopam explicandi collectione quadam variorum elementorum e synopticis ; nam primo resurrectionem Lazari mendici Jesus fecisset contra voluntatem Abrahæ, et secundo illa resurrectio plures causset conversiones (3), quod aperte pugnat cum significatione parabolæ divitis epulonis ; tandem non videmus cur Joannes doctrinam vitæ spiritualis et resurrectionis per Jesum obtinendæ non potuerit magis obvie aptare suscitationi filii unici viduæ Naïm, sicut et documentum de Jesu, pane vitæ, junxit multiplicationi panum, per synopticos notæ (4).

M. De Jonghe.

---

(1) Cfr *Jo.*, xii, 10.

(2) « Avant le moment décisif où Jésus monte vers Jérusalem (*Mc.*, x, 32 ; *Mt.*, xx, 17 ; *Lc.*, xviii, 31), qui correspond à *Jo* , xii, 1, personne ne peut dire d'après les synoptiques quel fut l'itinéraire de Jésus. Il est très raisonnable de supposer que l'arrivée à Jérusalem ne fut pas de Jéricho à Jérusalem d'une traite, mais, comme *Jo.* le suggère, avec un arrêt à Béthanie. De même on peut placer auparavant un premier voyage à Béthanie, suivi d'une retraite à Ephraïm, d'où Jésus pouvait revenir à Jéricho par Aïn-Douq » ; ita M.-J. Lagrange, *Ev. selon s Jean*, Paris, 1925, p. 311.

(3) *Jo.*, xi, 45.

(4) *Ib.*, vi s.

II.

De gratia elevante et sanante.

Q. *Quomodo dividitur gratia in elevantem et sanantem? Paucis explica responsum.*

R. — 1/ Gratia *elevans* dicitur ea, quæ hominem et operationem ipsius ad ordinem supernaturalem et vere divinum sublimat.

Ita elevans est gratia *habitualis*, seu *sanctificans*, uti plerumque etiam nuncupatur, quæ in essentia animæ recipitur, ut homo fiat Deo gratus, Dei amicus, justus et sanctus (1).

Homo porro justus, juxta multos auctores indiget semper, ubi transit ad actum cujuscumque virtutis infusæ, *motione supernaturali*, quæ stricte non est elevans, siquidem tum anima per gratiam, quum potentiæ per virtutes infusas jam existunt elevatæ, sed ejusdem nihilominus ordinis, videlicet ordinis vere divini et supernaturalis (2).

Tandem in homine non justificato, sive infidelis sit sive peccator, quoties agitur actus ad ordinem supernaturalem ordinatus, quo nimirum homo sese positive disponit ad justificationem, requiritur motio supernaturalis, elevans hominem ad actum supernaturalem ponendum ; hæc est autem gratia *actualis* quæ *vere elevans* dici debet.

2/ Gratia *sanans* quæ et *medicinalis* vocatur, dicitur ea quæ sanat hominem, seu medetur sequelis peccati

---

(1) Præter gratiam creatam habitualem cum adnexis donis datur inhabitatio Spiritus sancti, qua conjunctione cum persona divina homo fit deiformis et filius Dei adoptivus, uti exponit ILL. AC REV. WAFFELAERT, *Disquisit dogm. de unione justorum cum Deo*, apud *Collat. Brugen.*, XV (1910), p. 441 s.

(2) Lege ILL. AC REV. WAFFELAERT, *Medit. theol.*, n. 284 s., apud *Collat. Brugen.*, VII (1902), p. 498 s. coll. notandis quibusdam, *ibid.*, XVIII (1913), p. 13 s. et vide *Sum. theol.*, I-II, q. 109, a. 9, c.

originalis, quo homo vulneratus est in naturalibus, uti in tractatu de Deo elevante probatur et explicatur (1).

Homo, etiam elevatus ad ordinem supernaturalem, instructus gratia habituali et virtutibus infusis, — quoniam hæ non donant nisi facilitatem intrinsecam, uti nunc dicitur, id est, non donant revera facilitatem seu proclivitatem in exercitium actus, sed posse agere supernaturaliter, — homo iste, ubi difficultates habet obvias, indiget auxilio Dei speciali, quod ipsum adjuvet, v. g. ad tentationes violentas vincendas. Indiget igitur motione ordinis vere supernaturalis, ut supra, quamvis rursum stricte non dicenda sit elevans actu, et quæ insuper sanet naturam vulneratam, medeatur, puta obscuritati intellectus, debilitati voluntatis. Hæc est gratia *actualis*, quæ *entitative supernaturalis* et vere *sanans* appellari merito potest (2).

Si homo non sit justus, sive infidelis denuo sit sive peccator, hic eamdem difficultatem experitur quandoque, adeoque ubi agitur de iis actibus, quibus positive simul sese disponit ad justificationem, motio supernaturalis a Deo data, non tantum erit vere elevans ad actum supernaturalem ponendum, quo homo se præparet ad justificationem obtinendam, sed erit simul vere sanans naturam et medicinalis contra sequelas peccati. Hæc est igitur iterum gratia quædam *actualis*, quæ *vere elevans* et simul *sanans* dici debet.

Ex dictis facile constat divisionem gratiæ in elevantem et sanantem intime nexam esse cum quæstione *de necessitate gratiæ*, quæ in tractatu de gratia specialiter evolvitur.

---

(1) Cfr interim Van der Meersch, *Collat. Brugen.*, X (1905), p. 462 s. et adverte quæ habet s. Thomas, *Sum. theol.*, I-II, q. 109, a. 2, c. et a. 8, c., de necessitate gratiæ, coll. a. 9. c., ubi dicit naturam humanam sanari per habituale donum quantum ad mentem, sed hominem nihilominus indigere auxilio speciali, quo moveatur ad recte agendum, nimirum propter concupiscentiam.

(2) Cfr ill. et rev. Waffelaert, *Medit. theol.*, n. 285, apud *Collat. Brugen.*, VII (1902), p. 500 s. et Van der Meersch, *Tract. de gratia divina*, n. 281 s., p. 249 s., Brugis, 1924².

Jam autem gratia est necessaria : *a/ absolute*, vel, ut etiam dicitur, *physice*, ad hoc ut homo constituatur in ordine divino et possit agere actus salutares, proportionatos ad vitam æternam obtinendam ; et ideo, qui nondum justus est, adhuc indiget, absoluta necessitate, gratia quadam actuali, qua ad actum elevetur, ita ut positive se disponens ad justificationem, agere possit sicut oportet ad salutem.

b/ Gratia insuper est necessaria *relative*, vel, uti dicitur etiam, *moraliter*, quatenus homo lapsus non potest impotentia morali videlicet, totam legem etiam naturalem adimplere et semper vitare peccata mortalia, quin gratia Dei confortetur ad difficultates passim occurrentes superandas (1).

Ad hanc vero necessitatem observa, non esse dubitandum quin possit homo, in præsenti statu, solis viribus naturæ, sine gratia, perficere opera quædam moraliter bona (2), quare etiam dicendum est non omnia peccatorum vel infidelium opera esse peccata ; sed affirmatur necessitas moralis gratiæ, tum justis tum injustis, ut possint per longum tempus vitare omnia mortalia peccata et totam adimplere legem etiam naturalem.

Insuper nota, requiri a fortiori pro justis auxilium speciale ut possint per totam vitam vitare cuncta venialia, et adhuc ut possint in finem usque perseverare, uti in tractatu de gratia probatur ex professo, sed hæc ad præsentem quæstionem minus faciunt.

Nunc autem viget inter theologos controversia, utrum necne, in præsenti ordine detur *de facto* gratia mere sanans.

---

(1) Cfr Van der Meersch, *o. c.*, n. 75, p. 69 ; dicitur autem impotentia moralis quatenus de more necessaria est gratia ad difficultates superandas.

(2) Agitur de homine non justo ; justus autem, uti diximus supra, in ordinariis etiam adjunctis indiget motione supernaturali.

Problema sic ponitur : quoniam agitur de morali impotentia ad totam legem naturalem observandam, *ex natura rei* saltem, non requiri videtur, gratia entitative supernaturalis ad sanandam naturam vulneratam, sed per se sufficere potest auxilium Dei, utique gratuitum, *ordinis* tamen *naturalis*, concessum vero *supernaturali modo*, præcise propter difficultates speciales vincendas. Tale auxilium esset v. g. bona quædam cogitatio, specialiter a Deo indita, sed in se tamen non supernaturalis, et hæc est gratia *mere sanans*, quam quidam auctores (1) admittunt quandoque concedi, non tantum injustis, sed etiam justis, in peculiaribus adjunctis.

Non negant iidem doctores gratiam entitative supernaturalem, quam supra delineavimus, et concedunt plane gratiam actualem elevantem requiri pro injustis, ubi se *positive* disponunt ad justificationem ; in specialibus multis circumstantiis, addunt, hæc gratia actualis elevans ut plurimum erit simul sanans, sed nihil tamen prohibet quominus gratia necessaria ad vulneribus naturæ medendum, quandoque sit mere sanans, ratione supra descripta, et quominus talis gratia, supernaturalis tantum quoad modum et nullatenus quoad substantiam, concedatur quandoque etiam justis ; pro injustis res facilius intelligitur, quia cum tali gratia homo nondum sese positive disponere debet, sed tamen *negative*, aiunt, sese disponet, removendo scilicet obstacula, quæ justificationem impedire possunt.

Hujus responsionis non est hanc dissolvere controversiam, multum ceteroquin connexam cum penitiore analysi actus fidei (2). Advertamus non tantum auctores,

---

(1) Ita C. Mazzella, *De gratia Christi*, n. 383 s., p. 257 s., Romæ, 1880², qui secum sentientes adducit Suarezium, Bellarminum et Gotti ; cfr etiam G. Lahousse, *Tract. de gratia divina*, n. 157, p. 267 s., Brugis, 1902.

(2) Cfr S. Schiffini, *Tract. de gratia divina*, n. 310 s., 535 s., Frib. Br., 1901.

qui ad omnem actum habitus infusi requirunt motionem supernaturalem (1), sed etiam istos qui tenent in homine justo non semper requiri talem motionem supernaturalem, ast quandoque sufficere naturalem, quando scilicet non datur specialis difficultas, nihilominus communius negare existentiam gratiæ mere sanantis in ordine præsenti, in quo gratia concessa hominibus est gratia Christi, adeoque ad salutem conducens et vere supernaturalis (2).

Quod spectat præparationem *negativam* ad justificationem, ubi consideratur homo non justus, constitutus in specialibus difficultatibus, hanc nunquam obtinere censet Billot, quia talis homo non resistet tentationibus, quin initiative saltem sese habeat per talem actum in via vitæ æternæ, adeoque reapse *positive*, quamquam remote, sese disponat ad salutem ; et revera in præsenti ordine omnes homines ad unum finem supernaturalem ordinantur, ita ut pro adultis, plenum usum rationis adeptis, non detur medium inter æternum supplicium damnationis in infernis et supernaturalem beatitudinem in cœlis (3).

H. Lamiroy.

---

(1) Cfr *Medit. theol.*, n. 286, apud *Collat. Brugen.*, VII, (1902), p. 501.

(2) Provocant ad textum s. Pauli, in epist. ad Rom., VII, 25 ; ita Billot, *De gratia Christi*, p. 66 s., Romæ, 1908. — In quadam conferentia proposita fuit contra considerationem allatam hæc difficultas : si hac de causa negetur existentia gratiæ mere sanantis, quia nempe in præsenti ordine omnis gratia est gratia Christi, adeoque salutaris et ad vitam æternam conducens, nonne etiam dicendum est concursum Dei cum homine justo prorsus esse supernaturalem ? Ad responsionem habendam recolantur quæ exponuntur apud *Collat. Brugen.*, XVIII (1913), p. 13 s.

(3) Cfr Billot, *o. c.*, p. 676. et Van der Meersch, *o. c.*, n. 88 s., p. 84 s.

III-IV.

De remissione peccati venialis.

Q. *Explica quomodo, præter sacramentum pœnitentiæ, 1) cetera sacramenta necnon 2) sacramentalia conducant ad remissionem venialium peccatorum ?*

R. — Ad I^m^.

Ex præcedentibus responsis retinendum est nullum actuale peccatum remitti sine aliquali pœnitentia ; adeoque, si unquam peccatum veniale remittitur ex opere operato, postulatur tamen aliqua pœnitentia tanquam dispositio, uti aiunt, removens prohibens. Dein, in sacramento confessionis, pœnitentia est etiam pars constitutiva signi sacramentalis. Et hæc est prima aliqua animadversio.

Præterea, considerandum est activitatem proprie sacratalem, ipsius scil. operis operati, comitari activitatem illius qui suscipit sacramentum et in eam influxum exercere : 1) Gratia scilicet *sanctificans* nunquam *augetur* sine actuali liberi arbitrii motu in Deum, aliqualem pœnitentiam de venialibus continente (1). Porro, sacramenta vivorum gratiam illam augent. 2) Sub influxu gratiarum *actualium* quas confert sacramentum, ponuntur quoque actiones, quæ pariter virtualem pœnitentiam continent de venialibus, quæ fini sacramenti contrariantur. Ita, v. g , peccata venialia contra officia status matrimonialis, auferri possunt ex opere operantis, quando sub influxu gratiæ sacramentalis officiis illis fidelius incumbitur, cum virtuali displicentia peccatorum venialium contra officia illa olim admissorum. Et sic sacramenta *mediate* conducunt ad veniam obtinendam.

---

(1) S. Thomas, *Sum. theol.*, III, q. 87, a 2, c. : « Quia tamen in habentibus usum liberi arbitrii, in quibus solis possunt esse venialia peccata, non contingit esse infusionem gratiæ sine actuali motu liberi arbitrii in Deum, et in peccatum, ideo quandocumque de novo gratia infunditur, peccata venialia remittuntur ».

Tandem, quædam sacramenta *immediate, ex ipso opere operato,* remittunt peccata venialia, supposita obicis remotione. Jam age :

1) *Baptismus* remittit peccatum veniale *directe et immediate* ipso opere operato auferendo omnem reatum et culpæ et pœnæ, dummodo aliqualis pœnitentia habeatur, tanquam removens prohibens. Ratio est quia sacramentum est regenerationis, in quo exuitur vetus homo, cum omnibus quæ pertinent ad eum, et novus homo induitur, ita ut baptizatus sit quasi nova aliqua creatura in Christo Jesu (1).

2) Omnia *sacramenta vivorum* conducunt ad remissionem venialium, *uno modo* propter *augmentum* gratiæ *sanctificantis,* quæ non contingit augeri sine aliquali motu liberi arbitrii in Deum, adeoque sine aliquali virtuali displicentia de venialibus ; *alio modo* propter gratias *actuales*, quæ vi sacramenti conferuntur et diriguntur ad finem ejus proprium : Subit homo influxum earum et ponit libere actiones quæ ut plurimum virtualem displicentiam continent peccati venialis, sive determinatæ speciei, uti ostendimus agentes de matrimonio, sive omnis in genere deordinationis venialis, uti statim demonstrabimus, agentes de s. Eucharistia.

3) Nam, dicendum est speciali titulo *sacram communionem* hoc indirecto modo conducere ad remissionem venialium, quia nempe huic sacramento proprium est excitare fervorem charitatis adeoque efficacius et universalius, etsi mediate tantum fervidis amoris actibus, conducere ad minorum culparum remissionem, ex opere operantis (2).

4/ Quod autem *extremam unctionem* attinet, hoc sacramentum vivorum ex primaria Christi intentione institutum est ad gratiam sanctificantem *augendam*, secundaria

---

(1) Cfr *Collat. Brugen.*, X (1905), p. 592.
(2) Cfr *Collat. Brugen.*, IV (1899), p. 223.

tamen intentione remittere potest peccata mortalia, suppositis quibusdam circumstantiis, de quibus agitur in tractatu speciali. Porro, sicuti mortalia ex opere operato remittuntur ita etiam venialia, cum nulla appareat ratio cur sola mortalia vi sacramenti auferantur. Itaque, non tantum indirecte et mediate, sicut reliqua sacramenta vivorum, conducit extrema unctio ad veniam obtinendam de peccato veniali, sed etiam *immediate*, auferendo *ipso opere operato* reitatem quæ post commissam culpam habitualiter perseverat (1).

Ad IIm.

Sacramentalia sunt « res aut actiones quibus Ecclesia, in aliquam sacramentorum imitationem, uti solet ad obtinendos ex sua impetratione effectus præsertim spirituales » (2).

Sane, usus illarum rerum aut actiones illæ si exprimunt detestationem peccati, aut saltem fiunt cum aliquo motu reverentiæ in Deum et ad res divinas, adeoque cum aliqua virtuali displicentia peccati, merentur in homine, qui aliunde jam justus est et amicus Dei, aliquam veniam peccati, videlicet ob pœnitentiam quæ habetur de peccato et obsequium quod Deo præstatur.

Et ita, quamvis nondum considerentur formaliter qua sacramentalia, confessio generalis, tunsio pectoris, usus cinerum, usus aquæ benedictæ conducunt jam ad remissionem culpæ levioris.

Quodsi considerantur formaliter ut sunt sacramentalia, apparet specialem quamdam eis inesse efficaciam. Nimirum :

a/ Orationes et benedictiones invocativæ, nomine Ecclesiæ peractæ, *causalitate* quadam *morali*, per modum scilicet impetrationis fallibilis, Deum movent ut intuitu sponsæ dilectæ Ecclesiæ effectus spirituales concedantur,

---

(1) Cfr *Collat. Brugen.* V (1900), p. 13.
(2) Can. 1144.

aliquando gratiæ actuales, quibus movetur justus ad veram pœnitentiam agendam de peccatis suis aut ad Deum amandum fervido charitatis actu. Proxime tunc per motus illos pœnitentiæ formalis vel virtualis obtinetur venia peccati venialis. Sacramentalia itaque *remote* et *indirecte* conducunt ad remissionem peccati.

b/ Objecta benedicta, puta cineres, non alio modo operantur ad veniam. Posita scilicet conditione quod, modo ab Ecclesia probato, illis objectis utamur, preces super illis olim nomine Ecclesiæ prolatæ, nunc virtutem suam impetrativam exerunt et causæ existunt morales cur effectus spirituales in nobis obtineant, puta gratia ad pœnitentiam movens, qua mediante pœnitentia formali vel virtuali proxime meremur veniam, uti supra explicatum est.

Nota. Efficacia quam sacramentalia habent ex impetratione Ecclesiæ fallibilis est, quia preces Ecclesiæ, etsi multum omnino valent, sunt tamen orationes *pro aliis* fusæ et ex hoc capite fallibilis efficaciæ.

V. Coucke.

V.

Veroordeeling van het monophysisme.

V. *Hoe heeft de Kerk tegenover de dwaling van Eutyches haar geloof in Christus waren Zoon Gods en waren mensch verdedigd?*

A. — Eutyches was reeds, in het jaar 448, door zijnen bisschop Flavianus in eene bijzondere synode veroordeeld geworden; doch de koppige monnik wilde zich bij deze uitspraak niet neerleggen (1). Sterk door den steun dien hij vond aan het keizerlijk hof, beriep hij zich op den paus en trachtte andere gezaghebbende bisschoppen naar zijne zijde over te halen. Hij gelukte, althans in den

(1) Zie *Collat. Brugen.*, XXVII, p. 428 ss.

beginne, in zijn sluwe onderneming : op zijn verzoek werd door keizer Theodosius II een synode te Ephese samengeroepen waar alles hem gunstig was. Dioscorus, patriarch van Alexandrië, die zelf monophysiet was en erg gebeten op Constantinopel, zat de vergadering voor ; machtige hovelingen, met gewapende macht, en ontaarde monniken beheerschten de Vaders, zoodat Eutyches zonder veel moeite in eere hersteld werd (1).

Intusschen echter had ook Flavianus, evenals Eutyches zelf, naar Rome geschreven. De toen regeerende paus, de h. Leo, onderzocht de *acta* van de synode die Eutyches in 448 veroordeeld had en antwoordde met den beroemden *Tomus ad Flavianum* (*Epistola dogmatica*), die volgens uitdrukkelijk bevel van den paus, moest voorgelezen worden in het concilie van Ephese, dat intusschen door den Keizer was samengeroepen.

Doch het concilie van Ephese verliep heel anders dan de paus had gewenscht ; zijn legaten werden er niet eens toegelaten ; Eutyches, we zegden het reeds hooger, werd vrij verklaard van alle ketterij, omdat hij beweerde zich te houden aan de vroegere concilies van Nicea en Ephese (431) ; Flavianus met anderen die Eutyches hadden bestreden, werden veroordeeld, afgezet en verbannen (2).

Paus Leo, toen hij dit vernam, trof aanstonds tegenmaatregelen : reeds in sept. 449, hield hij een concilie te Rome, veroordeelde de bijeenkomst van Ephese en bestempelde ze met den naam, die gebleven is, *latrocinium ephesinum*. Weldra kwamen toetredingen van alle zijden ook uit het Oosten, en toen in 450 keizer Theodosius overleed, veranderde de toestand onmiddelijk. De nieuwe keizer immers, Marcianus (450-457), was niet minder dan zijne gemalin, de h. Pulcheria, vroom en zeer

---

(1) Tixeront, *o. c.*, p. 85, ss.
(2) Cfr Hefele-Leclercq, *Histoire des Conciles*, II, p. 555 ss.

rechtgeloovig ; hij liet aanstonds de verbannen bisschoppen terugkeeren en riep een nieuw algemeen concilie bijeen.

Paus Leo had nu liever gewild dat niet verder meer over de zaak gehandeld werd, daar alles reeds door zijne *epistola dogmatica* beslist was, en inderdaad zijn belangrijk schrijven door Anatolius, opvolger van Flavianus, in een synode van Constantinopel bekrachtigd was. Doch de vrome keizer hield aan eene meer algemeene vergadering van bisschoppen en de paus gaf ten laatste toch aan de intusschen gedane oproeping zijne goedkeuring, op voorwaarde nochtans dat de leer in zijn brief uiteengezet zou bekrachtigd worden.

Dit geschiedde inderdaad. Het concilie werd gehouden in 451, te Chalcedon (IVe algemeene kerkvergadering) : omstreeks 630 bisschoppen waren er aanwezig en de legaten des pauzen hadden het voorzitterschap. Toen de brief van paus Leo voorgelezen werd, riepen de Vaders vol geestdrift : « Petrus heeft door den mond van Leo gesproken ! » (1).

De brief van paus Leo I is werkelijk van allergrootste belang : hij bevat een volledige en duidelijke uiteenzetting van het kerkelijk geloof over Christus, die hier verdient ontleed te worden.

Eerst heeft de paus het over Eutyches, « die de eerste beginselen van het symbolum nog niet verstaat ». Vermits hij niet geleerd is in de h. Schrift, had hij zich ten minste moeten houden aan het symbolum dat allen kennen ; allen belijden dat zij gelooven in God den Vader almachtig — en in Jesus-Christus, zijn eenigen Zoon, onzen Heer — die geboren is uit den h. Geest en uit Maria de Maagd. Door deze drie zinsneden worden reeds bijna alle uitvindsels der ketters den bodem ingeslagen. Want

---

(4) Tixeront, *o. c.*, p. 89 ss.; Batiffol, *Le siège apostolique*, p. 537 ss.

wie gelooft in God den Vader almachtig, zal erkennen dat de Zoon eeuwig is zooals de Vader, in alles gelijk aan den Vader.

Deze eeuwige Zoon van den eeuwigen Vader is door den h. Geest geboren uit Maria, de Maagd, zonder eenige verandering of vermindering, voor onze verlossing. Want had hij onze natuur niet aangenomen en zich toegeëigend, dan konden wij den bewerker der zonde en des doods niet overwinnen. Maar in de eenheid van persoon zijn er twee naturen, die ten volle hun eigenschappen bewaren : *Salva igitur proprietate utriusque naturæ et substantiæ, et in unam coeunte personam, suscepta est a majestate humilitas, a virtute infirmitas, ab æternitate mortalitas.* De ware God is geboren in de volledige en volmaakte natuur van een waren mensch. Ieder natuur behoudt ganschelijk hare eigenschappen en zooals de goddelijke natuur de menschelijke natuur niet wegneemt, zoo vermindert de menschelijke natuur de goddelijke natuur niet (1).

Ieder natuur heeft haar eigen werking. Elk der twee naturen doet in vereeniging met de andere, wat haar eigen is. Maar *één en dezelfde* — het moet dikwijls herhaald worden — is waarlijk Zoon Gods en waarlijk zoon des menschen. Om reden van deze eenheid van persoon in twee naturen, lezen wij dat de zoon des menschen is nedergedaald uit den hemel ; zeggen wij dat de Zoon Gods gekruisigd is. *Propter hanc ergo unitatem personæ utraque natura intelligendam, et filius hominis legitur descendisse de cælo.... et rursus Dei Filius crucifixus dicitur ac sepultus.*

Deze belangrijke brief van paus Leo werd door de Vaders van Chalcedon erkend als het geloof dat ieder

---

(5) Zie dezen brief van 13 juni 449 bij MPL, LIV, 763 ss. ; ook bij Denzinger, n. 143 en Cavallera, n. 677 ; de ontleding bij Janssens, *Het Menschgeworden Woord*, bl. 123 en Tixeront, *o. c.*, p. 86.

katholiek beleed (1); op aanvraag van den keizer werd er dan ook eene geloofsbelijdenis, een symbolum, uit gemaakt, dat luidt als volgt (2):

« Wij belijden één en denzelfden Christus, Zoon, Heer, « Eeniggeboren, in twee naturen zonder vermenging, « zonder verandering, onverdeeld, ongescheiden: want « het verschil der twee naturen is niet opgeheven door « hunne vereeniging, maar integendeel de eigendomme- « lijkheden van elke natuur blijven behouden en komen « samen in een prosôpon en een hypostase; niet in twee « prosôpa verdeeld of gescheiden, maar één en denzelfden « Zoon Eeniggeboren, Gods Woord, Onzen Heer Jesus « Christus » (3).

Nog andere moeilijkheden zullen later oprijzen; doch het symbolum van Chalcedon. waarin de twee richtingen, die van Antiochië en die van Alexandrië, onder de opperste en beslissende uitspraak van den paus waren

---

(1) Over dezen brief zegt Tixeront (p. 86): « Cette lettre a joué dans l'antiquité un rôle considérable, et a toujours été regardée comme un document dogmatique de premier ordre. Le souffle théologique y est cependant beaucoup plus faible que dans les œuvres de saint Cyrille et la spéculation proprement dite n'y occupe aucune place. Saint Léon ne veut ni discuter, ni démontrer: il prononce et il juge. Il reproduit simplement la doctrine de Tertullien et de saint Augustin, celle des orientaux dans ce qu'elle a de correct; mais il l'expose avec une netteté et une vigueur remarquables, et surtout dans un style dont on avait, en occident, perdu le secret ».

(2) De volledige en echte (grieksche) tekst bij Tixeront, *o. c.*, p. 95.

(3) Het concilie van Chalcedon verwierp nog alles wat in het *latrocinium ephesinum* was beslist en veroordeelde Dioscorus van Alexandrië. Verder hield het zich bezig met disciplinaire maatregelen: opmerkelijk is de 28e canon, die de zetel van Constantinopel, met achterstelling der andere, in rang en waardigheid terstond plaatst na dien van Rome. Geen wonder dat Leo I, toen hij de gevraagde bevestiging gaf, uitdrukkelijk verklaarde het concilie goed te keuren « in sola causa fidei ... propter quam generale concilium et ex præcepto christianorum principum et ex consensu apostolicæ sedis placuit congregari ». Tixeront, *o. c.*, p. 96.

samen gekomen blijft zegevieren (1). De Kerk had thans de leer die zij altijd beleden had, in duidelijker en onmisvatbare bewoording omgezet. *Unus enim idemque est — quod sæpe dicendum est — vere Dei Filius et vere hominis Filius.* Een en dezelfde Christus, in twee naturen en een hypostase : dat is de ware geloofsbelijdenis door Christus zelf en de apostelen overhandigd en door de Kerk bewaard.

R. Deschepper.

VI.

De renovandis SS. Eucharistiæ particulis.

Q. *Commentare rubricam Ritualis Romani IV, I, 7 de renovandis particulis eucharisticus.*

R. « Sanctissimæ Eucharistiæ particulas frequenter renovabit. Hostiæ vero seu particulæ consecrandæ sint recentes ; et ubi eas consecraverit, veteres primo distribuat vel sumat. » (Rit. Rom., IV, 1, 7).

Item statuit Codicis can. 1272 : « Hostiæ consecratæ sive propter fidelium communionem, sive propter expositionem sanctissimi Sacramenti, et recentes sint et frequenter renoventur, veteribus rite consumptis, ita ut nullum sit periculum corruptionis, sedulo servatis instructionibus quas Ordinarius loci hac de re dederit ».

1. Hujus præscriptionis, quæ de se gravis esse apparet, ratio et finis est vitare « periculum corruptionis », ne panis consecrandus vel sit « corruptus », quo casu « non « conficitur sacramentum » (2), vel « cœperit corrumpi », quo casu « conficiens graviter peccat » (3), vel ne corrumpantur species jam consecratæ, quia præsentia realis remanet tantum « manentibus dumtaxat speciebus ». Et

(1) Zie de verdere moeilijkheden bij Albers, *Kerkgeschiedenis*, I, bl. 221 of bij Janssens, t. a. pl., bl. 125.

(2) *Missale Rom.*, De defectibus, tit. III, n. 1.

(3) *Ibid.*, n. 3.

frequens renovatio particularum ad *præ*cavendum periculum eo magis urget quod incipiens corruptio oculis non percipitur.

Quum corruptionis periculum pendeat a variis adjunctis et notatim ab aëris temperie, lex universalis canonis 1272 et Ritualis manet indeterminata : « *recentes* sint et *frequenter* renoventur ». Hæc autem magis determinatur « instructionibus quas Ordinarius loci hac de re dederit » quas ideo « sedulo servandas » jubet Codex.

2. Ut communis regula practica statui solet *renovatio* specierum eucharisticarum « saltem *semel in hebdomada* » facienda. Ita notatim loquitur Cæremoniale episcoporum, I, VI, 2. Et s. Rituum Cong., n. 3621, 2 reprobans consuetudinem renovandi « semel vel bis in mense », remittit ad præfatam cæremonialis normam. S. Cong. Concilii, die 5 apr. 1573, declarat quod « non debet differri ad quindecim dies ». Et quum concilium provinciale Mechliniense tertium anno 1607 decrevisset ut renovatio fieret « singulis mensibus aut circiter, vel, si loci humiditas requirat, etiam sæpius », S. Cong. Conc. approbans decreta textum ita mutavit : « singulis saltem hebdomadibus aut circiter ». Eumdem terminum statuerunt etiam multæ synodi particulares.

Hæc tamen regula non statuitur stricte ad litteram intelligenda, ut apparet jam ex præcitato verbo « circiter ».

Benedictus XIV constitutione *Etsi pastoralis*, 26 maii 1742, § VI, IV, pro Italo-Græcis statuit ut « singulis octo diebus *aut saltem quindecim* renovetur » ss. Eucharistia (1). Et similia determinant plura statuta synodalia (2). Et

---

(1) Idem determinavit in Const. *Allatæ sunt*, 20 jul. 1755, § 29.

(2) V. g. Londoniense (1200), Trevirense (1238), Narbonnense (1551), Capuanum (1569), Burdigalense (1583), Vindobonense (1857) Pragense (1857). — Quædam statuta v. g. Burdigalensia concedunt tres habdomadas. Alia tandem extendunt ad mensem : sed hæc tolerantia, ut vidimus non admittitur a s. Cong. Conc. Cfr MARTENE, *De antiq. Eccl. ritib.*, t. III.

S. Cong. Conc. confirmavit decreta conciliorum provincialium, v. g. Vindobonensia et Pragensia a. 1860, quæ statuunt terminum quindecim dierum.

Communem igitur et prudentem disciplinam statuunt Concilium provinciale Mechliniense IV et nostra Statuta Brugensia : « Octava quaque die, maxime ubi loci vel aëris humiditas hoc requirit, aut saltem singulis quindenis substituantur hostiæ novæ : atque idem de hostia ostensorii dictum esto. Hostiæ novæ cum veteribus ne commisceantur » (1).

3. Hostiæ consecrandæ sint « *recentes* ». Parvæ enim utilitatis esset consecratarum particularum frequens renovatio, si hostiæ noviter consecratæ non essent recenter confectæ. De determinatione autem temporis ante quod non possunt esse confectæ, pauca in jure etiam particulari habemus.

Hac de re interrogata s. Rituum Cong. in una *Gandaven.*, n. 2650, 1, die 16 dec. 1826, declaravit non posse licite consecrari hostias « a tribus mensibus tempore hiemis vel a sex mensibus in æstate confectas », nec eas, si nihilominus consecratæ fuerint, posse dari in communionem. Positivam determinationem dedit s. Carolus Borromæus statuens « ut octavo quoque die renovetur Eucharistia et quidem ex hostiis non ante viginti dies ad summum confectis ».

4. Ut autem efficax sit hostiarum renovatio, curandum est, prout commendatur in pluribus statutis, ut « hostiæ *novæ cum veteribus non commisceantur* » (Stat. Brug. n. 101), sed « veteres primo distribuat vel sumat » sacerdos.

Pyxis vel ciborium in quo asservabantur sacræ particulæ debito modo *purificari debet* antequam novæ hostiæ

---

(1) *Statuta Brugensia*, n. 101 ; *Mechliniensia*, n. 280.

in eo reponantur. Modum purificandi vasa eucharistica vide in nostro Cæremoniali, n. 148, nota 31.

5. De hostiis renovandis plura olim in jure nostro diœcesano statuta fuerunt, quæ licet jam non sint de præcepto, sapientissime tamen fuerant condita et ex reverentia erga augustissimum Sacramentum diligenter hodiedum servanda sunt.

« In omni ecclesia sit unus idemque sacerdos cui sedula cura sacras species renovandi incumbat » (1). Hostiæ sint nitidæ et integræ (2) : sint magnitudinis circiter 3 centrimetrorum. Non transferantur nisi in capsella clave obserata, in qua serventur in sacristia. Si suspicetur sacerdos hostias allatas non esse recentes, exigat scriptum pistoris testantis datam earum confectionis » (3). « Optandum est ut panis eucharisticus nonnisi a monialibus conficiatur » (4).

C. Callewaert.

(1) *Collectio epistolarum pastoralium*, XI, p. 232.

(2) Ne fragmenta nimis multiplicentur in pyxide, hostiæ consecrandæ *cribro* expurgentur a micis vel adhærentibus fragmentis.

(3) *Coll. epist. pastor.*, XII, p. 264.

(4) *Statuta diœc. Brug. a. 1854*, p. 134.

De Laudibus matutinis

Ordinatio antiqui officii Romani et Benedictini.

(Sequitur. — Cfr t. XXVII, p. 448-51)

—

Officium Romanum.

Si petatur quomodo ordinatæ fuerint Laudes in Urbe Roma s. V et VI, frustra apud scriptores historicos et liturgicos quæritur responsum. Et revera responsum eo difficilius prima fronte apparet quod auctores etiam optimæ notæ censeant officium quotidianum in basilicis romanis multo tardius fuisse ordinatum quam in ceteris occidentis ecclesiis.

Si enim doctissimum audiamus P. Batiffol celebratio quotidiana Laudum matutinarum (cum Vigiliis) nobis primo innotescit tantum ex Regula s. Benedicti. Et posteriori dumtaxat tempore, a sæculo VII exeunte ad medium sæculum VIII, in basilicis romanis, officio nocturno additæ sunt Horæ diurnæ et Vesperæ (1). Ceterum internam Laudum (et totius officii) novimus tantum ex Amalario et aliis scriptoribus vel documentis sæc. IX.

Si tamen diligenter colligamus omnia documenta quæ ex recentioribus etiam studiis nobis hodie præsto sunt, multo accuratius quam hucusque factum est possumus historiam, imo et ordinationem antiqui officii romani et signanter Laudum matutinarum delineare.

---

(1) P. Batiffol, *Histoire du Bréviaire romain*, chap. II et III. Cui assentire videtur Ill. J. Schuster, *Liber sacramentorum*, t. V, p. 56 ss. Et quamvis aliter omnino sentiat S. Baümer, *Geschichte des Breviers*, frustra tamen in eruditissimo hoc opere, quæres internam Laudum matutinarum ordinationem.

Prostant enim nobis hodie imprimis duo documenta quæ, licet diu cognita, præclaram nunc acquisiverunt auctoritatem, eo quod recentiori tempore probatum fuerit auctores fuisse romanos, quibus usus romani apprime noti erant.

Primum est *Didascalia ægyptiaca*, seu potius quæ in hac servata est *Traditio apostolica*, quam Romæ conscripsit s. Hippolytus (1). Ex ea summatim (supra, t. XXVII, p. 386) excerpsimus modum celebrandi Laudes in Urbe circa annum 220. In prima ergo parte sæculi tertii multum abest quin in Urbe lentior fuerit evolutio officii quam in ceteris regionibus. Alterum documentum est anni 680. Est nempe collectio quædam instructionum de missa, officio, anno ecclesiastico aliisque usibus liturgicis romanis. Censebantur hucusque hæc omnia conscripta a quodam monacho, gallico sed anonymo, qui sæculo octavo Romæ aliquandiu commoratus erat. Nuper autem probavit doctissimus C. Silva-Tarouca S. J. auctorem esse Joannem, abbatem monasterii s. Martini juxta s. Petrum, primecerium scholæ cantorum Urbis, et archicantorem basilicæ vaticanæ s. Petri, virum sane maximæ auctoritatis in materia liturgiæ ac cantus (2).

---

(1) H. CONNOLLY, *The so-called Egyptian Church Order and derived documents*, Cambridge.

(2) C. SILVA-TAROUCA, *Giovanni « Archicantor » di s. Pietro a Roma e l' « Ordo Romanus » da lui composto (anno 680)*. (Atti della Pontif. Accademia rom. di archeologia — Miscellanea Giovanni Battista de Rossi ; parte prima), p. 159-219. Cfr quæ de hac quæstione scripsimus in art. *De origine cantus gregoriani* ap. *Ephemerides liturgicas*, 1926, p. 97 ss., ubi conati sumus ostendere testimonium archicantoris de de historia « cantus annalis » in Urbe esse eximiæ auctoritatis et præbere *elementum novum* in favorem sententiæ traditionalis adscribentis s. Gregorio partem prævalentem in cantum romanum. R. P. R. Van Doren qui nuper sententiam traditionalem impugnans (*Etude sur l'influence musicale de l'abbage de St-Gall*, Louvain, 1925), opus R. P. Silva-Tarouca et testimonium Joannis neglexerat, ejusque auctoritatem parvipenderat, contra nostram opinionem, juvenili ut par est ardore, plures movit objectiones (*S. Grégoire le Grand et le chant romain*, apud *Les quest. liturg. et paroissiales*, févr. 1927, p. 35-44). Quum autem hæ paginæ nihil novi pro initiatis contineant, non erat

Ex scriptis Joannis elucet omnes et singulas Horas officii romani, jam a longo tempore ut videtur, esse plene constitutas et regulariter ordinatas. Ipsam tamen officii compositionem Joannes non descripsit. Sed novimus aliunde liturgiam et cantum romanum basilicæ S. Petri tam splendide fuisse evolutam ut sæc. VII et VIII omnibus, tam Romanis quam exteris, esset admirationi. Unde factum est ut hoc tempore ad regiones septentionales transplantata fuerit. Sæculo VII certe in Angliam fuit admissa, ibique inter alios a præfato Joanne a. 678-680 docebatur et etiam scriptis consignata est. Etiam sæc. VII et VIII inducta est in Galliam, ubi tamen nonnullis elementis gallicanis permixta fuit. Hanc sat accurate descripsit circa a. 830 Amalarius Metensis in duplici opere : *De officiis ecclesiasticis* et *De ordine antiphonarii* (1). Hæc opera gallicana hucusque erant fons præcipuus ex quo haurire oportebat notitiam officii romani antiqui.

Accessit his ultimis annis *Ordo officiorum ecclesiæ Lateranensis* quem a. 1916 edidit L. Fischer. Exhibet Ordo ille liturgiam medii sæc. XII. Sed pluribus testimoniis constat basilicam Lateranensem ad illa usque

---

cur controversiam protraheremus. Recentius autem R. P. C. Mohlberg (*Gregor der Grosse und der Kirchengesang*, apud *Ephemer. liturg.*, 1927, 221-224) opinatus est Joannis de « *cantu* annali » testimonium agere de recitandis *textibus* et nova luce perfundere historiam textuum et librorum liturgicorum. Cui opinioni libenter adstipulamur, ea conditione — quam R. P. C. Mohlberg, ni fallamur, admittit — ut nullatenus excludatur modulatio textuum qui cantandi sunt. Vox enim *cantus* s. VII et seq. solet intelligi de cantu proprie dicto ; Joannes erat archi *cantor* et dux « scholæ *cantorum* », et teste Beda, in Angliam venit ut « cursum *canendi* annuum ... edoceret » et revera hoc fecit « ordinem ritumque *canendi* ac legendi viva voce ... *cantores* edocendo ... » Potuitne talis vir « cantum » restringere ad solum textum ? Ideoque minus ad rem videntur nobis recentiores de hoc articulo speculationes R. P. Van Doren ap. *Les quest. liturg. et paroiss.*, 1927, p. 264-266. Patienter exspectemus documenta vel argumenta *nova*.

(1) De Laudibus matutinis agit Amalarius præsertim *De offic. eccl.* lib. IV, cap. 10-18 et *De ord. antiph.* c. 2 et 4.

tempora servasse antiquos usus romanos (1), adeo ut ex hoc documento magni valoris plura cognoscere possimus de antiquo officio romano et notatim de Laudibus. Sed ex his omnibus valde difficile est judicare de ætate singularum partium et nonnisi sæculo IX nobis plane apparet interna structura officii nostri.

Adsunt tamen nonnulli textus ex quibus compositionem Laudum *ante Regulam S. Benedicti* non adeo imperfecte judicare possumus.

Ex multis testimoniis antiquis constat psalmos 148, 159 et 150 conjunctos, sub nomine « Laudum » universim a remotissimis temporibus in officio Laudum matutinarum fuisse decantatos. Inter ceteros autem Arnobius Junior in *Commentariis in psalmos*, explicans psalmum 148, testatur hunc psalmum tanquam « tubam », « ad auroram » resonare « per totum mundum », « toto orbe terrarum ». (2) Jamvero nuper probavit R. P. Germ. Morin Arnobium fuisse monachum romanum qui ante vel circa medium sæculum V in Urbe scribebat (3). Ergo etiam Romæ in officio auroræ cantabuntur « Laudes » seu psalmi 148-150.

Exstant quædam epistolæ S. Hieronymi ad S. Damasum Papam hujusque responsa, in quibus huic Pontifici (366-384) adscribitur introductio plurium usuum liturgicorum, notatim cantus antiphoni et doxologiæ « *Gloria Patri* in fine cujusque psalmi *matutinis* horis et vespertinis ». Hæc documenta sunt quidem apocrypha, sed composita fuerunt ante redactionem Libri Pontificalis (circa 530). Dum usus præfatos adscribunt Pontifici sæculi IV, satis ostendunt usus saltem a longo tempore existere. Ergo ante sæculum VI sine dubio existebant Laudes et psalmi matutini.

---

(1) Ita identidem distinguit *Ordinis* auctor inter usus « antiquos » et « modernos », v. g. n. 100. Cfr n. 16.

(2) *Comment in psalm.* 148 (MPL, LIII, col. 586 s.).

(3) D. Germ. Morin, *Etudes, textes et découvertes*, I, Maredsous, 1913, p. 309 ss. : Arnobe le Jeune.

De similibus usibus liturgicis agit concilium Vasense, in Gallia a. 529 præside S. Cæsario celebratum. Præscribunt can. 5 ut « in omnibus clausulis post Gloriam (seu doxologiam) '*Sicut erat in principio*' dicatur » et can. 3 ut *Kyrie eleison* dicatur « *ad matutinos* et ad missas et ad vesperas ». Et ratio bis allegata est quia « tam *in Sede apostolica* quam per totas orientales atque Italiæ provincias » ita fieri solet.

In sacramentariis romanis, et quidem jam in antiquissimo, quod a S. Leone nuncupatur et liturgiam maxime sæculi V exhibet, exstat series septem « orationum *matutinarum* vel ad vesperum » (1). Nonnullæ ex textu ipso dignoscuntnr esse orationes matutinæ. Videntur pertinere ad officium potius quam ad missam. Sunt forte orationes quibus in aliquibus ecclesiis absolvebantur Laudes matutinæ et Vesperæ.

Tandem ex diserto testimonio Regulæ s. Benedicti (c. XIII) novimus Ecclesiam Romanam solitam fuisse in Laudibus matutinis psallere unum canticum Veteris Testamenti et quidem quotidie diversum.

Ex præfatis testimoniis coævis apparet jam adumbrata quædam imago Laudum matutinarum in ecclesiis Urbis Romæ diu ante Regulam s. Benedicti : quotidie ad auroram celebrantur psalmi « matutini » ; inter eos psalmi 148-150 qui universim « Laudes » vocabantur ; quotidie cantatur etiam canticum « consuetudinarium », diversum pro singulis diebus ; in fine psalmorum cantatur doxologia consueta *Gloria Patri*,.. *Sicut erat*... et totum officium absolvitur oratione litanica seu « precibus » : *Kyrie eleison*...

Regula S. Benedicti.

Notitiam tamen multo magis accuratam, ni fallamur, acquirere possumus, si attente consideremus modum loquendi s. Benedicti in Regula sua et hanc diligenter conferamus cum officio romano, quale novimus ex

(1) *Sacramentarium Leonianum*, ed. Feltoe, p. 75.

documentis liturgicis ævi subsequentis. De « officiis divinis » seu de « ordine psalmodiæ » agunt Regulæ notissima capita VIII-XVIII (1).

In ordinando officio suo s. Benedictus, omnibus fatentibus, admisit multos usus in basilicis Urbis vigentes. Sanctus enim patriarcha, Romæ educatus, fere totam vitam duxit in vicinio aut in provincia romana, in qua etiam instituit prima monasteria : romanas ergo consuetidines liturgicas sine dubio noverat et secutus erat. Ceterum in ipsa *Regula* diserte provocat ad exemplum ecclesiæ romanæ. In Laudibus nempe jubet recitare singulæ diei proprium canticum « sicut psallit Ecclesia romana » (c. XIII). Sed multo plura sine dubio ex eodem hausit fonte, adeo ut auctor anonymus sæc. VII agat de officio benedictino « pauco discordante a cursu romano » (2). Ceterum Joannes, archicantor basilicæ s. Petri, describens a. 680 officium et liturgiam romanam illud uniformiter ac communiter retractat « tam juxta auctoritatem... Romanæ Ecclesiæ quam juxta dispositionem et regulam s. Benedicti » (3).

Censet Cl. Blume (4) mutationes a s. Benedicto inductas attigisse generalem Horarum ordinationem et modum persolvendi officium, multo magis quam ipsos textus cantandos. Et merito quidem ita æstimat. Regula enim præscribens *responsoria*, *antiphonas* et *versus*, horum verba nullibi recitat sed nota supponit (5). Jamvero hi textus ex antiqua traditione in officio benedictino generatim verbotenus concordant cum iis quæ cantantur ab antiquis in officio romano : ex hoc igitur videntur in horas benedictinas assumpti.

---

(1) *Sancti Benedicti regula monasteriorum*, edit. critico-practica, ed. C. Butler, 1927, p. 41 ss.

(2) S. Baümer, *Geschichte des Breviers*, p. 183 ; Cl. Blume, *Der Cursus S. Benedicti und die liturgischen Hymnen*, Leipzig, 1907, p. 14.

(3) C. Silva-Tarouca, *o. c.*, p. 194.

(4) *Der Cursus s. Benedicti*, p. 13 s.

(5) Excipiuntur versus introductorii ad officium nocturnum : *Domine labia mea aperies* .. et ad ceteras Horas : *Deus in adjutorium*... Sed hi

Hoc tamen nullatenus est extendendum ad *distributionem psalmorum*. Hanc enim s. Benedictus tanta cura et tam prolixe determinat ut appareat ipsum non sequi usus existentes sed propriam sibi regulam præscribere. Integro enim et quidem longo capite XVIII describit « quo ordine ipsi psalmi dicendi sunt » ; insistendo et nonnulla repetendo statuit ordinem psalmorum et quidem singillatim pro Horis diurnis et principio generali pro Vigilia ; indicat quinam psalmi et quare dividendi sint ; bis repetit psalmorum ordinem a vigesimo semper ad vigilias diei dominicæ esse incipiendum ; tandem diserte declarat « ut si cui forte hæc distributio psalmorum displicuerit, ordinet si melius aliter judicaverit » dummodo psalterium singulis hebdomadibus integrum psallatur et « dominico die semper a capite reprendatur ad Vigilias ». Jamvero hæc libertas non intelligeretur et plures repetitiones aut declarationes essent inutiles, si simpliciter statueretur idem ordo distributionis receptus. Et revera distributio admissa in officio romano est omnino diversa : non incipit die dominica a vigesimo psalmo sed a primo ; in parvis Horis quotidie repetebantur eadem; non dividebantur psalmi (excepto solo psalmo 118); tandem in officio nocturno non semper 12 psalmi sed vel 18, vel 12, vel 9 recitabantur.

Aliunde, dum nominatim designat singulos psalmos Horarum diurnarum, generice tantum sub nomine « *Laudum* » indicat psalmos 148-150, nec ullo modo determinat *cantica* : hi enim psalmi et quotidianum canticum habebant in officio Urbis locum suum fixum, quem s. Benedictus non intendit mutare.

Alia est igitur *ratio loquendi s Benedicti* de usibus receptis et notis, alia vero de regulis quas ipse novas inducit : in illis concinna brevitas, in his longior expositio. Nemo non sentit quantopere hujusmodi agendi ratio sit obvia et sapiens.

---

præcise versus, quorum textus in Regula (c. IX, XVII, XVIII) recitatur, juxta plurium sententiam (cfr S. Baümer, *Geschichte des Breviers*, p. 172) ab ipso s. Benedicto fuerunt in officium inducti.

Plurimis etiam exemplis ex nostra materia desumptis eadem loquendi diversitas illustrari potest.

Ordinem psallendi in Horis canonicis accurate determinavit s. Benedictus, quia nonnulla in officio romano mutavit. De *missæ* vero ordine ne verbum quidem habet, quia ad missæ celebrationem simpliciter secutus est usum receptum. Idem fere dici potest de *circulo anni ecclesiastici*.

Vidimus Romæ receptum fuisse ut in fine cujusque psalmi diceretur *Gloria Patri*... Jamvero ex pluribus allusionibus per transennam factis (c. XIII, XLIII bis) inferre licet eumdem usum admissum fuisse a s. Benedicto. Sed, in capitibus ubi ex professo de officio agit, s. Benedictus hanc regulam — sine dubio quia usu recepta erat — nullibi statuit generali modo.

Ad Primam tamen doxologiam speciali omnino mentione commemorat : « Prima Hora dicantur psalmi tres singillatim et *non sub una Gloria* » (c. XVII). Debet esse ratio specialis cur ita loquatur. Quæ videtur esse sequens. Die dominica — a quo ordinem psallendi inchoat — præscribuntur « dicenda quattuor capitula psalmi CXVIII » (c. XVIII), qui psalmus deinde continuatur per « terna capitula » ad Tertiam, Sextam et Nonam diei Dominicæ et feriæ II. Unumquodque capitulum seu octonarium computatur pro uno psalmo, doxologia consueta concludendo (c. XLIII). In officio Romano idem psalmus dividitur in Parvas Horas sed solius diei Dominicæ (1) ita ut duo capitula seu octonaria simul sint jungenda ut unum constituant psalmum. In officio ergo romano duo semper capitula sub una doxologia dicuntur. Ex quo, ni fallamur, patet ratio cur s. Benedictus dicat « psalmi tres singillatim *et non sub una Gloria* ».

---

(1) Et ex hoc discrimine inter utrumque officium apparet rursus cur, exposita jam accurate distributione psalmi in Horas dominicæ et feriæ II, addat : « Expenso ergo psalmo CXVIII *duobus* diebus, *id est Dominico et secunda feria*... » (c. XVIII). Ratio hujus insistentiæ proculdubio est usus contrarius romanus.

Aliunde bis notat *Gloria* esse dicendum post versus introductorios ad Vigilias (c. IX) et ad ceteras Horas (c. XVIII) : jamvero hos versus a s. Benedicto primum præscriptos fuisse censent, et merito quidem, plures auctores.

Præterea bis et insistendo quidem statuit *Gloria* dicendum esse *tantum* in ultimo ex tribus vel quatuor responsoriis quæ in officio nocturno cantabantur (c. IX, XI). Ratio rursus est quia contrarius erat usus romanus, ut liquet ex testimonio supracitati Joannis, archicantoris s. Petri, dicentis a. 680 : « Responsorius vero *tercius* secundum regulam s. Benedicti cum *Gloria* est canendus novissime, sed Romana ecclesia *omnia* responsuria (1) cum *Gloria* semper cantatur » (2).

Aliter ergo loquitur *Regula* s. Benedicti de iis quæ ex officio romano assumuntur, aliter de iis quæ mutata sunt aut nova.

Ex hoc igitur discrimine deducitur aliquod *criterium internum*, cujus ope, facta collatione romanum inter et monasticum officium, et inspectis nonnullis testimoniis antiquis, discernere licet quænam sint in Horis canonicis elementa romana, quænam vero stricte benedictina. Ita possumus officium romanum et signanter laudes matutinas restituere prout agebantur initio sæculi VI.

Modus persolvendi Laudes adamussim describitur in Regula benedictina, in capite XII pro « dominico die », in capite vero sequenti pro feriis seu « privatis diebus ». Et hic modus substantialiter concordat cum ritu romano quem servabamus ante Pii X reformationem.

XII. *Quomodo Matutinorum sollemnitas agatur.*

In Matutinis dominico die, inprimis dicatur LXVI^us psal-

---

(1) Hunc usum testatur *Responsoriale et antiphonarium Romanæ Ecclesiæ* editum a Thomasio — Vezzossi, Romæ, 1747. *Opera*, t. IV. Vide v. g. rubricam et responsoria primi nocturni Dom. I. adventus, p. 18. Cfr eadem in nostro Breviario.

(2) C. SILVA-TAROUCA o. c. p. 208.

mus sine antiphona in directum. Post quem dicatur L^us^ cum Alleluia ; post quem dicatur CXVII^us^ et LXII^us^ ; inde Benedictiones et Laudes, lectio de Apocalypsi una ex corde et responsorium, Ambrosianum, versus, canticum de « Evangelia », litania, et completum est.

XIII. *Privatis diebus qualiter agantur Matutini.*

Diebus autem privatis matutinorum sollemnitas ita agatur ; id est, ut LXVI^us^ psalmus dicatur sine antiphona, subtrahendo modice sicut Dominica, ut omnes occurrant ad L^um^, qui cum antiphona dicatur. Post quem alii duo psalmi dicantur secundum consuetudinem ; id est secunda feria V^us^ et XXXV^us^, tertia feria XLII^us^ et LVI^us^, quarta feria LXIII^us^ et LXIV^us^, quinta feria LXXXVII^us^ et LXXXIX^us^, sexta feria LXXV^us^ et XCI^us^ ; sabbato autem CXLII^us^ et canticum Deuteronomium, quod dividatur in duas « Glorias ». Nam ceteris diebus canticum unumquodque die suo ex Prophetis, sicut psallit Ecclesia Romana dicantur. Post hæc sequantur Laudes ; deinde lectio una Apostoli memoriter recitanda, responsorium, Ambrosianum, versus, canticum de « Evangelia », litania, et completum est.

Plane Agenda matutina vel vespertina non transeat aliquando nisi in ultimo per ordinem oratio dominica, omnibus audientibus, dicatur a priore, propter scandalorum spinas quæ oriri solent, ut conventi per ipsius orationis sponsionem qua dicunt « Dimitte nobis sicut et nos dimittimus » purgent se ab hujusmodi vitio. Ceteris vero Agendis ultima pars ejus orationis dicatur, ut ab omnibus respondeatur : « Sed libera nos a malo ».

C. Callewaert.

(Continuabitur).

Acta SS. Congregationum

E Supr. S. Congr. S. Officii

DECRETUM

DAMNANTUR TRES LIBRI (1)

In Generali Congregatione Sancti Officii, habita Feria IV, die 11 januarii 1928, Emi ac Rmi Domini Cardinales rebus fidei et morum tutandis præpositi, cum compertum habuerint libros novissimos, quibus tituli :

La Politique du Vatican — Sous la Terreur... 20 Septembre- 15 Novembre 1927 — Avec une Préface de Léon Daudet et un Epilogue de Charles Maurras. Bibliothèque des œuvres politiques, Versailles ;

Mermeix, *Le Ralliement et l'Action Française*, Paris, Arthème Fayard et C. Editeurs ;

M.is de Roux, *Charles Maurras et le nationalisme de l'Action Française*, Paris, Bernard Grasset, Editeur :

pergere in propugnandis ideis ac rebus iam proscriptis et in detorquenda actione et mente Summi Pontificis a religiosa — uti semper et exclusive fuit — in politicam, quod fuit semper et est ab eius intentione et opera omnino alienum — decreverunt ad libros eosdem extendi iam latam condemnationem, eosque in Indicem librorum prohibitorum esse inserendos.

Et insequenti Feria V, die 12 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. N. D. Pius divina Prov. Pp. XI, in audientia R. P. D. Assessori Sancti Officii impertita, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit et publicandam iussit.

Datum Romæ, ex Aedibus Sancti Officii, die 13 Januarii 1928.

Aloisius Castellano, *Supr. S. C. Sancti Officii Notarius.*

---

(1) *Acta Apost. Sedis*, XX (1928), p. 35.

E Pontificia Commissione ad Codicis canones authentice interpretandos

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA (1)

Emi Patres Pontificiæ Commissionis ad Codicis canones authentice interpretandos, propositis in plenario cœtu quæ sequuntur dubiis, respondendum mandarunt ut infra ad singula :

I. — De confessione religiosarum

D. I. Utrum confessio religiosarum peracta extra loca, de quibus in canone 522 et in responso diei 4 novembris 1920, sit tantum illicita, an etiam invalida.

II. An verbum *adeat* canonis 522 sit ita intelligendum ut confessarius advocari nequeat per ipsam religiosam ad loca confessionibus mulierum vel religiosarum legitime destinata.

R. Ad I. *Negative* ad primam partem, *affirmative* ad secundam.

Ad II. *Negative*.

II. — De absolutione in periculo mortis

D. An absolutio in periculo mortis secundum canonem 882 limitetur ad forum internum, an extendatur etiam ad forum externum.

R. *Affirmative* ad primam partem, *negative* ad secundam.

III. — De dispensationibus matrimonialibus

D. An verba *pro casibus occultis* canonis 1045 § 3 intelligenda sint tantum de impedimentis matrimonialibus

(1) *Acta Apost. Sedis*, XX (1928), p. 61 s.

natura sua et facto occultis, an etiam natura sua publicis et facto occultis.

R. *Negative* ad primam partem, *affirmative* ad secundam.

IV. — De subdelegatione assistendi matrimoniis

D. I. An vicarius cooperator, qui ad normam canonis 1096 § 1 a parocho vel loci Ordinario generalem obtinuit delegationem assistendi matrimoniis, alium determinatum sacerdotem subdelegare possit ad assistendum matrimonio determinato.

II. An parochus vel loci Ordinarius, qui ad normam canonis 1096 § 1 sacerdotem determinatum delegaverit ad assistendum matrimonio determinato, possit ei etiam licentiam dare subdelegandi alium sacerdotem determinatum ad assistendum eidem matrimonio.

R. *Affirmative* ad utrumque.

Romæ, die 28 mensis decembris 1927.

P. Card. Gasparri, *Præses.*

Adnotationes.

Canon 522, de quo in dubio 1°, agit de confessario religiosarum, qui dicitur « *occasionalis* », et statuit religiosæ licere ut, ad suæ conscientiæ tranquillitatem, *adeat* confessarium ab Ordinario loci pro mulieribus approbatum, *dummodo confessio ejus fiat in aliqua ecclesia vel oratorio etiam semipublico.*

Circa hunc canonem duplex exorta est controversia :

Prima de *loco* in quo ille confessarius *occasionalis licite* ac *valide* confessionem religiosæ posset audire, utrum nempe conditio loci, prouti in canone exprimitur, sit conditio requisita pro validitate confessionis, an potius pro liceitate tantum.

Circa hanc primam controversiam Commissio Pontificia, die 14 novembris 1920, authentice solvit dubium sequens : « Utrum verba canonis 522 : « *confessio in qualibet ecclesia vel oratorio etiam semi-publico peracta valida*

et licita est », ita intelligenda sint, ut confessio extra ea loca peracta non tantum illicita, sed etiam invalida sit ».

Respondit Commissio : « Canon 522 ita est intelligendus, ut confessiones, quas ad suæ conscientiæ tranquillitatem religiosæ peragunt apud confessarium ab Ordinario loci pro mulieribus approbatum, licitæ et validæ sint, dummodo fiant in ecclesia vel oratorio etiam semipublico, aut in loco ad audiendas confessiones mulierum *legitime* destinato ».

At, hac solutione non est sopita controversia. Et auctores serii adhuc existimabant loci conditionem non esse ad valorem requisitam, dicentes ex forma respondendi commissionis Pontificiæ id unum stricte posse colligi confessiones nempe aliter factas esse saltem illicitas ; et mirum per se esse ut circumstantia loci ad valorem requireretur.

Controversia nunc authentice soluta est per novum responsum commissionis supra allatum, in quo ergo declaratur « confessionem religiosarum peractam extra loca, de quibus in can. 522 et in responso diei 4 novembris 1922, non tantum esse illicitam sed *etiam invalidam* ». Adeoque confessarius *non specialiter* pro confessionibus religiosarum approbatus ad normam can. 876, § 1, extra casum canonis 523, jam non potest *valide* audire confessiones religiosarum extra loca ad confessiones mulierum audiendas *legitime* destinata adeoque, v. g. non in locutorio.

Secunda controversia erat de sensu verbi « *adeat* » quod in can. 522 occurrit. Disputabantur enim auctores utrum illud restringendum esset ad casum, quo religiosa spontaneo accessu ad confessarium utatur occasione confitendi apud illum, sive illum obvium habeat *in ipsa domo*, sive *extra domum* ; an vero posset etiam eum ad domum advocare seu consulto arcessere ut confessionem apud ipsum instituat.

Cui controversiæ finis nunc imponitur, cum commissio in solutione dubii dicat, id quod cæteroquin obvium

videbatur, nempe « verbum *adeat* canonis 522, non ita esse intelligendum ut confessarius advocari nequeat per ipsam religiosam ad loca confessionibus mulierum vel religiosarum legitime destinata ». Adeoque religiosa in hypothesi can. 522 non tantum uti potest confessario in domo præsente sed et confessarium advocare potest ad confessionale domus.

Oportet tamen notetur hic agi de canone 522, ideoque requiri conditiones ibidem enumeratas ut *licite* advocetur hujusmodi confessarius *occasionalis*. Ne concludatur ergo ex hac solutione commissionis pontificiæ religiosam *semper* posse advocare confessarium pro mulieribus tantum approbatum. Requiritur semper ut advocetur ad tranquillitatem conscientiæ per confessionem procurandam. Quod supponit apud religiosam adesse motivum rationabile, quamvis utique non excludatur hypothesis motivi regulariter recurrentis, modo confessio apud hujusmodi confessarium occasionalem tantum peragatur obveniente hoc motivo rationabili. Canon tamen 522 numquam fieri potest prætextus pro religiosa ad sese subducendam ab *obligatione* adeundi habitualiter confessarium suum *ordinarium*, prouti can. 520, § 1 statuitur.

Et ita intelligitur cur, etiam post hanc commissionis interpretationem, can. 523 a can. 522 differat. Pro religiosa ægrotante enim major adhuc datur libertas, cum illa possit advocare confessarium pro mulieribus approbatum « quoties voluerit » et quin hoc fiat « ad conscientiæ tranquillitatem ».

Practice tamen ne facilius quam par est confessarius pro religiosis fœminis non specialiter approbatus sinat ipsas ad illum recurrere. Ipsius præcipue est et non religiosæ curare ne abusus irrepant. Experientia enim constat quasdam pœnitentes facile singularitatem quærere, et motiva mere humana non esse tam aliena in hisce rebus. Ab ipso confessario inculcetur obligatio de confessario ordinario habitualiter adeundo et fiat exhortatio ut

oret religiosa pro ipso ordinario ut lumen supernaturale abundans accipiat ad illam in viam perfectionis ducendam, etc.

J. Brys.

Dubium propositum sub 2° et 4° de absolutione in periculo mortis necnon de subdelegatione assistendi matrimoniis, revera nullam faciebat difficultatem.

Quod autem attinet dubium, sub 3° de interpretatione verborum « *pro casibus occultis* », canonis 1045, § 3, hucusque vigebat controversia.

Nimirum, plerique auctores interpretabantur verba illa, non tantum de impedimentis *natura simul et facto occultis*, sed etiam de impedimentis *natura quidem publicis sed facto tamen occultis*, puta de impedimento aliquo affinitatis, cujus existentia in populo ignoratur.

Sane, ut *impedimentum* aliquod sit *occultum* postulatur ut in foro externo probari nequeat (can. 1037), adeoque ut non tantum *natura* sed etiam *facto* occultum sit. Sed, sedulo advertendum est canonem 1045, § 3 non loqui de *impedimentis* occultis, sed de *casibus* occultis. Jamvero, *casus*, proprie loquendo, non est idem ac *impedimentum*. Casus videtur esse occultus si de facto ignoratur in populo.

Alii existimabant casum idem significare ac impedimentum, vocemque illam in canone fuisse adhibitam, ob eam tantum rationem quod melius conguebat formationi periodi. Dubium nunc authentice solutum est, in favorem prioris interpretationis.

V. Coucke.

Kerkfabrieken

I.

Wederbeleg van kapitalen.

De kerkfabrieken en andere openbare instellingen mogen het wederbeleg hunner kapitalen niet naar vrije keuze doen.

Vreemde waarden, buiten degene die ze in hun bezit hadden op 21 augustus 1816, of die hun sindsdien door gifte of legaat werden overgemaakt, mogen ze niet bezitten.

Aan private personen of private instellingen mogen ze geen geld in leen geven.

De kapitalen die in hun bezit komen door giften of legaten, door 't verkoopen van roerende of onroerende goederen, enz. moeten worden omgezet in *inschrijvingen op naam op de staatsrenten*, of in waarden die op denzelfden voet gesteld worden als de staatswaarden.

Ze mogen ook hun kapitalen beleggen op de spaarkas van den Staat (1).

Ze mogen geen *titels aan toonder* der belgische openbare schuld blijvend in hun bezit houden, doch moeten die omzetten in een *inschrijving op het grootboek* (2).

De volgende waarden mogen door de kerkfabrieken

---

(1) Als het een *bestendige* geldplaatsing op de spaarkas geldt moet men die plaatsing doen op een daartoe « *voorbehouden boekje* ». Waar het echter een voorloopige of tijdelijke plaatsing geldt, mag men die plaatsing doen op een *gewoon* boekje.

(2) Art. 70 van het reglement nopens den dienst der openbare schuld, 22 nov. 1875. Hoe die omzetting moet geschieden wordt uiteengezet bij A. De Meester, *Les fabriques d'églises*, p. 433.

en andere openbare instellingen worden aangekocht, op voorwaarde dat men ze op naam der kerkfabriek doe inschrijven op het *grootboek* daartoe bestemd, of dat men ze ter bewaring geve aan den *dienst der open bewaargevingen* (service des dépôts à découvert) ter nationale bank van Belgie (1) :

1) Belgische rente, 2 ½ %.
2) Belgische rente, 3 %, 1e, 2e en 3e serie.
3) Nationaal herstel, 5 %.
4) Binnenlandsche leening met premiën, 5 %
5) Consolidatieleening, 1921, 6 %.
6) Oorlogsschuld, 4 % en 5 %.
7) Binnenlandsche leening van 1925, 5 %.
8) Kasbons Eupen-Malmedy, 5 %.
9) Kasbons en obligatiën van het gemeentekrediet.
10) Obligatiën der nationale maatschappij van buurtspoorwegen.
11) Preferente aandeelen van de nationale maatschappij der belgische spoorwegen, 6 %.
12) Aandeelen der nationale bank van Belgie.
13) Congoleening, 1887, 2 ½ %.
14) Congoleening, 1896-1898, 4 %.
15) Congoleening, 1901, 4 %.
16) Congoleening, 1904, 3 %.
17) Congoleening, 1906, 4 %.
18) Congoleening, 1909, 4 %.
19) Congoleening, 1921, 5 ½ % en 6 %.
20) Aandeelen 4 % en 6 % der « Compagnie des chemins de fer du Congo supérieur aux grands lacs ».
21) IJzerwegen van den Katanga, 6 %.
22) Obligatiën 6 % der goudmijnen van Kilo-Moto.

J. Brys.

---

(1) Zie *Collat. Tornac.*, t. XXII, p. 377.

II.

Brief van den Minister van rechtswezen aan Hunne Doorl. Hoogw. de Bisschoppen van Belgie.

Er wordt gewenscht dat alle ontwerp tot oprichting van een kerk door een particulier aan het advies van de koninklijke commissie voor monumenten en landschappen zou worden voorgelegd :

« De koninklijke Commissie voor Monumenten en Landschappen vestigt mijne aandacht op het bezwaar dat, uit artistiek oogpunt, voortspruiten kan uit de vrijheid die aan de particulieren gelaten wordt om een voor den openbaren eeredienst bestemd gebouw op te trekken met hun geld natuurlijk, maar ook volgens hunne persoonlijke inzichten en smaak en zonder de minste officieele bemoeiing.

« De opgemaakte plans beantwoorden denkelijk niet altijd aan de eischen die voor een dergelijk gebouw mogen worden gesteld.

« Ten einde deze moeilijkheden te verhelpen, zou het wenschelijk zijn, en ik ben zoo vrij u dezen wensch uit te drukken, dat iedere maal gij een ontwerp ontvangt tot oprichting van een kerk door een particulier, gij hem zoudt aanzetten het ontwerp, officieus voor advies van de Koninklijke Commissie voor Monumenten en Landschappen voor te leggen en zooveel mogelijk gevolg te geven aan de aanmerkingen die bedoeld college aangaande het ontworpen gebouw meent te moeten formuleeren ».

De Minister,
P. Hymans.

Consultatio

De stipendio missæ in festis abrogatis.

In diœcesi Brugensi potest parochus vi indulti pontificii diebus festis abrogatis accipere stipendium, seu non tenetur celebrare *pro grege*, sed licet ei applicare missam ad intentionem dantis stipendium, ea tamen lege ut hoc stipendium *integrum* operi scholari impendat ; pone autem parochum missam celebrare solemnem exsequialem hora 10ª pro qua in tariffo parœciali approbato statuitur summa 25 fr. celebranti obveniens, satisfacitne parochus obligationi suæ tribuendo operi scholari stipendium consuetum missæ *lectæ* seu octo francos, an vero illud stipendium *integrum* elargiri debet ?

Respondetur : negative ad 1ᵃᵐ partem ; ad 2ᵃᵐ partem *distinguo : integrum*, i. e. elargiri debet totam summam celebranti obvenientem, in casu 25 fr., *nego ; integrum*, i. e. elargiri debet summam quæ ut minima celebranti obvenit ex tariffo parœciali approbato pro missa cantata manuali hora libera celebranda, *concedo*.

Explicatur : Quo facilius hæc solutio intelligatur, generales quædam regulæ proponuntur, quæ in posterum inservire poterunt ad dirimenda omnia dubia circa interpretationem hujus indulti (1).

Vi actualis juris particularis, in nostris statutis a. 1926 editis attendendus in hac materia præprimis venit horum

(1) Prædictum dubium apud parochos facile oriri poterat ex *apparenti* contradictione inter solutionem, prouti de simili casu jam bis fuit proposita in nostro periodico, nempe in *Collat. Brugen.*, t. VI, p. 494 et t. X, p. 324, nota 2, et textum novorum statutorum.

statutorum numerus 57, 4°, in quo Episcopus mentem suam aperuit et interpretationem dedit de significatione verbi « *stipendium integrum* », prouti illud occurrit in tenore indulti a s. Sede obtenti.

Jamvero Statuta dicunt : « ...Apud nos, ex ipso tenore indulti, integrum stipendium sive missæ lectæ sive missæ cantatæ præfato operi a parochis est solvendum, sibi *retentis* tamen, si quæ sint, *juribus casualibus* aut *parœcialibus*, retentis etiam retributionibus forsan obvenientibus *pro labore extrinseco*, necnon iis quibus augeatur eleemosyna *intuitu personæ* ».

Hisce positis, distinguendo missam lectam inter et cantatam, dico : parochus satisfacit tradendo huic operi scholari summam *octo* francorum casu quo, in festo abrogato, loco celebrationis pro grege, dixerit missam *lectam*, quia tariffus synodalis apud nos vigens hanc summam determinavit ut stipendium missæ manualis lectæ (1) ; — parochus satisfacit tradendo huic operi scholari summam celebranti obvenientem et in suo tariffo parœciali approbato determinatam pro missa cantata manuali, hora libera celebranda, casu quo, in festo abrogato, loco celebrationis pro grege, missam *cantatam* celebraverit, quia hæc est summa quæ ut stipendium *integrum* est habenda missæ cantatæ (2).

---

(1) Dubium moveri posset de casu quo in quadam diœcesis parte a fidelibus jam communiter *de facto* summa major quam illa, quæ a taxa synodali fuit statuta, traditur ; utrum nempe illa summa integra sit solvenda fundo scholari, an vero satisfaciat parochus obligationi suæ solvendo 8 fr. Salvo meliori, opinamur etiam tunc sufficere ut tradatur summa 8 fr., quia id quod ultra hanc summam datur celebranti, potius intuitu personæ tradi videtur.

(2) Non possumus adhærere sententiæ quæ teneat semper satisfacere parochum solvendo summam 8 fr., sequenti utputa argumento adducto : stipendium missæ est illud quod traditur occasione missæ lectæ ; stipendium autem pro missa cantata, etiam manuali, dividi potest : 1°/ in partem pro missa qua tali ; 2°/ in partem pro missa qua cantata, nam cantus est labor extrinsecus.

Hoc rejiciendum videtur eo quod missa cantata in textu legis distinguatur a lecta, ita enim cantus apparet circumstantia non separabilis ab hac missa.

Quæ enim in utraque illa hypothesi sive missæ lectæ, sive missæ cantatæ, ultra illam summam traduntur, haberi possunt vel ut jura casualia aut parœcialia, vel ut retributiones pro labore extrinseco, vel ut eleemosynæ intuitu personæ factæ.

J. Brys.

Notæ bibliographicæ

Van der Meersch, J. *Tractatus de Deo uno et trino.* Ed. altera. Brugis, Beyaert, 1928. — Maj. in 8, XVIII-534 p. Pr. 50 fr. ; pro regionibus exteris, 13 B.

Quum abhinc decem annis prodiit prima hujusce tractatus editio, variis in periodicis celebrata fuit encomiis, utpote quæ sana doctrina, clara licet subtili disputatione, præ multis aliis hujusmodi libris manualibus emineret. Nec quisquam qui doctissimas prælectiones auctoris eximii, quondam in Seminario brugensi theologiæ dogmaticæ professoris, audire potuit, hasce laudes merito debitas statim non intelliget. Notare lubet librum molis ingentioris, sub respectu typographico esse optime ordinatum, quum multa, quæ ad ipsam doctrinam scitu sunt minus necessaria, minoribus litteris excudantur, adeoque claritati non noceant atque alumnis objectum præbeant atque incitamentum ad ulteriorem inquisitionem. Multum etiam laudare oportet cl. A. de solertia quacum utitur methodo positiva ad dogma solide probandum, antequam ad scholasticas disputationes atque explicationes deveniatur ; hoc enim in non paucis hujusmodi libris nimis desideratur.

Sequitur A. ducem fidum, s. Thomam, principem theologorum, non tantum quod doctrinam attinet, sed etiam quod divisionem materiæ spectat, itaque in tractatu de Deo, successive agit, in prima parte, de existentia Dei, de essentia divina, de singulis perfectionibus divinis, necnon de modo quo Deus a nobis cognoscitur ac nominatur ; deinde in parte secunda, considerans ea quæ pertinent ad operationem Dei, tractat de vita, cognitione atque volitione Dei ; postea de providentia divina ac de prædestinatione, cum connexis quæstionibus de voluntate salvifica Dei, de existentia mali et de inæquali conditione hominum ; tandem de potentia et beatitudine Dei. — In tractatu de Deo trino fusius ostendit, et optime quidem, dogma de ss. Trinitate fuisse revelatum et contineri tum in litteris sacris quum in traditione catholica ; deinde speculative magis agit de mysterio ss. Trinitatis, duce Aquinate, cujus rursum doctrinam et divisionem amplectitur, tractans ex ordine de processionibus, relationibus et personis divinis. In fine hujusce tractatus utilem valde addit disputationem de modo, quo se habet altissimum hoc mysterium ad cognitionem naturalem, necnon de modo quo de eodem loqui necesse est. — Tanquam prologum ad totum opus, dilucidam præmittit dissertationem de essentia et principiis theologiæ, de ejusdem præstantia atque de modo quo theologiæ vacandum sit.

Utile ducimus breviter saltem indicare quæ in hac altera editione, servatis tamen numeris prioris editionis, mutata aut magis evoluta fuere : n. 6bis, A. fusius agit de distinctione inter theologiam et apologeticam, et hanc etiam censet rite, imo melius, vocari posse propædeuticam ad theologiam ; n. 16bis, ulterius explicat notionem dogmatis ; n. 83bis, valorem cognoscitivum intellectus nostri, etiam in statu naturæ lapsæ, vindicat contra Rousselot ; n. 87bis, insistit in ineptitudine argumenti, quod dicitur deontologicum, ad existentiam Dei demonstrandam, atque addit sedulo notanda quædam de notione obligationis, imperfectionis et peccati venialis ; n. 111, adjungit pauca circa quæstionem de possibilitate bonæ fidei in illo, qui dubitat de existentia Dei ; n. 282-283, pressius describit cognitionem mysticam ; n. 301bis-302, agens de ratione formali « supernaturalis » et de supernaturalitate visionis beatificæ, rejicit opinionem quam recentius defenderunt R. P. De Broglie, in periodico « Recherches de science religieuse », 1924-1925, et R. P. Maréchal, in opere « Le point de départ de la métaphysique », Cahier V, Louvain, 1926 ; n. 449bis, explicat quomodo Deus dicatur velle tentationes ; n. 731bis, excludit aliquam dogmatis expositionem, quæ legitur apud R. P. Al. Janssens, in opere « De h. Drievuldigheid », Brussel, 1925[2] ; n. 768, intimius perscrutatur notionem subsistentiæ in Deo et tandem, n. 777bis, difficultatem solvit contra processiones divinas allatam.

Hæc brevior analysis, minus quam par esset, eximias dotes indicat hujusce operis ingenti labore ac magna solertia conscripti, quod Rev^mus Episcopus in approbatione sua testatur sanam continere doctrinam, accurate expositam, quæ lectoribus præbebit « fundamentum atque incitamentum ulteriorum meditationum theologicarum, necnon agendæ vitæ interioris et prosequendæ unionis contemplatione cum Deo optimo maximo, Uno ac Trino ».

H. Lamiroy.

Cornely, R. - Merk, A. (S. J.). *Manuel d'introduction critique et historique à toutes les s. Écritures.* Traduction faite sur la 9e éd. latine par P. Mazoyer. Vol. I. Paris, Lethielleux, 1928. — In 8, XII-796 p. — Pr. 50 fr.

M. Mazoyer est un traducteur averti et patient, qui ne se laisse pas rebuter par les gros volumes ; il s'attaque maintenant au volumineux *Compendium introductionis in s. Scripturæ libros* des PP. Cornely et Merk, dont nous avons donné une recension très élogieuse (1). Voici le premier volume, donnant l'introduction générale et les introductions spéciales aux livres de l'Ancien Testament.

Nous ne devons pas revenir sur les mérites de cette œuvre magistrale, savamment ordonnée et pleine d'érudition ; nous avons

(1) *Collat. Brugen.*, XXVII (1927), p. 464.

dit que c'était un de ces livres qu'on veut toujours voir rééditer parce qu'ils facilitent tellement l'étude des livres sacrés. Quant à la traduction, revue par le P. MERK lui-même, il faut reconnaître qu'elle est soigneusement faite dans une langue claire et bien française (1) ; les lecteurs y trouveront sur la Bible des notions d'une valeur scientifique éprouvée et d'un sens catholique parfait.

Simon, H. (C. SS. R.). *Prælectiones biblicæ.* Ed. 3ª a **P. J. Prado** recognita. 2 vol. Taurini, Marietti, 1926, 1927. — In 8, XXXII-652, XXVIII-527 p. — Pr. 35, 32 lib. ital.

Ut probant tam cito iteratæ editiones, hæ *Institutiones biblicæ* a P. SIMON a. 1920-22 primum editæ votis plurium s. Scripturæ studiosorum responderunt ; nec absque merito. Coadunata enim hic invenimus, lucido ordine disposita et solide explorata, quæquæ ad N. T. intelligentiam conducunt ; quod novam editionem attinet libenter advertimus P. PRADO curæ fuisse ut etiam recentiorum studiorum ratio haberetur.

In primo volumine de quatuor evangeliis, liber I introductionem specialem proponit ; hic tamen, nostro sensu, quæstionis synopticæ expositio, historia et solutio æquo brevius 12 paginis absolvitur ; liber II exegeticus difficiliores textus sobria explicatione illustrat. Secundum volumen reliquum N. T. percurrit celeriori gressu ; præsertim partes exegeticæ breves sunt nec ita locum commentariorum supplent.

Quod modum expositionis spectat, notare juvat auctorum scopum non fuisse ut librum ederent scientifico apparatu ornatum ; maluerunt media illa via incedere quæ postulatur in enchiridio seminariis destinato ; ideo ab omni otiosa disputatione auctores abstinent et simul ad sacerdotalem pietatem fovendam conducere conantur. Ita hi libri sacerdotibus et seminariorum tyronibus commendari plene merentur.

Keulers, J. *Het Boek Judith, Het Boek Esther* (Oud Testament, Deel III, nr 4-5). Brugge, Beyaert, 1927. — Gr. in 8, 48, 48 bl. — Pr. 14 fr. — **Beelen, J.-T.** *Het h. Evangelie volgens Lucas. Het h. Evangelie volgens Joannes* aangeteekend door **A. Vander Heeren** (Nieuw Testament, Deel I, nr 3-4. Ib. 1927. — Gr. in 8, 124, 128 bl. — Pr. 15. 15 fr.

Deze nieuwe deeltjes van de Bijbelvertaling kwamen van de pers. De vertaling en uitleg van de Evangeliën door Mgr BEELEN vroeger

---

(1) Quelques détails demandent à être retouchés : ainsi p. 360 la description de la revue *Verbum Domini* ne répond ni au texte latin, ni à la réalité ; p. 361 le *Lexicon Biblicum* de VIGOUROUX n'existe pas, mais bien le *Dictionnaire de la Bible*, dont le P. MERK avait traduit le titre en latin.

bezorgd worden ook hier ongewijzigd heruitgegeven; enkele bijgevoegde nota's wijzen op nieuwere vraagstukken of oplossingen.

Prof. KEULERS vatte de lastige taak aan een gansch nieuwen kommentaar te schrijven op de boeken Judith en Esther; zijn inleiding op Judith geeft een kort overzicht van de bestaande teksten (is het zoo zeker dat de Vulgata eene bijzondere tekstfamilie vormt ?) en van de geschiedkundige moeilijkheden van het boek: is het boek historisch, en, zoo ja, wanneer vielen die feiten voor ? Schr. houdt het voor de geschiedkundige waarde en met de beste schriftuuruitleggers plaatst hij de gebeurtenis onder Assurbanipal. Voor het boek Esther moesten ook kritische moeilijkheden ter sprake komen; Schr. zet ze gevat uiteen en lost ze klaar op. De uitleg van beide boeken is zeer goed en houdt rekening met de verschillende tekstvormen.

Surmont, A. (Miss. Scheut). *De psalmen in het h. Officie.* 2 deelen. Brussel, Standaard-Boekhandel, 1927. — In 16, 493, 103 bl. — Pr. 15 fr.

Ons trof bij het lezen van P. SURMONT's *Bij Jezus* (Brussel, 1925) het vele aanbrengen van psalmteksten, dat klaar aantoonde hoe Schr. zijn psalmen verstaat en smaakt, en ze benuttigt als de natuurlijke uiting van het gebedsleven. Daartoe wil P. SURMONT nu ook zijn medepriesters brengen en daarom schreef hij voor hen die handleiding tot vruchtbaarder psalmbidden; hij wil verschaffen « een *voldoende aktueele kennis* der psalmen, een kennis die we gemakkelijk kunnen onderhouden *te midden van al onze bezigheden* » (p. 4): daarom vinden we benevens de onontbeerlijke tekstuitleg kort samengevat den aard, het onderwerp, de omstandigheden, de grondgedachten van elken psalm. Die kennis moet echter leiden tot vereenigend gebed met God en wel tot liturgisch gebed; daarom wordt eene beschouwing bijgevoegd, wordt vooral gesteund op de gevoelens bij het psalmbidden, wordt elke psalm gesteld in het kader van den liturgischen dag, van het week- of feestofficie. Wie het eerste deel met vrucht doormaakte en elken psalm verstaat en smaakt, die moet alleen nog naar het kleine tweede deeltje grijpen, dat de psalmen van elken dag onder eene grondgedachte ordent.

Studie en ondervinding, practische zin en priesterijver brachten hier een onder alle opzichten degelijk werkje voort; moge het zijn weg vinden.

Ricciotti, G. *Le lamentazioni di Geremia.* Torino, Marietti, 1924. — In 8, VIII-97 p. — **Id.** *Il libro di Giobe.* Ib. — In 8, XII-258 p. — **Tricerri, D. M.** (O. P.). *Il canti divini.* Vol. I. Ib., 1925. — In 8, XXIV-428 p. — Pr. 20 lib. ital.

Studium scientificum in suis commentariis intendit RICCIOTTI; quod librum Job attinet longo tractu disserit de præliminariis quæstionibus,

præprimis autem de obscura quæstione compositionis libri ; lamentationibus utiliter præmittit notiones quasdam de ritibus funerariis apud ægyptios, chaldæos et hebræos ; in utrcque commentario versio præbetur juxta textum hebraïcum et explicatio exegetica, licet brevis, apte adjicitur.

Collectione sua carminum s. Scripturæ voluit P. Tricerri præsertim efferre pulchritudinem litterariam horum canticorum. Sobrie distribuendo explanationes quas textus postulat, post introductionem generalem de poësi biblica, præbet cantica Bibliæ, benedictionem Jacob, oraculum Balaam, dein psalmos ; hos, quibusdam nescimus qua de causa omissis, sub variis capitibus ordinat. Utique explicatio sicut et ordinatio quandoque sat arbitraria et subjectiva est, sed noluit auctor agere criticum, sufficit ipsi lectorem sapere et gustare delicias carminum, quod revera liber natus est producere.

Lavergne, C. (O. P.). *Synopse des quatre évangiles* d'après la synopse grecque du R. P. Lagrange. Paris, Lecoffre, 1927. — In 8, 267 p. — Pr. 15 fr.

Après ses commentaires séparés sur les quatre évangiles l'infatigable P. Lagrange se devait d'éditer une synopse ; il le fit en 1926, aidé par le P. Lavergne. Cette synopse grecque fut assez vivement critiquée, surtout l'absence de toute justification et l'omission de tout apparat critique ; le P. Lagrange se contenta de renvoyer les dénigreurs à ses grands commentaires.

Le collaborateur du P. Lagrange nous donne ici une traduction française de la synopse. En l'ouvrant on s'étonne de voir Luc occuper la première colonne, mais cette disposition est adoptée parce que Luc plus que les autres synoptiques semble avoir suivi la succession historique des faits ; l'agencement de Marc est préférable à celui de Matthieu, et pour cela Marc tient la deuxième colonne. Le traducteur note avec raison que malgré tout l'ordre chronologique reste souvent incertain. Quant à Jean, qui mieux encore que Luc précise la situation chronologique et géographique, il fournit des points de repère précieux, mais ses textes sont rarement parallèles aux synoptiques. Nous croyons qu'en général l'agencement adopté est heureux.

La traduction est découpée dans les commentaires du P. Lagrange, mais changée ci et là pour obtenir une image plus fidèle des rapports mutuels entre les textes grecs. Au bas des pages on lit des notes sobres, exégétiques et ascétiques, empruntées surtout à s. Jean Chrysostome, s. Augustin et s. Thérèse de l'Enfant de Jésus ; l'ouvrage d'ailleurs est dédié à la petite sainte qui estimait et aimait les évangiles et qui, dans sa cellule, se fabriquait une synopse.

Les épîtres de s. Paul replacées dans le milieu historique des Actes des Apôtres. 4 vol. Esschen, Impr. s. Alphonse,

1924-1927. — In 8, 403, 396, 269, 319 p. — Pr. 12, 15, 15, 20 fr.

L'auteur se cachant sous l'anonymat d'un moine bénédictin de la congrégation de France n'est autre que D. Delatte, ancien abbé Solesmes; il avait publié déjà *L'Évangile de Notre Seigneur Jésus-Christ* (2e éd., Tours, 1925) qui fut universellement apprécié.

Dans le présent ouvrage l'auteur replace les épîtres dans leur milieu historique ; pour décrire le christianisme naissant il commente les Actes et jusqu'à la fin de la première captivité romaine il insère les épîtres. Le commentaire n'est pas philologique ni apologétique ; il veut être avant tout théologique et ascétique ; on ne doit pas dès lors le ranger parmi les commentaires exégétiques mais lui donner une place à côté des commentaires patristiques. L'auteur s'est inspiré de la méthode des Pères, il a cru que cette méthode n'était pas surannée et de fait il nous a donné un livre admirable. N'ergotons pas sur certains rapprochements historiques ni sur certaines interprétations peut-être mal fondées ; cela n'est pas de mise pour pareil ouvrage; reconnaissons plutôt que cet ouvrage dénote chez son auteur une vaste érudition, un sens théologique affiné, un esprit méditatif et surtout une âme vraiment sainte. D. Delatte a compris que les premiers livres de spiritualité sont les livres sacrés ; mettons-nous à son école et lisons ses commentaires.

Bardenhewer, O. *Der Römerbrief des h. Paulus.* Freiburg i. Breisg., Herder, 1926. — In 8, 220 p. — Pr. 6 60 Mk. — **Fahsel, H.** *Des h. Thomas von Aquinen Kommentar zur Römerbrief.* Ib., 1927. — In 8, xvi-512 p. — Pr. 12 Mk.

Cl. professor Monacensis curriculum suum scientificum inauguraverat dissertationibus biblicis et ad hodiernum diem optimam seriem *Biblische Studien* moderatur ; per annos in studiis patristicis mira cum eruditione versatus, hoc commentario ad s. Scripturæ studium regreditur. Typis mandavit commentarium in Rom. prout eum pluries in schola theologica tradidit ; ideo ex una parte theologicis doctrinis elucidandis et coordinandis magis incumbit, et ex alia parte ab omni eruditionis apparatu magis speciali abstinet. Commentarius præsertim in partibus theologicis solidus est et dignus qui inter meliores catholicos annumeretur ; forsan objicere licebit commentarium, minimo utique gradu, recentiorum quarumdam lucubrationum, v. g. instructivi commentarii Lietzmann, rationem non habuisse.

Accommodatus est liber pluribus circa s. Scripturam curiosis quibus libri magis scientifice concinnati non patent ; in Germania enim epistola ad Romanos eximium locum occupat in controversia cum lutheranis, cum in hac epistola se doctrinam suam hausisse Lutherus proclamaverit. Ita operi Barderhewer latenter subest scopus quidam apologeticus qui apertius detegitur in versione commentarii s. Thomæ in Rom. quam paravit Fahsel. Vult A. latius divulgare hoc præclarum

opus ut melius perspiciatur doctrina Apostoli de gratia et de justificatione, a Luthero tam absurde defigurata sed in ecclesia catholica incolumis servata; de eodem commentario hac hieme Berolini A. habuit publicas aliquot lectiones. Versio est accurata et fidelis; speramus eam pluribus profuturam.

Ruts, C. *De Apocriefen uit het Nieuw Testament, I Evangeliën en Kerkstemmen*. Brussel, Felix, 1927. — In 8, XXII-264 bl. — Pr. 15 fr.

De ongeloovige dogmengeschiedenis is de laatste jaren veel belang gaan hechten aan de apocriefen met het al of niet uitgesproken doel onze schriftuurboeken tot het lage peil van de apocriefen neer te halen, ook wel om te bewijzen dat kinderachtige verzinsels de Kerk hebben doen afwijken van Jezus'zuivere leer; het Mariadogma o. m. zou uit de apocriefen zijn ontstaan. In wetenschappelijke voor kenners geschrevene verhandelingen zijn dergelijke beweringen weinig gevaarlijk; erger is het waar ze in het volk worden gesmeten; zoo deed het vóór enkele jaren de bekende *Wereldbibliotheek* van Amsterdam met het uitgeven van een apocriefenvertaling en -studie door Bakels, die feitelijk een gemeene aanval was op Christus en de Kerk.

De opwerpingen tegen de Marialeer behandelde P. A. Janssens in zijn *De H. Maagd en Moeder Gods Maria* (I, Brussel, 1926): daar hadden we enkel uittreksels, hier krijgen we teksten en P. Janssens is de eerste om in een inleidingswoord den vertaler geluk te wenschen. Dit eerste deeltje geeft ons de verschillende apocriefe evangeliën, met voorop een korte maar wel bezorgde inleiding; onder de Kerkstemmen vinden we de Didachè, Pseudo-Clementienen en de preeken van Petrus, de Clemensbrief, de 2e Clemensbrief, de brief van Barnabas en enkele andere teksten. De Didachè in een apocriefenuitgaaf doet wonder aan, maar verbluffend is op zijn minst het inschuiven van den Clemensbrief; een pauselijk schrijven van het einde van de eerste eeuw, een stuk van uitnemend dogmatisch en disciplinair belang komt hier voor onder de Kerkstemmen die Schr. bepaalt: « geen geschriften, die zich als woekergewas rond den stam en de takken der canonieke boeken slingerden, maar schenen daarop geënt en uit hetzelfde sap geboren en gevoed » (p. 240); « Als opsteller noemt de overlevering den h. Clemens, den derden opvolger van Petrus » (p. 261); ons maakt het den indruk dat Schr. uiterst sceptisch staat tegenover die overlevering; we raden hem aan eens de *Geschichte der altkirchlichen Literatur* van O. Bardenhewer ter hand te nemen, een boek dat we graag in de *Bibliographie* hadden gezien; daar zal hij als besluit van een zakelijk betoog lezen: « Es sind denn auch nur ganz vereinzelte Bedenken gegen die Autorschaft des h. Klemens laut geworden, und in der Gegenwart scheint der Zweifel völlig verstummt zu sein » (I, p. 120).

Afgezien van dit voorbehoud moeten we E. H. Ruts om zijn bezorgde en vloeiende vertaling gelukwenschen.

M. De Jonghe.

Naval, F. *Theologiæ asceticæ et mysticæ cursus.* Versio latina, juxta tertiam editionem hispanicam, a R. P. Fernandez. Taurini, Marietti, 1925. — In 8, 353 p.

Hoc opus primitus hispanice exaratum, dein latine versum, hinc inde sermone subobscuro, breviter et bene totam theologiam asceticam et mysticam exponit, non theoretice et disceptando, sed in ordine præprimis ad praxim seu animorum moderationem. Doctrina ab auctoribus optimæ notæ desumpta, et diuturna experientia scriptoris comprobata, solida est et præsentis temporis exigentiis adaptata. Prima pars quæ inscribitur « Mystica generalis » exponit notiones fundamentales et media generalia ad perfectionem. Altera, cui titulus « Ascetica », describit triplicem viam. Tertia seu « Mystica » agit de contemplatione infusa prius in genere dein in specie juxta varios gradus ejus spectata, addita sectione de contemplatione distincta per gratias gratis datas, visiones nempe, locutiones et revelationes. Tandem quarta pars tractat de « Discretione spirituum » ubi traduntur regulæ generales discretionis pro casibus ordinariis, additis regulis specialibus pro casibus extraordinariis. Contemplatio infusa, quam A. merito opponit activæ seu acquisitæ, ita definitur : Cognitio intuitiva divinarum veritatum cum intensissimo amore Dei, modo aperte supernaturali obtenta, vi superiorum donorum Spiritus Sancti. Hoc opus libenter commendamus tamquam optimum manuale pro hac parte theologiæ addiscenda et tamquam optimum vade-mecum in animabus dirigendis.

Misserey, E. *Du doute à la contemplation. Sœur Claire de Jésus.* Collection « Pax », vol. XXVIII. Bruges, Desclée, De Brouwer et C°, 1928. — In 8, XII-187 p. — Pr. 8 fr.

Ce beau livre nous retrace le portrait d'une âme privilégiée. Suzanne B. née le 22 octobre 1895 à St-Jean d'Angély (Charente Inférieure) entre en 1919 à l'abbaye des bénédictines, où elle reçoit le nom de Sœur Claire de Jésus, et meurt le 20 mars 1923, à l'âge de 28 ans. Comme histoire externe rien de saillant dans cette vie : l'histoire interne n'en est que plus digne d'être étudiée. Après sa première communion, Suzanne se détache progressivement des pratiques de piété et de 12 à 20 ans son âme s'enfonce dans la nuit du doute. Mais soudain à 21 ans la main de Dieu ressaisit cette âme et l'entraîne rapidement vers les profondeurs de la vie mystique. Bientôt elle ne vit plus que dans le Christ-Jésus ; elle se perd en Lui. « Dans l'oraison, dit-elle, quand Jésus me prend, il faut que j'entre au plus profond de moi, dans un grand calme et une paix profonde, quelquefois pour y souffrir beaucoup, d'autres fois pour y jouir intensément, le plus souvent sans sentiment très net, me contentant d'être aux pieds de Jésus ou me perdant en Dieu ». Elle ne voit et n'aime que Jésus dans ses sœurs : « Les créatures ne sont que des voiles ; des yeux aimants traversent ces voiles et sans s'arrêter aux mille obstacles,

vont droit à la réalité sainte et cachée. Je ne puis être toujours au pied de l'autel, ô Jésus, mais continuellement je suis auprès de vos tabernacles de chair ». Cette union s'épanouit dans la pratique de toutes les vertus monastiques : recueillement, humilité, obéissance, bonté épanouie, égalité d'humeur et paix rayonnante. Son union avec le Christ porte l'estampille du Christ, la croix. Les épreuves intérieures ne lui furent pas ménagées : elle dut passer par le purgatoire mystique. « O Jésus, tu es bon, répondait-elle, mais quand tu me fais souffrir, tu es encore meilleur ». A mesure que son union devient plus intime, plus intense aussi devient son désir de voir le Bien-Aimé, et son voeu de mourir : « Je ne peux plus vivre... Je ne peux plus vivre sans Lui ».

De vrai, pareille vie méritait d'être proposée à notre siècle, où sans doute, sous l'apparence d'une vie toute extérieure, beaucoup de jeunes filles, comme Suzanne, sont écœurées du vide de leur existence agitée.

H. Alfonsus-Maria. *Wijze om voortdurend en vertrouwelijk met God om te gaan.* Herwerkt door P. Debast. 2e uitgaaf. Esschen, St-Alfonsusdrukkerij, 1927. — In 12, 71 bl. — Pr. 1,65 fr.

Een goed boekje om de godzoekende zielen praktisch te leeren hoe ze voortdurend in tegenspoed en vreugde, in fouten en in twijfels, in de betrekkingen met den naaste en in al de banale omstandigheden van het dagelijksch leven aanleiding vinden om vertrouwelijk met God om te gaan.

S. Alphonse. *Conformité à la volonté de Dieu.* Esschen, Impr. St-Alphonse, 1927. — In 12, 79 p. — Pr. 2,25 fr.

Dans cet opuscule, un Saint nous enseigne l'art de nous sanctifier. Il nous donne la formule classique de la sainteté, conformité amoureuse à la volonté de Dieu, mais surtout il nous apprend à pratiquer cette formule dans le détail de notre vie journalière.

Dourche, J. M. (des Servites de Marie). *La Vierge toute sainte.* Bruges, Desclée, De Brouwer et Co. — In 8, 326 p.

Souvent les prêtres chargés de la direction d'une congrégation de la sainte Vierge demandent un ouvrage où ils puissent trouver une matière sûre pour leurs instructions hebdomadaires. Le livre du P. Dourche leur rendra de précieux services. La doctrine est solide : l'auteur n'a fait que résumer, dans les trois premières parties, le Tractatus de Beatissima Virgine Maria Matre Dei de Mgr A. H. M. Lépicier. Mais cette doctrine nous est offerte, non d'une manière spéculative, mais toute pétrie de dévotion et comme un aliment substantiel pour notre dévotion mariale. Pour exciter l'appétit de nos lecteurs donnons

en deux mots le contenu de l'ouvrage. La première partie traite de la maternité divine, la deuxième de l'immaculée conception, la troisième, de la sainteté de Marie, la quatrième, la plus personnelle, de la part de Marie à la passion du Christ et à notre rédemption. Cet ouvrage est certes de nature à stimuler à une plus parfaite dévotion à la sainte Vierge et à une plus fidèle imitation de celle que nous appelons « le Miroir de justice » et que les anciens Pères de l'église d'Orient se plaisaient à nommer la *Panagia*, la *Toute Sainte*.

Van der Mueren, A. *Bij de ware levensbronnen.* Leuven, Vlaamsche drukkerij, 1927. — In 8, VII-443 bl. — Pr. 20 fr.

Uit onze vroegere beoordeeling kennen onze lezers reeds de twee voorgaande deelen van de zoo verdienstelijke catechesen van E. H. Van der Mueren : *Op den weg der wijsheid*, en *Op den weg der liefde* (1). In dit derde deel, over genadeleer en over sakramentenleer, bedoelt S. niet alléén het wezen en de werking der sakramenten te leeren kennen, maar vooral en hoofdzakelijk deze heilige genadebronnen te doen hoogschatten en ze volmaakt te leeren benuttigen. Tot dat doel maakt hij overvloedig gebruik van de sakramentenliturgie ; zoo wordt de kracht der sakramenten levendig voor oogen gelegd, de aandacht wordt geboeid en 't gemoed wordt opgewekt. Eene centrale gedachte moet gansch dit onderricht over de sakramenten tot een levende eenheid brengen, te weten, de gedachte aan 't reddend en heiligend priesterschap van J.-C. De kinderen moeten van eersten af leeren het nauw verband zien tusschen de sakramenten en 't sacrificie (2).

Wij aarzelen niet deze catechesen van E. H. Van der Mueren een zegen te heeten voor de kinderen die ervan mogen genieten en ze dan ook nogeens warm aan te bevelen aan alle catecheten.

Van Maele, B. (O. Praem.). *De Eucharistische Kruistocht voor Kinderen. Groep A.* Secretariaat van E. K., Abdij Averbode. In 16, 240 bl. — Pr. 7 fr. — *De Eucharistische Kruistocht voor volwassenen. Groep B.* — In-16, 111 bl. — Pr. 3,50 fr.

Al onze priesters, maar vooral de E. K. leiders zullen deze twee boekskens van Pater Van Maele welkom heeten. En terecht : niemand immers is bij ons meer bevoegd om den geest en de praktijk van den E. K. in al zijn verschillende vertakkingen te omschrijven dan deze ijvervolle apostel van E. K., na zijne jarenlange ondervinding. Deze grondige en boeiende werkjes zullen zonder twijfel den ijver van onze priesters aanvuren en nieuw leven brengen in de heerlijke E. K. beweging.

---

(1) Zie *Collat. Brugen.*, XXVII (1927), p. 79.

(2) Zie daarover C. Callewaert, *Liturgie en Eucharistie*, in *Ons liturgisch tijdschrift*, 1927, bl. 168 vv. en 1928, bl. 13 vv.

Cruysberghs, K. *Onze verlossing.* Zes vastenpreeken gehouden voor de Katholieke Vlaamsche Hoogeschooluitbreiding, in Sint-Carolus te Antwerpen, 1927. Antwerpen, N. V. Leeslust, Nationalestraat, 109. — In 12, 68 bl. — Pr. 6 fr.

Deze vastenpreeken zijn geen passiesermoenen, zooals dit bij ons de gewone opvatting is. Schrijver beschouwt de verlossing eerder in de heerlijkheid die ze heeft gewerkt in ons, dan in het lijden dat ze heeft gekost aan Christus, eerder in ons leven dan in Zijnen dood. Eene diepgrondige, treffende uiteenzetting van het dogma onzer verzoening, verlossing, levensnieuwheid, gemeenschap met God en eening met Christus en met al de medeverlosten, aan alle ontwikkelde kristenen zeer aan te bevelen.

A. Legrand.

Cappello, F. (S. J.). *Tractatus canonico-moralis de sacramentis juxta codicem juris canonici. (Vol. II. Pars I. De Pœnitentia.* Taurinorum Augustæ, Marietti, 1926. — In 8, XII-908 p. — Pr. 32 lib. ital.

Sat superfluum ducimus opus cl. P. Cappello multis verbis laudare. Etenim, eruditio ejus vere copiosa, doctrina omni ex parte solida, intelligentia rerum perspicua atque profunda: hæc omnia præcedentibus eximii Auctoris operibus tam nota sunt, ut supervacaneum sit in hisce laudibus inhærere. Præsens tractatus dividi posset in tres partes, quarum prima agit de virtute pœnitentiæ, secunda de sacramento, tertia de indulgentiis et jubilæo. In his omnibus, canonica doctrina, nitide et accurate, ad normam codicis, exponitur. Ex theologia dogmatica, pastorali, et ascetica, quæ ad confessariorum officium propius pertinent, Auctor delibanda curavit. Quæstiones quoque historicæ compendiose tractantur. Hæc omnia modo digno magni nominis ab Auctore acquisiti.

Lowie, J. *Missieactie bij de schooljeugd.* Pædagogische studiën onder leiding van Dr A. Decoene en Dr Fr. De Hovre, deel XXXII. Gent Propaganda drukkerij « Veritas », 1927. — In 8, 144 bl.

Dit werk van den ijverigen missievriend, Eerw. Heer J. Lowie, leeraar aan het College te Poperinghe, is een practische aanvulling van de brochure « De Missie en het lager onderwijs » van Eerw. P. J. Calbrecht. Schrijver geeft eerst een algemeen overzicht van de missieactie en duidt vervolgens de plaats aan welke door den onderwijzer in die actie moet ingenomen worden, op de parochie en vooral in de school. Te dier gelegenheid krijgen wij een uiterst nuttige en practische beschrijving van de verschillende missiewerken voor de

jeugd. Die bladzijden zijn leerrijk niet alleen voor de onderwijzers, maar ook voor alle priesters. In het derde deel gaat het over den algemeenen missiekalender, missielectuur, missiefeesten voor de jeugd, missiebenoodigheden.

Wij zijn getroffen door den practischen aard van dit werk. Het is bestemd voor mannen van de daad.

Pègues, Th. (O. P.). *Commentaire français littéral de la somme théologique de saint Thomas d'Aquin.* XVII. Les sacrements. Baptême. Confirmation. Paris, Téqui, 1927. — In 8, VIII-464 p. — Pr. . . . .

Cet ouvrage a pour but de mettre à la portée de tous les esprits cultivés, de façon à pouvoir être lu par eux dans l'intégrité même de son texte, le livre dont on a écrit qu'il était le chef-d'œuvre de la foi. L'ouvrage complet aura environ vingt volumes.

Le présent volume du Commentaire français littéral de la *Somme théologique* continue la Troisième Partie de la *Somme*. Il comprend de la question 60 à la question 72. Avec ce nouveau volume c'est le traité des sacrements qui commence. De la question 60 à la question 65, vient le traité des sacrements en général. De la question 66 à la question 71, le traité du sacrement de baptême. Et, enfin, à la question 72, le traité du sacrement de confirmation.

« Les six questions du traité des sacrements en général commandent toute la suite des questions devant venir dans les divers traités des sacrements considérés en particulier. On y trouve exposé ce qui touche à la nature, à la nécessité, à l'effet, à la cause, au nombre des sacrements. Un des points les plus délicats est celui de la grâce que causent les sacrements et de la manière dont ils causent cette grâce ». L'auteur s'est appliqué à mettre la pensée de saint Thomas, sur ce point, en très haut relief.

« Le traité du sacrement de baptême renferme des exposés ou des aperçus qui projettent leur clarté sur toute la vie chrétienne. Il en est de même pour la question consacrée à la confirmation ».

Nous recommandons vivement ce nouveau volume de l'excellent ouvrage du T. R. P. Pègues.

V. Coucke.

Collationes Brugenses

Quod in meditatione et contemplatione Christi patientis inest stimulus peculiaris ad vitam contemplativam.

Notissimum est et omni attentione dignum Sanctos contemplatores plerosque omnes in meditando et contemplando Christo patiente sæpius vel et assidue esse versatos, qui nimirum in hujusmodi pio exercitio novum seu specialem quemdam stimulum in vita sua amorosæ contemplationis sentiebant.

Et re quidem vera, passio et mors Christi pro salute totius mundi est manifestatio summa divinæ charitatis adeoque et nobis stimulus amoris Dei efficacissimus. Atqui vita contemplativa tota contendit ad charitatem in animabus excitandam et perficiendam, cujus in perfectione charitatis ipsa nimirum vita perfecta consistit (1).

Cæterum, ut olim ex s. Joanne a Cruce, Doctore mystico, animadvertimus, contemplatori utile est aliquando ad exercitium meditationis redire, præsertim de vita et passione Christi Domini, exemplaris nostri supremi (2).

Itaque opportunum ducimus, in utilitatem lectorum et in ordine ad vitam contemplativam, quosdam e sanctis Patribus et Doctoribus de passione Christi agentes, citare vel et eorum quædam dicta referre.

S. Leo Magnus inter varios *Sermones*, habet et majore quidem numero, scilicet decem et novem sermones, de

---

(1) Hæc explicata, duce Angelico, vide in *Collat. Brugen*, tomo XVI, p. 321 et sqq. et p. 377 et sqq.; et in horum versione flandrica : *Over mystiek en christelijke volmaaktheid*, necnon gallica *La mystique et la perfection chrétienne* (apud De Haene-Bossuyt)

(2) Cfr. quæ scripsimus de contemplatione Verbi incarnati, apud *Collat. Brugen.*, tom. XXII, p. 7 et sqq.

Passione Domini, insigni doctrina et miranda eloquentia conspicuos, qui fundamentum solidum præbent piissimæ meditationis et contemplationis (1). Quod et ipse testatur dum ad contemplandum Christum patientem exhortans, sic loquitur (2): « Dicente enim propheta: Quærite Dominum, et confirmamini, quærite faciem ejus semper: nemini præsumendum est quod totum quod quærit invenerit, ne desinat propinquare, qui cessarit accedere. Quid autem inter omnia opera Dei, in quibus humanæ admirationis fatigatur intentio, ita contemplationem mentis nostræ et oblectat et superat, sicut passio Salvatoris? Qui ut humanum genus vinculis mortiferæ prævaricationis absolveret, et sævienti diabolo potentiam suæ majestatis occuluit, et infirmitatem nostræ humilitatis objecit. »

Doctor Angelicus, s. Thomas fuse disserit de passione et morte Christi Domini, in Summa theologica, IIIa, qq. 46-50, non quidem proprie meditando, præclare vero ac pie docendo, uti solet, nobisque sic ministrando materiam inexhaustam meditandi.

Idem s. Doctor modo magis meditativo de passione et morte Christi agit in tractatu qui inscribitur *In symbolum Apostolorum expositio* (3), nempe in art. IV.

Adeamus nunc aliquos qui propius ad intentum nostrum jam meditando vel contemplando agunt.

Inter hos Doctor mellifluus, s. Bernardus sæpe de passione Domini tractat, et ex professo quidem in sermone *de Passione Domini* habito in feria IV hebdomadæ sanctæ in quo inter alia hæc legimus: « In hac igitur Passione, fratres, tria specialiter convenit intueri: *opus*, *modum*, *causam*. » Postquam duo priora evolvit, concludit dicens:

---

(1) Hos sermones reperies etiam apud Hurter S. J., *Sanctorum Patrum opuscula selecta*, tom. XIV, quæ videre vellem in bibliothecis sacerdotum omnium.

(2) *Serm. XI*, citato etiam in Breviario, in Dominica in Palmis. — Utinam plene attenti ac devoti legeremus lectiones Breviarii nostri.

(3) Vide apud eumdem Hurter, t. VI cit. collectionis.

« Sicut est patientia singularis [in opere], sic et humilitas admirabilis [in modo], utraque sine exemplo.

Utramque tamen magnifice causa ipsa commendat; nimirum *charitas* est. Propter nimiam quidem charitatem suam, qua dilexit nos Deus, ut servum redimeret, nec Pater Filio, nec sibi Filius ipse pepercit. Vere nimiam, quia et mensuram excedit, modum superat, plane supereminens universis. *Majorem*, ait (1), *charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* Tu majorem habuisti, Domine, ponens eam etiam pro inimicis. Cum enim adhuc inimici essemus, per mortem tuam et tibi reconciliati sumus et Patri. Quænam alia videbitur esse vel fuisse vel fore huic similis charitati? Vix pro justo quis moritur; tu pro impiis passus es: moriens propter delicta nostra, qui venisti justificare gratis peccatores, servos facere fratres, captivos cohæredes, exules reges. Nec sane aliud aliquid patientiam hanc [opus] et humilitatem [modum] æque illustrat quam [causa] quod tradidit in mortem animam suam, et peccata multorum tulit etiam pro transgressoribus rogans, ut non perirent. Fidelis sermo et omni acceptione dignus: quia enim voluit, oblatus est. Non modo voluit et oblatus est, sed quia voluit. Solus nimirum potestatem habuit ponendi animam suam: nemo eam abstulit ab eo. »

Vides quam clare ostendit Bernardus contemplationem Passionis Domini esse incentivam amoris, et contendere ad vitam amorosæ contemplationis et perfectionem vitæ. Et aliis in locis idem expresse affirmat: « Vere in nullo sic commendat Deus charitatem suam quomodo in mysterio Incarnationis ejus et Passionis. » Quod et delectabiliter ibidem (2) demonstrat.

Iterum, quod Passio Christi sit vehemens calcar amoris exponit in tractatu *De diligendo Deo*, ubi cap. III inchoat his verbis: « Plane fideles norunt quam omnino neces-

---

(1) Joan., xv.
(2) Inter *Sermones de diversis*, serm. xxix.

sarium habeant Jesum, et hunc crucifixum : dum admirantes et amplexantes supereminentem scientiæ charitatem in ipso, id vel tantillum quod sunt, in tantæ dilectionis et dignationis vicem non rependere confunduntur. »

Et quod docuit, fecit s. Bernardus : « Hæc mea sublimior interim philosophia, scire Jesum, et hunc crucifixum (1). »

Addere adhuc possumus *Sermonem seu meditationem in vitam et Passionem Domini*, quæ et s. Bernardo et ab aliis s. Anselmo adscribitur. Quivis sit auctor, opus utroque dignum est, totumque argumentum devotis conceptibus, ardentissimis aspirationibus, piisque affectibus, præsertim imitationis, eleganter exsequitur.

Audiamus etiam Seraphicum Doctorem et contemplatorem s. Bonaventuram, cujus e scriptis plura citare sed et multa referendo oporteret exscribere, quibus demonstretur Passionis Christi meditationem et contemplationem arctissime pertinere ad vitam contemplativam atque perfectam, quatenus hæc nimirum in perfectione divinæ charitatis consistit.

Primo quidem docet Seraphicus scholastice quæ ad Passionem et mortem Domini spectant, *in III Sententiarum*, *dist.* 18-21. Quam doctrinam postea recollegit in *Breviloquio*, sic dicto quia summatim ac breviter totam theologiam percurrit. Etsi autem semper cum affectu pio ac devoto docet, quædam tamen ejus opuscula ex professo ad amorosam contemplationem pertinent. Et ea quidem quæ de Passione Domini exponuntur in Breviloquio, parte IV, cap. VII-X, jam redolent ejusmodi devotionis suavitatem. Sic ibidem (2) notando Christum dedisse in reparatione humani generis exemplum efficacissimum, quod nempe invitat et informat hominem ad culmen virtutum, addit : « Nihil autem magis informat hominem

(1) *In cant.*, serm. 43.
(2) Parte IV, cap. IX.

ad virtutem, quam exemplum tolerandi mortem propter justitiam et obedientiam divinam, mortem, inquam, non quamcumque, sed pœnalissimam.

Nihil vero magis incitat, quam tanta benignitas, qua pro nobis altissimus Dei Filius absque nostris meritis, imo cum multis nostris demeritis, posuit animam suam : quæ benignitas tanto major ostenditur, quanto pro nobis graviora et abjectiora pati voluit Deus. *Qui enim proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quo modo non etiam cum illo omnia nobis donavit* (*Rom.*, VIII, 32)? Ex quo invitamur ad ipsum amandum, et amatum imitandum. »

Et quod imitationem amati attinet, scribit idem s. Doctor alio in loco (1) : « Hæc est enim summa et perfectissima imitatio, hæc est summa et perfecta religio et religiosa perfectio, hæc est regula et exemplar perfectionis omnis vitæ et virtutis, scilicet Christum imitari in passione et morte. Sit ergo regula nostra vivendi passio Salvatoris, et tanto amplius in hoc consolemur, quanto amplius Christo conformamur, et tanto amplius desolemur, quanto ab hoc exemplari et regula amplius elongamur. »

Opusculum, quod modo citabamus, totum de amorosa contemplatione tractat ad perficiendam charitatem, quod et inscriptio prodit *Stimulus divini amoris*. Jamvero in eodem integra pars prima in meditanda et contemplanda Passione Domini versatur per XV capita, et vere ignitos stimulos emittit. Omnia vellemus referre, quod facere non possumus, hortamur vero lectores, quibus præ manibus esset opusculum, ut illud diligenter et cum affectu perlegant.

Aliquem tamen textum ex alio Seraphici opusculo (2), similis tenoris et piissimi sensus, excribere volumus : « Quoniam devotionis fervor per frequentem passionis

(1) *Stimulus divini amoris*, p. I, c. 4. — Dubitatur an s. Bonaventuræ sit, quamquam ejus doctrinam omnino sapit.

(2) *De perfectione vitæ ad sorores*, c. 6.

Christi memoriam nutritur et conservatur in homine ; ideo est dicendum consequenter, ut semper præ oculis cordis sui Christum in cruce tanquam morientem videat, qui devotionem in se vult conservare inextinguibilem. Propter hoc Dominus dicit in *Levitico* (6, 12) : *Ignis in altari meo semper ardebit, quem nutriet sacerdos subjiciens ligna per singulos dies.* Audi, soror devotissima. Altare Dei est cor tuum : in hoc altari debet semper ardere ignis fervidæ devotionis quem singulis diebus debes nutrire per ligna crucis Christi, et memoriam passionis ipsius. Et hoc est, quod dicit *Isaias* propheta (12, 3) : *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris.* Ac si diceret : Quicumque desiderat aquas gratiarum, aquas lacrymarum, iste hauriat de fontibus Salvatoris, id est, de vulneribus Jesu Christi. Ascende ergo tu pedibus affectionum tuarum ad Jesum vulneratum, ad Jesum spinis coronatum, ad Jesum patibulo crucis affixum, et cum beato Thoma Apostolo non solum intuere in manibus ejus fixuras clavorum, non solum mitte manum tuam in latus ejus, sed totaliter per ostium lateris ejus ingredere usque ad cor ipsius Jesu, ibique ardentissimo amore crucifixi in Christum transformata, clavis divini amoris affixa, lancea præcordialis dilectionis transfixa, intimæ compassionis transverberata, nihil aliud quæras, nihil aliud desideres, et in nullo alio velis consolari, quam ut cum Christo tu possis mori in cruce. Et tunc cum Apostolo Paulo exclames, dicens : *Christo confixus sum cruci. Vivo jam non ego, vivit vero in me Christus* (*Galat.*, 2, 19-20). »

† G. J., Episc. Brugen.

RESPONSA

ad quæstiones in conferentiis mensis decembris propositas.

—

I.

De restauratione judaïca IV.

Q. *Da compendium Aggæi* II *et interpretationem* VV. 4-10, 22-24.

R. Secunda oratio Aggæi (II, 2-10).

Iterum communitatem e Babylonia regressam allocutus est præco divinus *in septimo mense*, *vigesima et prima mensis* ejusdem anni secundi Darii I (17 oct., 520).

Hac die populus iterum ad templum confluebat ; erat enim dies septima festi tabernaculorum in qua magnæ festivitates celebrabantur (1). Strenue adlaborabatur ædificationi templi, et, licet per quattuor adhuc annos exstructio duratura esset, jam novi templi generalis configuratio et aspectus apparebat. Sed sub omni respectu novum templum humilis erat domus, præsertim si opponebatur splendido templo Salomonis ; haec disproportio percellebat rariores jam illos senes qui templum ante ejus destructionem a. 587 oculis conspexerant (2). Cum animum minueret inanitas novæ structuræ, Aggæus ad populum de illa mediocritate consolandum hanc secundam habuit orationem, qua huic templo promisit sublimem splendorem, splendorem scilicet temporis messianici.

Iterum rem abrupte proponit Aggæus, v. 4 : *Quis in*

---

(1) Cfr *Lev.*, XXIII, 34-43 ; *Deut.*, XVI, 13.

(2) *Agg.*, II, 4.

vobis est superstes *derelictus, qui vidit domum istam in gloria sua prima*, in splendore suo pristino? *et quid*, quomodo, *vos videtis hanc nunc ? numquid non ita est*, quasi nihil sit, *quasi non sit in oculis vestris ?*

Addit tamen animum ædificantibus, v. 5 : *Et nunc confortare, Zorobabel, dicit Dominus ; et confortare, Jesu* (seu Josue), *fili Josedec, sacerdos magne; et confortare, omnis populus terræ, dicit Dominus exercituum ; et facite* opus, laborate Ratio cur confidere debeant est assistentia divina : *quoniam ego vobiscum sum, dicit Dominus exercituum;* et hanc assistentiam fidelis Deus tribuet vi fœderis quod habet cum populo electo, v. 6 : manet pactum, est *verbum* (1) *quod pepigi vobiscum* in monte Sinaï *cum egrederemini de terra Ægypti : et* ideo *spiritus meus manet* (Vulg. erit) *in medio vestrum ;* proin *nolite timere* ne templum nimis sit humile, ego supplebo.

Et proclamat propheta quomodo ipse Deus humilitati et paupertati sui templi provisurus sit. Prius Deus procurabit turbationem quamdam universalem cæli et terræ et gentium, v. 7 : *quia hæc dicit Dominus exercituum : altera vice, — mox hoc erit* (2), — *ego commovebo cœlum, et terram, et mare, et aridam*, v. 8, *et movebo omnes gentes* (3).

---

(1) Textus hebraïcus variis modis explicatur, sed hunc esse sensum omnes concedunt ; cfr Van Hoonacker, *Les douze petits prophètes*, Paris, 1908, p. 561 ; interpunctio Vulgatæ ergo mutanda est.

(2) Juxta textum hebraïcum ad litteram : *adhuc semel, mox hoc, et ego commovebo*, quod significat : *altera vice commovebo.*

Textus hebraïcus durus est et corruptus videtur ; Van Hoonacker, *o. c.*, p. 562, habet *mox hoc* ut glossam probabilem ; alias hypotheses ibi vide memoratas. Verba sint authentica vel non, nihil tamen inde deduci potest quoad tempus accuratum adventus Messiæ ; generatim enim absque « perspectiva » chronologica erat cognitio prophetica ; cfr *Collat. Brugen.*, XV (1910), p. 241.

(3) In *epistola ad Hebræos*, xii, 26 hic textus allegatur et explicatur sequenti modo : prima commotio erat commotio solius terræ a Deo producta quando legem suam ferebat in monte Sinaï ; hac commotione inaugurata est provisoria quædam œconomia in qua Deus super terram loquebatur ; secuta est autem nova œconomia definitiva, in qua Christus de cælo nobis alloquitur ; hanc novam œconomiam præcessit commotio non solius terræ sed et cæli.

Alteram turbationem prædicens, cogitat propheta de prima quadam, quæ mundum turbavit. Antiquiores exegetæ libenter hic allusionem vident ad commotionem illam quæ fœdus sinaïticum comitabatur et quæ typus erat inaugurationis futuræ œconomiæ messianicæ (1); recentiores potius ad propiora facta appellant, ad dura tempora invasionis et destructionis templi (2), vel ad nondum sopitam turbationem regni persarum occasione accessus Darii I ad thronum (3), vel tandem ad commotionem illam in qua periit regnum babylonicum et quam judæi in exsilio degentes speraverant auroram futuram æræ messianicæ (4).

Animos propheta erigit in spe novæ turbationis universalis, qua omnes gentes movebuntur et cujus terminus erit splendor et gloria templi Jerusalem. Post commotionem enim mundi et omnium gentium, v. 8, *affluent pretiosa cunctarum gentium* (5); *et implebo domum istam gloria, dicit*

---

(1) Cfr J. Knabenbauer, *Comment. in proph. min.*, Parisiis, 1886, p. 188.

(2) Ita Marti, cit. apud J. Touzard, *L'âme juive au temps des perses* apud period. *Rev. bibl.*, 1926, p. 177.

(3) Ita Touzard, *a. c.*, p. 178, sed dubitative.

(4) Ita Van Hoonacker, *l. c.*; revera ruinam Babylonis et aliarum gentium prophetæ ut magnam commotionem descripserant et quidam textus restaurationem judaïcam Messiæ tribuerant; ita signanter *Is.*, xl ss. præsertim xlix, 5 s., 8 : « la délivrance de l'exil et la restauration lui (au Serviteur-Messie) sont attribuées parce qu'elles constituent comme une première étape nécessaire dans l'ensemble de l'œuvre messianique » sic E. Tobac, *Les prophètes d'Israël*, II-III, Malines, 1921, p. 168; tales juxtapositiones alii explicant solo defectu « perspectivæ », ita M. Van den Oudenrijn, *De prophetiæ charismate*, Romæ, 1926, p. 226.

(5) Vulg. habet *Et veniet desideratus cunctis gentibus*, ita præbens prædictionem directe de ipsa persona Messiæ, qui gloriam tribuet templo. Sed ista versio nullatenus videtur respondere textui hebraïco, qui probatur authenticus tum criteriis internis, tum criteriis externis; revera

a/ textus hebraïcus habet verbum in plurali et significat vel : *venient pretiosa omnium gentium*, vel : *veniet pretiosum* (abstractum, het kostbare) *omnium gentium*; cfr Knabenbauer, *o. c.*, p. 192 ss.; Van Hoonacker, *o. c.*, p. 564; Tobac, *o. c.*, p. 464; Touzard, *o. c.*, p. 179;

Dominus exercituum ; v. 9, hoc efficere possum, *meum est* enim *argentum, et meum est aurum, dicit Dominus exercituum ;* v. 10, et sic, confluentibus divitiis ad templum, *magna erit gloria domus istius novissimæ* (vel *novissima*) *plus quam primæ* (vel *quam prima*) (1), *dicit Dominus exercituum ; et in* splendido jam *loco isto dabo pacem, dicit Dominus exercituum.*

Prius videndum quid hisce verbis directe propheta dicat. Post magnam turbationem universi centrum mundi erit templum Dei judæorum : ad montem Sion confluent omnes gentes, pretiosissima dona afferentes; eadem figura qua Isaïas (2) et Michæas (3) tempora messianica descripserant, utitur Aggæus sed magis in lucem ponit affluentiam donorum quam populorum ; hoc, ut statim intelligitur, quia præcise per illa dona populi providebunt templi humilitati, de qua judæi contristantur. Illud culmen donorum Deus, rex universi, provocare potest et ita curabit ut splendor templi Salomonis longe superetur gloria futura. Cum omnes gentes ad templum venturi sint, in hoc loco Deus dabit pacem hominibus. Eamdem ideam commentatur Michæas ubi dicit : « De Sion egredietur lex, et verbum Domini de Jerusalem. Et judicabit inter populos multos et corripiet gentes fortes usque in longinquum ; et concident gladios suos in vomeres, et hastas suas in ligones : non sumet gens adversus gentem gladium, et non discent ultra belligerare. Et sedebit vir

---

b/ hic textus omnino consonat cum contextu : pauper est templum, ego efficiam ut omnes gentes thesauros suos afferant (hoc possum cum omnia pretiosa mea sint), ita templum splendidum fiet ;

c/ hunc textum legerunt versio syriaca et alexandrina ; LXX habent *καὶ ἥξει τὰ ἐκλεκτὰ τῶν ἐθνῶν*, quod verti potest vel : ***exquisitæ inter gentes venient*** vel : ***exquisita (bona) gentium venient ;*** versio syriaca habet : ***et afferent pretiosa ;*** ambæ versiones testantur textum hebraïcum præbere formam pluralem verbi, nec ullum datur argumentum quod huic obstet.

(1) Textus hebraïcus duplici modo intelligi potest.

(2) *Is.*, II, 1-5 ; LX, 5-7, 11.

(3) *Mich.*, IV, 1-5.

subtus vineam suam et subtus ficum suam et non erit qui deterreat » (1).

Sensu itaque proprio verborum Aggæus de solo splendore externo templi a Deo procurando agit ; sed non est hæc descriptio templi magnifici nisi metaphora seu figura litteraria temporis messianici, quam, ut sæpe prophetæ, Aggæus collegit ex præsentibus adjunctis (2). Turbatio illa generalis quam prophetæ plures prædicunt est figura qua describitur adventus temporis Messiæ et magna illa mutatio quam Messias in cordibus hominum producet (3). Revera omnes omnino gentes tunc a Deo vocabuntur et erunt populus electus ; ex omnibus gentibus homines agnoscent Deum Jahwe, qui nunc unicum templum habet in Jerusalem et a solis contemptis judæis colitur. Deo Sion populi se subjicient et ità pacem veram invenient ; erit regnum universale Dei. Gloria Messiæ et operis messianici redundabit in templum Jerusalem, nam omnes ejus Deum agnoscent ; et templum verificatam videbit spem messianicam ; apertius dicet Malachias : « veniet ad templum suum Dominator quem vos quæritis » (4).

Conclusio practica prædicationis prophetæ erat exstructioni templi ardentius esse adlaborandum.

Tertia oratio Aggæi (II, 11-20).

Hæc oratio habita est *in vigesima et quarta* die *noni mensis in anno secundo Darii regis* (18 dec., 520). Explicationi accuratæ textus non una subest difficultas ; sed sufficit hic thema generale proponere (5).

Est iterum oratio consolatoria ; e sententia quadam

---

(1) *Mich.*, IV, 2-4. Pax et felicitas æræ messianicæ sæpe memorantur a prophetis ; cfr VAN HOONACKER ad h. l., *o. c.*, p. 382.

(2) Sæpe exhibetur Messias ut salvans judæos e necessitate præsenti ; omnia bona judæis collata tribuuntur actioni anticipatæ Messiæ.

(3) Cfr v. g. *Am.*, VIII, 8 ; IX, 5 s. ; *Is.*, XIII, 9. etc.

(4) *Mal.*, III, 1.

(5) Interea cfr VAN HOONACKER, *o. c.*, p. 566, qui in hac pericopa explicanda sagaciter quædam innovavit.

doctrinali quam a sacerdotibus obtinet, deducit propheta culpabilem negligentiam judæorum hucusque polluisse omnia eorum opera, imo dona quæ in altari holocaustorum Deo offerebant ; ideo rebus adversis Deos eos feriit ; exhinc autem Deus illis benedicet propter laborem templo impensum. Hoc momento exspectatur nova messis ; semina modo terræ commissa sunt, vinea et ficus et malogranatum et lignum olivæ mox florere debent ; jamvero futuram messem copiosam promittit propheta : *ex die ista* hodierna *benedicam*, dicit Deus.

Quarta oratio Aggæi (II, 21-24).

Eadem die iterum Aggæus allocutus est turbam, nonjam promittens materialem benedictionem sed renovans promissionem messianicam.

Iterum sub figura turbationis universalis tempora messianica prædicuntur, hic autem distinctius dicitur hac turbatione Deum vires nationum ethnicarum esse confracturum : ut supra notavimus, ita enuntiatur triumphus Juda seu futurum regnum Dei judæorum super omnes gentes, v. 22 : *Ego movebo cœlum pariter et terram*, v. 23, *et subvertam solium regnorum, et conteram fortitudinem regni* (regnorum) *gentium : et subvertam quadrigam et ascensorem ejus, et prosternentur equi, et ascensores eorum, unus gladio alterius* (ita juxta textum hebraïcum).

Hæc turbatio cum alia promissione ad Zorobabel directa jungitur. Ter repetita formula prophetica, dicit Aggæus, v. 24 : *In die illa, dicit Dominus exercituum, assumam te, Zorobabel, fili Salathiël, serve meus, dicit Dominus : et ponam te quasi signaculum, quia te elegi, dicit Dominus exercituum.*

Dicitur Zorobabel « servus Dei » sicut præclariores ministri Dei (1) et signanter sicut ipse Messias, qui per pas-

---

(1) Ita patriarchæ, Abraham, Isaac, Jacob, Moyses, Josue, Caleb, David, Ezechias, Elias, Jonas, Isaïas ; vide textus apud Touzard, *o. c.*, p. 181.

sionem suam mundum redimet (1) ; vocatur « electus Dei », sicut iterum præstantissima instrumenta Dei et ipse Messias (2); tandem dicitur Deum eum esse assumpturum tamquam « signaculum » (3). Sigillum pro orientali est res pretiosissima quam nunquam deponit et quam habet vel collo suspensam (4) vel digito dexteræ affixam (5). Hoc oraculum necessario in mentem revocat prophetiam a Jeremia olim latam adversus Jechoniam : « Vivo ego, dicit Dominus, quia si fuerit Jechonias, filius Joakim, regis Juda, annulus in manu dextera mea inde evellam eum » (6) ; Jechonias autem erat avus Zorobabel (7).

Zorobabel itaque in relatione ponitur cum turbationibus temporis messianici ; ipsi tribuuntur tituli messianici ; insignis favor divinus, reprobationem Jechoniæ delens, ipsi assecuratur ; similiter de Zorobabel prophetabit Zacharias (8). Sed hæc non dicunt ipsum Zorobabel fore Messiam (9), nam prophetæ non censebant affulgere jam tempora messianica, exspectabant enim futuram quamdam turbationem et verbis magis dilucidis locuti fuissent. Melior videtur explicatio, apud interpretes catholicos solemnis, Zorobabel, utique Deo gratissimum, hic ut Messiam designari qua repræsentativum dynastiæ davidicæ, qua illum nempe davididem e cujus stirpe Messias nascetur ; simili modo Deus Abrahæ dixerat : « In te benedicentur universæ cognationes terræ » (10); similiter prophetæ vocaverant Messiam « David regem » (11). Perspi-

---

(1) Cfr *Is.*, XLII, 1-9 ; XLIX, 1-7 ; L, 4-11 ; LII, 13-LIII, 12 ; LXI, 1-11.
(2) Cfr TOUZARD, *l. c.*
(3) Zegelring, anneau à cachet.
(4) *Gen.*, XXXVIII, 18 ; *Cant.*, VIII, 6.
(5) *Jer.*, XXII, 24.
(6) *Ib.*
(7) Cfr supra t. XXVII (1927), p. 332.
(8) *Zach.*, III, 8 ; VI, 9 ss. ; de his agemus in articulo proxime sequenti.
(9) Sententias quorumdam hoc negantium vide apud E. KÖNIG, *Die Messianischen Weissagungen des A. Test.*, Stuttgart, 1923, p. 264.
(10) *Gen.*, XII, 3.
(11) *Os*, III, 5 coll. *Am.*, IX, 11 ; *Is.*, IX, 7, etc.

cere poterat populus hoc momento Messiam non per seipsum restauraturum templum sed per suum patrem, Zorobabel. M. De Jonghe.

II.

De augmento gratiæ habitualis

Q. *Quomodo potest augeri gratia habitualis? Proba responsum et indica doctrinam Ecclesiæ circa hoc augmentum.*

R. — 1/ Gratia habitualis adaugeri potest vel *ex opere operato* vel *ex opere operantis*. Augmentum porro, quod obtinet ex opere operato probatur et explicatur in tractatu de sacramentis ; ad tractatum vero de gratia demandantur quæstiones de gratia habituali adaugenda *per bona opera* seu ex opere operantis (1).

Primum itaque probari debet opera bona supernaturalia reapse adaugere gratiam ; postea venit explicandum quomodo hoc augmentum rite sit intelligendum.

Priorem quæstionem solam in hac responsione solvendam habemus ; notare statim juvat theologos communiter docere bona opera adaugere gratiam *per modum causæ meritoriæ*, quoniam solus Deus est causa principalis efficiens gratiæ (2).

Ut recte intelligatur ratio ipsius augmenti, addamus, secundum doctrinam s. Thomæ, gratiam augeri *secundum essentiam*, quatenus subjecto magis inest, seu *magis in ipso radicatur ;* nullatenus vero per additionem entitatis ad entitatem, seu gradus ad gradum (3).

---

(1) In tractatu de gratia etiam ulterius explicantur conditiones requisitæ ad meritum, ex parte Dei, ex parte subjecti operantis et ex parte ipsius operis.

(2) In tractatu de Verbo incarnato debet ulterius exponi quomodo Christus, secundum naturam assumptam, dicatur causa instrumentalis gratiæ; quæstio adhuc ponitur ubi de causalitate sacramentorum ; cfr interim *Sum. theol.*, III, q. 13, a. 2, c. et q. 62, a. 1 et a. 2, c.

(3) *Sum. theol.*, II-II, q. 24, a. 4, c. coll. a. 5, c. et ad 3 necnon *Comm. in lib. I Sent.*, disp. 17, q. 2, a. 1 ; lege Van der Meersch, *Tract. de gratia divina*, n. 208, p. 172, Brugis, 1924².

Adverte insuper vigere disputationem inter theologos *de momento quo actu* conceditur augmentum ; sane omnes fatentur opera bona supernaturalia *ferventiora statim et actu* obtinere augmentum, ast, quod attinet opera bona minus ferventia seu *remissa,* quamquam omnes adhuc admittunt hæc etiam opera esse *meritoria* augmenti gratiæ, quidam tamen volunt augmentum *actu* non concedi, nisi quando homo justus in actum quemdam ferventiorem prorumpit (1).

2/ Demonstrationem propositionis, quæ statuit opera bona supernaturalia reapse augere gratiam, desumimus ex fontibus revelationis.

a/ Nunc autem res omnino patet traditione scripta, seu *litteris sacris,* in quibus clare edocemur multoties opera bona esse rationem propter quam justis redditur beatitudo cælestis, aut etiam esse causam, cui tanquam effectus, utique moralis, respondet gloria (2) ; adhuc aperte in Scriptura sacra pronuntiatur vitam æternam esse mercedem, bravium, remunerationem et retributionem pro rebus bene gestis in hac vita (3) ; atque hisce omnibus testimoniis generatim constat de augmento gratiæ et gloriæ per operationem nostram bonam supernaturalem (4).

---

(1) Quidam auctores admittunt augmentum gratiæ actibus remissis debitum nunquam concedi durante hac vita, sed differri ad primum instans glorificationis, quando homo prorumpit in actum ferventissimum charitatis, qui non habet utique rationem meriti, sed dispositionis tantum ad recipiendum hoc augmentum ; alii vero dicunt augmentum concedi, quando homo durante vita mortali, actum ferventiorem elicit ; cfr Van der Meersch, *o. c.*, n. 211, p. 175 s. et C. Mazzella, *De virtutibus infusis*, n. 172 s., p. 87 s., Romæ, 1879 ; hic vero cum Suarez tenet actum remissum non tantum mereri sed statim obtinere augmentum gratiæ ; ita pariter Pesch, *De virtutibus in genere*, n. 79, p. 29, Frib. Br., 1879.

(2) Lege v. g. *Mt.*, xix, 17, 29 ; xxv, 21, 34 ; *I Tim.*, iv, 8 ; *Jac.*, i, 12 ; *Apoc.*, vii, 14 etc.

(3) Cfr *Mt.*, v, 12 ; xx, 18 ; *Philipp.*, iii, 14 ; *Coloss.*, iii, 23 s. ; *Hebr.*, x, 35 ; xi, 6 etc ; ita pariter sub vetere testamento, *Prov.*, xi, 18 ; *Sap.*, v, 16 ; *Eccli.*, xviii, 22 ; *Is.*, xl, 10.

(4) Existentiam meriti generatim spectati probat Van der Meersch, *o. c.*, n. 355, p. 326 ; cfr etiamC. Mazzella, *De gratia Christi*, n. 1136 s., p. 800 s., Romæ, 1880².

Præterea, hortatur s. Petrus ut crescamus in vita supernaturali et in gratia (1), vel, uti s. Paulus dicit : « veritatem facientes in caritate crescamus » (2), nam « unusquisque recipiet propriam mercedem secundum suum laborem » (3), atque « quæ seminaverit homo, hæc et metet » (4) ; ac revera ipse Dominus testatus est se redditurum esse « unicuique secundum opera ejus » (5).

b/ Hanc præclaram doctrinam Scripturæ tam sæpe referunt *ss. Patres*, ut prorsus supervacaneum sit omnes recitare textus, in quibus luculenter enuntiatur justos vere mereri et in specie mereri vitam æternam (6). Duo sufficiat adduxisse testimonia, quæ de ipso gratiæ *augmento* expressius agunt.

Primum est s. Augustini, doctoris gratiæ, qui, postquam advertit hominem justificari ex fide, et tamen gratis, addit : « Non gratiam Dei aliquid meriti præcedit humani, sed ipsa gratia meretur augeri, ut aucta mereatur et perfici » (7) ; alterum est s. Prosperi aquitani, s. doctoris hipponensis discipuli, qui præcipue impugnavit semi-pelagianos, et in responsione quadam ad eorum difficultates, hæc habet : « Justificatus itaque homo, id est, ex impio pius factus, nullo præcedente bono merito, accipit donum, quo dono acquirat et meritum : ut, quod in illo inchoatum est per gratiam Christi, etiam per industriam liberi augeatur arbitrii, nunquam remoto adjutorio Dei, sine quo nec proficere nec permanere in bono quisquam potest » (8).

---

(1) *I Petr.*, II, 1-2 ; *II Petr.*, III, 8.
(2) *Ephes.*, IV, 11.
(3) *I Cor.*, III, 8 coll. *II Cor.*, V, 11.
(4) *Gal.*, VI, 8.
(5) *Mt.*, XVI, 27 coll. *Apoc.*, XXII, 12 et *Rom.*, II, 7.
(6) Cfr VAN DER MEERSCH, *o. c.*, n. 356, p. 328 s.
(7) S. AUGUSTINUS, *Epist.* CLXXXVI, 3, 10 (MPL, XXXIII, 819).
(8) S. PROSPER AQUIT., *Resp. ad capit. obj. Gallorum*, 7 (MPL, LI, 161) ; cfr etiam s. GREGORIUS MAGNUS, *In Ezech. hom.* II, 3, 4 (MPL, LXXVI, 960).

3/ Igitur *fide divina credi debet* opera bona supernaturalia adaugere gratiam et gloriam ; sed idem *tenendum est fide catholica*, utpote solemniter definitum ab Ecclesia in concilio tridentino contra protestantes, qui quum docerent justitiam Christi, per fidem apprehensam tantummodo extrinsece nobis esse imputatam, consequenter etiam contendebant *bona opera nec conservare nec adaugere gratiam*, sed esse mera signa justificationis acceptæ (1).

Declaravit ideo concilium tridentinum, in capitibus doctrinæ, justitiam et gratiam, homini vere intrinsecam, non esse æqualem in omnibus et eamdem *intrinsece augeri* per bona opera (2).

Solemniter etiam edixit : « Si quis dixerit, justitiam acceptam non conservari, atque etiam augeri coram Deo per bona opera, sed opera ipsa fructus solummodo et signa esse justificationis adeptæ, non autem ipsius augendæ causam, a. s. » (3).

Et rursus : « Si quis dixerit, hominis justificati bona opera ita esse dona Dei, ut non sint etiam bona ipsius justificati merita ; aut ipsum justificatum bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiam et Jesu Christi meritum, cujus vivum membrum est, fiunt, non vere mereri augmentum gratiæ, vitam æternam et ipsius vitæ æternæ, si tamen in gratia decesserit, consecutionem, atque etiam gloriæ augmentum, a. s. » (4).

H. Lamiroy.

---

(1) Cfr Jungmann, *Tract. de gratia*, n. 287, p. 210, Brugis, 1876.

(2) *Conc. trid.*, œcum. XIX, sess. VI de justificatione, cap. 7, 10 et 16 (*Enchir.*, n. 799, 803 et 809 vel *Thesaurus*, n. 879, 883 et 889)

(3) *Ibid.*, can. 24 (*Enchir.*, n. 834 ; *Thesaurus*, n. 892).

(4) *Ibid.*, can. 32 (*Enchir.*, n. 842 ; *Thesaurus*, n. 892).

III-IV.

De confessione generica peccatorum.

Q. — *An et quare confessio generica est materia 1) validæ et 2) licitæ absolutionis ?*

R. — *Prænota.* Confessio potest esse plus minusve generica. Est omnino generica, quando pœnitens neque speciem theologicam neque speciem moralem, ne subalternam quidem, indicat, sed simpliciter dicit vel signis exprimit « *accuso me de peccatis meis* ». Potest fieri ut simul indicet agi de materia levi, ut si dicat « *accuso me de omnibus peccatis venialibus vitæ meæ* », vel « *de venialibus commissis inde ab ultima confessione mea* ». Contingit ut pœnitens confiteatur solam gravitatem peccati, sive agatur de materia libera « *rursus accuso me de peccatis gravibus vitæ meæ* », sive agatur de materia necessaria « *graviter lapsus sum* ». Tandem nonnunquam accusatur species theologica cum specie morali *subalterna :* « *peccavi contra sextum præceptum* », vel accusatur sola species moralis : « *peccavi contra justitiam, charitatem,* etc. ».

Jamvero, in accusatione *materiæ liberæ*, omnes admittunt sufficere, quoad venialia, ut indicetur præceptum vel virtus cui peccatum opponitur ; quoad mortalia jam directe remissa, ut gravitas agnoscatur. Sic valida et licita est confessio hæc : « *accuso me de venialibus contra charitatem commissis, accuso me iterum de mortalibus anteactæ vitæ meæ* ». Addunt tamen auctores minime convenire ut quis ita generice confiteatur.

Similiter, in confessione *materiæ necessariæ*, accusatio solius speciei moralis, vel solius gravitatis, imo accusatio prorsus generica « *peccavi* », juxta omnes hodie ad valorem et liceitatem sufficit, quando urget mortis periculum et confessio magis distincta fieri nequit.

Apposite Lehmkuhl : « Accusatio *omnino* indeterminata, etsi adest materia necessaria, *in casu summæ necessitatis*, scil. quando nulla determinata accusatio quidem fieri

potest, absolutionis autem recipiendæ necessitas urget, pro sufficienti censeri debet. Quod obtinet *a*/ in articulo mortis, quando moribundus jam loqui non potest, aut etiam sensibus destitutus jacet, postquam desiderium absolutionis ostendit Secundum doctrinam enim *Ritualis romani* ejusmodi moribundus « *absolvendus est* », ne mentione quidem facta conditionis adjiciendæ ; *b*/ ex paritate causæ illa generica accusatio, quæ continetur in quolibet signo desideratæ absolutionis, sufficit in alio mortis periculo, v. g. naufragio, ubi tempus non suppetit aliud exigendi ; *c*/ videtur etiam sufficere, quando ob pœnitentis ruditatem labilemque memoriam nullius specifici peccati confessio extorqueri potest, ita ut saltem absolutio, si diu pœnitenti data non est, aliquoties ei concedatur. Vide Reuter, *Neoconf.* n. 117 cum Lugo et aliis » (1).

Quod autem attinet liberam *venialium* confessionem, alii negant confessionem, nulla indicata specie morali, esse validam, alii negant eam esse licitam, alii eam habent ut validam et licitam, sed dissuadendam (2).

Hisce præmissis, respondemus :

I. *Quod attinet valorem confessionis omnino genericæ :*

Confessio generica est materia validæ absolutionis, nisi subjective et graviter peccatur contra præceptum urgens determinatam confessionem omnium peccatorum mortalium, quæ post baptismum commissa sunt et nondum sunt directe remissa. Aliis verbis, confessio generica in se spectata præbet materiam validæ absolutionis.

En, paucis verbis, argumentum nostrum : Sacramentum pœnitentiæ est aliquod judicium. Porro, in omni judicio ad valorem postulatur ut fiat *sufficiens* causæ *instructio* ad æquam ferendam sententiam, dein sententia ferri debet *pro merito causæ*. Jamvero, in ordine ad sen-

(1) Lehmkuhl, *Theologia Moralis*, III, nº 362, Herder, Friburgi, 1914[12].

(2) Cfr Galtier, *De Pœnitentia*, Parisiis, 1923, n. 456.

tentiam judicialem absolutionis, non obstante confessione generica, fieri potest instructio causæ sufficiens ad ferendam sententiam absolutionis pro merito causæ. Adeoque, si reapse non sufficit confessio generica ad valorem absolutionis, hoc erit *vel* quia ex positiva Christi voluntate confessio generica postulatur *ad valorem*, quod non probatur, *vel* quia generice tantum confitendo *peccatur* graviter contra *præceptum* distinctam urgens accusationem, ita ut hoc momento pœnitens nequeat *absolvi* pro merito causæ, siquidem est male dispositus. Porro, existit tale præceptum quoad mortalia nondum directe remissa, non autem probatur existere quoad venialia et mortalia jam directe remissa.

Explicatur.

1/ Judicium pœnitentiale multum differt a judiciis fori civilis. Differentia præcipua in eo sita est quod potestas judicis civilis ordinatur primario ad bonum commune, adeoque primario intenditur in hoc foro restitutio ordinis læsi et punitio delinquentis. Quare, instructio causæ præprimis versatur circa naturam delicti. E contrario, judicium pœnitentiale ordinatur primario ad bonum ipsius peccatoris, ut liberet eum ab onere condignæ reparationis offensæ per beneficium sententiæ absolutionis, quæ est causa sanctificationis. Secundarie tantum intenditur pœna infligenda, eaque non vindicativa, sed medicinalis et satisfactoria per modum alicujus compensationis. Quamobrem, in hoc foro nedum obstet delictum absolutioni, ipsi necessarium est. In instructione causæ, majoris momenti est cognoscere de præsenti dispositione pœnitentis ad veniam, quam de natura delicti : quia omne peccatum, supposita bona dispositione pœnitentis, absolvi potest. Quare, inspecta peculiari natura hujus judicii, dicendum est specificam peccati accusationem non esse necessariam ex natura rei ad validam absolutionem.

2/ Hæc conclusio non parum confirmatur ex praxi Ecclesiæ, quæ sinit ut militibus instante prælio, vel

nautis imminente naufragio absolutio detur post genericam confessionem, præsertim vero ex doctrina *Ritualis Romani*, tit. III, cap. I, n. 25, de qua supra.

Itaque, ut dictum est, si specifica cognitio delicti *ad valorem* requiritur, hæc erit ex positiva voluntate Christi necessaria et non in omni casu. Deinde hæc voluntas Christi deduci nequit ex natura judiciali hujus sacramenti. Porro, omnia argumenta quæ afferuntur nituntur in hac natura judiciali pœnitentiæ.

3/ Præcipitur jure divino et sub gravi ut *mortalia*, post baptismum commissa et *nondum directe remissa*, omnia simul secundum numerum, speciem moralem et theologicam accusentur. Quare, si peccat aliquis graviter contra illud præceptum, *absolutio* est *invalida*, propter malam dispositionem. Ast fieri potest ut pœnitens generice confitendo non peccet graviter, puta quia ignorat præceptum vel quia confessio materialiter integra est physice vel moraliter impossibilis et simul necessitas quædam adest suscipiendi hoc sacramentum. In talibus adjunctis, confessio erit valida, etsi non specifica.

4/ Quod autem attinet confessione m*materiæ liberæ*, non probatur existere præceptum grave, sive divinum sive ecclesiasticum, urgens confessionem specificam in casu quo aliquis confiteri velit. Sane, si confessio est specifica, instructio causæ perfectior erit, sed non probatur Christum vel Ecclesiam perfectionem illam sub gravi urgere. Adeoque, non committit subjective grave peccatum qui generice confitetur materiam liberam. Quodsi non peccat graviter, valor absolutionis supposita attritione non periclitatur. Id valet de casu quo tota confessio reducitur ad hoc : *Accuso me de omnibus peccatis venialibus vitæ meæ, vel hebdomadæ elapsæ*, etc., supposita semper debita attritione.

II. *Quod spectat liceitatem confessionis genericæ*. Ex præcedentibus deducitur :

1/ Confessio generica materiæ *necessariæ* est graviter illicita, nisi specifica confessio sit physice vel moraliter

impossibilis et aliunde detur aliqua necessitas suscipiendi hoc sacramentum. Quare, si confessarius suspicatur confessionem non esse integram, nulla excusante necessitate, debet, ordinaria diligentia, curare ut accusatio integretur.

2/ Confessio generica materiæ *liberæ* non est graviter illicita. Juxta Noldin, confessio prorsus generica venialium (si e. g. pœnitens pius, qui peccati mortalis reus non est, solum dicat : *Accuso me de meis venialibus et peto absolutionem*), extra casum necessitatis *licita non est*, quia est contra praxim Ecclesiæ, quæ vim legis habet. Non dicit eam esse graviter illicitam. Sic scribit : « Sunt quidem (Gury-Ballerini, Eschbach, Bucceroni, Apicella, Génicot, ex antiquioribus Dicastillo), qui censeant, confessionem genericam peccatorum venialium licitam esse. Verum eorum sententia non videtur probabilis et proinde in praxi illicita. Aliud enim argumentum præter hoc non afferunt : « Stante certa sacramenti validitate illiceitas aliunde oriri non potest, quam ex positivo præcepto divino : atqui hoc præceptum non habetur ; ubi ergo desunt peccata gravia necessario accusanda in confessione, nulla est obligatio reliqua peccata accusandi in determinato numero et definita specie » (Bucceroni). Verum obligatio non oritur ex præcepto divino explicito, sed ex rationibus supra allatis, præsertim vero *ex consuetudine, quæ vim legis obtinuit*. Nec contra hanc rationem excipiatur, quod non constet, utrum fideles venialia in specie confitentes indicent strictam obligationem an solum id, quod melius est, quia solum ex devotione confitentur. Etenim ex devotione confitentes sciunt se a confessione licite abstinere posse, *sed si confitentur, putant se in specie confiteri debere* ». Ita Noldin (1). Dubitamus vero an fideles, si confitentur *ex devotione*, putant se *in specie* confiteri *debere*. Ratio est quia de illa præcise obligatione inter theologos disputatur. Fideles autem judicant de obligationibus suis secundum doctrinam pastorum ani-

(1) Noldin, *De sacramentis*, nº 231. Œniponte, 1920[12].

marum, et ita mediate, secundum doctrinam theologorum.

3/ Arbitramur igitur non constare de obligatione etiam levi specifice confitendi materiam levem. Attamen, talis confessio est omnino dissuadenda quia pœnitentes sic carent directione spirituali, pœnitentia magis appropriata et utilioribus consiliis, imo, quia periculum est ne aliquando vera attritio adsit. Quapropter, prudenter ut judex et medicus suadebit confessarius ut accusatio quoad aliquod saltem peccatum specifice fiat, et, nonnunquam, id exigere potest.

V. Coucke.

V.

De indulgentiis rosarii s. Dominici.

Q. *Quid intelligis nomine rosarii s. Dominici ? Quænam sunt indulgentiæ eidem annexæ ? Quænam conditiones ad eas indulgentias lucrandas ?*

R. — I. Notio.

Rosarium proprie dictum, seu psalterium marianum, quod communiter rosarium sancti Dominici vocatur (1), est « certa precandi formula qua quindecim angelicarum salutationum decades, oratione dominica interjecta, distinguimus, et ad earum singulas totidem nostræ reparationis mysteria pia meditatione recolimus » (2). Idem vocabulum adhibetur ad designandum coronam precatoriam cujus ope prædictæ preces numerantur, et de qua statuit Leo XIII : « Sua rosario genuina forma servetur, ita ut coronæ non aliter quam ex quinque aut decem aut

(1) De origine et historia rosarii, cfr *Collat. Brugen.*, t. VI, 1901, p. 506 ss. ; H. Thurnston, apud *Dictionnaire d'Archéologie chrétienne et de liturgie*, v° Chapelet ; J. Bricout, apud *Dictionnaire pratique des connaissances religieuses*, v° Rosaire ; Beringer, *Die Ablässe*, t. I, p. 441 ss., n. 892 ss.

(2) Leo XIII in IV lectione officii ss. Rosarii. Primúm in bulla Pii V, 17 sept. 1569, meditatio mysteriorum edicitur pertinere ad rosarium.

quindecim granorum decadibus coalescant ; item ne aliæ cujusvis formæ rosarii nomine appellentur » (1).

II. **Indulgentiæ annexæ pro omnibus fidelibus** (2).

1/. Sixtus IV bulla « *Ea quæ ex fidelium* », 12 maji 1479, concedit omnibus fidelibus quoties recitent tertiam partem rosarii indulgentiam quinque annorum et quinque quadragenarum.

2/ Benedictus XIII, rescripto s. C. Indulgentiarum 13 aprilis 1726, concedit :

a/ indulgentiam 100 dierum pro qualibet oratione dominica et pro qualibet salutatione angelica, omnibus rosarium integrum vel saltem tertiam partem ejusdem recitantibus ;

b/ indulgentiam plenariam semel in anno, die ab unoquoque eligenda, omnibus recitantibus quotidie rosarium vel tertiam partem ejus per integrum annum. Conditiones : confessio, communio et preces ad intentiones S. Pontificis.

Declaravit autem Benedictus XIII ut ad effectum lucrandi prædictas indulgentias requiratur ut rosarium fuerit de more benedictum a fratribus Ordinis Prædicatorum (3).

3/ Pius IX decreto s. C. Ind. 12 maji 1851, prævie confirmatis omnibus indulgentiis a prædecessoribus

---

(1) Constitutio apostolica : *Ubi primum*, 2 octobris, 1898, XIII, apud *Collat. Brugen*, t. IV, 1899, p. 6. Cfr decr. s. Officii, 13 martii 1909, ubi ad quæstionem utrum usus inserendi coronis B. M. V. *loco* granulorum quæ Pater noster designant, parva numismata B. M. V., obstet lucro indulgentiarum et utrum retineri possit, respondetur : Nihil esse innovandum Cfr Beringer, *o. c.*, t. I, p. 403, n. 841.

(2) Cfr *Raccolta*, 1898, p. 349 s. Non recensemus hic indulgentias proprias sodalibus confraternitatis ss. Rosarii, quas vide apud Beringer, *o. c.*, t. II, p. 158 ss., n. 236 ss., *Florilegium*, p. 243 ; nec indulgentias pro recitatione rosarii mense octobri, Beringer, *o. c.*, t. I, p. 361, n. 765. *Raccolta*, p. 354 ; nec indulgentias pro 15 sabbatis in honorem B. M. V. dess. Rosario, Beringer, I, p. 363, n. 767, *Raccolta*, p 356.

(3) *Rescr. auth.*, n. 51.

rosario annexis, omnibus fidelibus rosarium recolentibus concedit :

a/ indulgentiam decem annorum totidemque quadragenarum semel in die lucrifaciendam si tertiam partem rosarii devote sive domi, sive in ecclesiis, seu publicis vel privatis oratoriis, conjunctim recitaverint ;

b/ si id autem ter saltem in qualibet hebdomada facere pro more habuerint, indulgentiam plenariam in ultima singulorum mensium dominica acquirendam. Conditiones : confessio, communio, visitatio ecclesiæ vel publici oratorii et preces ad intentionem S. P. (1).

4/ Nuperrime autem concessit Pius XI, per breve 4 septembris 1927, indulgentiam plenariam toties quoties pro omnibus fidelibus qui recitant tertiam partem rosarii coram ss Sacramento sive exposito, sive in tabernaculo asservato, dummodo confessi fuerint ac s. communionem susceperint (2).

Hae omnes indulgentiæ sunt applicabiles animabus purgatorii (3).

III. **Conditiones.**

Ad lucrandas indulgentias Benedicti XIII supra relatas sub 2/, *a*/ et *b*/, non vero ad reliquas (4), requiritur usus coronæ specialiter benedictæ, seu oportet 1°/ ut corona ex

---

(1) *Rescr. auth.*, n. 373.

(2) Cfr *Collat. Brugen.*, t. XXVII, 1927, p. 456 ; *Periodica de re morali, canonica, liturgica*, t. XVI, 1927, p. 125 ss. ; *Nederlandsche katholieke stemmen*, t. XXVIII, 1928, p. 1 ss. Adverte hanc indulgentiam etiam posse acquiri recitando tertiam partem rosarii in processione ss. Sacramenti, atque quinque decades posse ab invicem separari.

(3) Cfr decr. s. C. Ind., 30 sept. 1852, *Decr. auth.*, n. 361, pro indulgentiis quæ in *Raccolta* continentur, et can. 930 pro indulgentia Pii XI.

(4) In elencho authentico indulgentiarum rosarii dato Romæ 29 aug. 1899, hæc conditio ad has tantum indulgentias apponitur, ad alias vero reticetur. Cfr decr. s. C. Ind., 22 jan. 1858, *Decr. auth.*, n. 384, et decr. 7 aug. 1889, apud *Nouvelle revue théologique*, t. XXVI, 1894, p. 264 s. ; Beringer, *o. c.*, t. I, p. 448 ; *Theologia Mechliniensis*, p, 185 ; *Periodica, l. c.*, p. 127 ; *Nederlandsche katholieke stemmen, l, c.*, p. 4.

materia debita confecta (1), et formæ supradictæ (2), fuerit debite benedicta ab aliquo religioso Ordinis Prædicatorum vel ab alio sacerdote legitime deputato (3);

2°/ ut talis corona manu teneatur inter recitandum rosarium et juxta usum adhibeatur, i. e. ut globuli successive percurrantur. Indulsit vero Pius IX (4), ut omnes fideles rosarium in communi recitantes lucrentur indulgentias supradictas Benedicti XIII, licet manu non teneant rosarium benedictum, ac sufficere ut una tantum persona illud manu teneat, eoque in recitatione de more utatur, ea tamen expressa conditione quod fideles omnes, ceteris curisse motis, id est relictis iis occupationibus exterioribus quæ internam attentionem impediunt (5), se componant pro oratione facienda una cum persona quæ tenet coronam, ut rosarii indulgentias lucrari queant.

3°/ Ad omnes vero indulgentias rosarii lucrandas quas supra enumeravimus, non excepta, ut videtur, recentis-

---

(1) Cfr *Collat. Brugen.*, t. XXVII, 1927, p. 123, coll. p. 369 ss. de cessatione indulgentiarum.

(2) Indulgentiæ rosarii recitationi concessæ non possunt applicari coronis seu anulis argenteis vel aureis in quibus sculpti sunt globuli decem. Cfr decr. s. C. Ind., 20 junii 1836, ad V, *Decr. auth*, n. 257. Idem responsum est de coronis quæ formam armillæ (bracelet) habent. Benedictus xv, 21 junii 1918. His tamen adnecti possunt indulgentiæ apostolicæ. Cfr Beringer, *o. c.*, t. I, p. 586; *Theol. Mechlin.*, p. 185.

(3) Hanc facultatem quivis sacerdos obtinere potest a Patre Generali O. P. (Romæ, Collegio angelico, 15, via s. Vitale). Sacerdotes de pio sodalitio a transitu s. Joseph habent facultatem applicandi coronis indulgentias dominicanorum. Episcopis non licet communicare presbyteris suæ ditionis potestatem benedicendi rosaria de qua in can. 349, § 1, n. 1, cum applicatione indulgentiarum, neque habitualiter, Resp. s. Pœnitentiariæ, 18 julii 1919, neque per modum actus, Resp. s. Pœnitentiariæ, 10 nov. 1926. Cfr *Acta Apost. Sedis*, t. XI, p. 332 et t. XVIII, p. 500. — *Formula* autem hujus benedictionis duplex jam invenitur in *Rit. Rom.*, ed. 1926, altera longior, antiqua, altera brevior approbata 23 nov. 1918, quam vide apud *Collat. Brugen*, t. XXII, 1922, p. 337.

(4) Decr. s. C. Ind., 22 jan. 1858, *Decr. auth.*, n. 384. Cfr can. 943, § 3.

(5) Decr. s. C. Ind., 13 nov. 1893, apud *Acta S. Sedis*, t. XXVI, p. 310. Cfr *Raccolta*, p. 350; *Collat. Brugen.*, t. XXVI, 1926, p. 465.

sima a Pio XI concessa (1), requiritur meditatio mysteriorum consuetorum humanæ reparationis (2). Quoad hanc mysteriorum meditationem sequentia breviter adnotamus :

1/ non debent *enuntiari* mysteria antequam singulæ decades recitentur (3) : sufficit ea mentaliter meditari, vel eodem tempore quo recitantur oratio dominicalis et salutationes angelicæ (4), vel immediate ante aut immediate post decadis recitationem, dummodo pro unaquaque decade sit uniuscujusque mysterii meditatio et dummodo hæc meditatio et vocalis precum recitatio moraliter uniantur (5).

2/ non debet (6) sed potest (7) fieri specialis mentio singulorum mysteriorum in recitatione salutationis angelicæ, addendo v. g. post verbum Jesu, hæc alia : quem concepisti vel quem visitando Elisabeth portasti, vel quem peperisti etc.

3/ Invaluit quidem consuetudo ut in decursu hebdomadæ variis diebus varia mysteria recolantur, nimirum

---

(1) Cfr *Periodica, t. c.*, p. 127 ; *Nederlandsche katholieke stemmen, t. c.*, p. 4.

(2) Cfr decr. s. C. Ind., 13 aug 1726, *Decr. auth.*, n. 92 ; Constitutio Leonis XIII *Ubi primum*, XIII ; *Raccolta*, p. 350. Declaravit autem Benedictus XIII in sua Constitutione *Pretiosus*, 26 maii 1727, personas vere rudes ac divinis mysteriis meditandis minus idoneas, devota ac pia rosarii recitatione indulgentias etiam lucrari posse « tametsi plane volumus, pergit, ut iisdem... mysteriis... meditandis juxta rosarii institutum assuefiant ». Hæc declaratio, quamvis non reassumatur in Constitutione Leonis XIII, non tamen videtur revocata per eam. Cfr Beringer, *o c.*, t. I, p. 449.

(3) Decr. s. C. Ind., 1 julii 1839 ad III, *Decr. auth.*, n. 273.

(4) *Ibid.* ad IV.

(5) Cfr *Acta s. Sedis pro soc. ss. Rosarii*, I, n. 135, cit. Beringer, I, p. 450.

(6) Decr. 1 julii 1839, ad IV.

(7) Decr. s. Pœnitentiariæ, 22 jan. 1921. Cfr *Collat. Brugen.*, t. XXI, 1921, p. 250 s. Habetur et alia methodus, qua ante singulas salutationes angelicas paucis verbis enuntiatur aliquod elementum mysterii initio decadis propositi.

feriis II et V mysteria gaudiosa, feriis III et VI mysteria dolorosa, feria V, sabbato et die dominica mysteria gloriosa ; attamen, in ordine ad indulgentias lucrandas, non est obligatoria hæc distributio, sed libera manet electio mysteriorum.

Adnotationes.

1°/ Indultum olim solis confratribus sodalitatis ss. Rosarii concessum (1), postea ad omnes fideles extensum est (2), ut nimirum possint, quin deperdant indulgentias, separare decades in recitatione integri rosarii, vel tertiæ ejusdem partis, intra eamdem diem complendæ et ceteris servatis de jure servandis (3).

2°/ De speciali gratia concessit Pius X ut fideles cumulare valeant indulgentias a PP. Crucigeris nuncupatas cum indulgentiis recitationi rosarii s. Dominici adnexis, sed tantum in ipsa recitatione rosarii, dummodo coronæ utramque benedictionem acceperint (4). Quod autem indulgentiam plenariam toties quoties Pii XI supra relatam attinet, adverte S. Pontificem non expresse indulgere ut cumulative cum aliis indulgentiis lucrifieri possit, quam gratiam hic forsan cum omni reverentia exoptare licet (5). Indulgentiæ autem Apostolicæ rosario forsan adnexæ semper cumulative acquirri possunt cum alliis indulgentiis a S. Pontifice concessis (6).

A. Legrand.

---

(1) Cfr decr. s. C. Ind. 22 jan. 1858, ad II, *Decr. auth*, n. 385, collato responso Pii X, 13 oct. 1906, cfr *Collat. Brugen.*, t. XII, 1907, p. 774 s.

(2) Decr. s. C. Ind., 8 julii 1908, cfr *Collat. Brugen.*, t. XIV, 1909, p. 51.

(3) Servata v. g. meditatione respectivi mysterii.

(4) Decr. s. C. Ind., 12 junii 1907, apud *Collat. Brugen.*, t. XII, 1907, p. 775, coll. p. 732 et t. XXV, 1925, p. 152. Norunt lectores quid sint indulgentiæ crucigerorum : acquiritur nimirum indulgentia 500 dierum, defunctis applicabilis, quotics recitatur devote Pater vel Ave, nec est necesse integrum rosarium recitare, aut mysteria meditari.

(5) Cfr *Periodica, t. c.*, p. 127 ; *Nederlandsche katholieke stemmen, t. c*, p. 5.

(6) Resp. s. Pœnitentiariæ, 14 junii 1922, apud *Collat. Brugen.*, t. XXII, 1922, p. 336.

VI.

Inspecto jure tum naturali tum positivo, determina quænam sit materia gravis et levis in lectione pravorum diariorum.

R. *Prænota*: Inquirimus ergo de malitia, quam lectio (1) diarii pravi *ex se* nata sit habere, abstrahendo tum a malitia scandali ex hujusmodi lectione forsan oriundi tum a malitia turpis intentionis forsan accedentis (2).

Quid sit *diarium*, supra diximus (3); quandonam autem dicendum sit *pravum*, ille determinare poterit qui applicare voluerit *criteria* a Conc. Mechl. IV allata, quibus dignoscere possumus quænam diaria ut prava vel ut animabus detrimentum afferentia, sint habenda: « si nempe religionem bonosve mores data opera impugnant: si, dum erga privatas cujusque opiniones reverentiam profitentur, Ecclesiam ejusque ministros insectantur; scandala vera aut ficta in vulgus diffundere solent; de christianæ caritatis operibus altum silentium servant; viros qui catholicam tuentur causam, veluti reipublicæ prosperitati infensos traducunt; normas a R. Pontifice vel Episcopis in quacumque materia traditas respuunt aut in derisum vertunt; fidem scientiæ progressui adversari proclamant; eam puerorum et adolescentium institutionem promovent quæ nullam religionis rationem habeat; civitatem humanam hodiernam solis materialibus aliisve adjumentis, nulla religionis et Ecclesiæ Catholicæ ratione habita, renovandam esse circumferunt: et sic porro » (4).

Apprime tamen notandum est, ut patet, non omnia

---

(1) Quid veniat nomine « lectionis » diximus supra *Collat. Brugen.*, XXVII, p. 294.

(2) De his agitur in tractatibus « De caritate » et « De temperantia ».

(3) Cfr *Collat. Brugen.*, *t. c*, p. 202; A. De Meester, *Compendium juris canonici*, III, p. 255 ss.

(4) Decr. n. 234.

hujusmodi diaria, quamvis minus bene ad Ecclesiam affecta, esse jure *positivo* prohibita. Pauciores enim sunt ephemerides quæ decreto particulari (1) sunt proscripta vel sub lege generali codicis habitualiter cadunt; et quandoque perdifficile est statuere utrum determinatum diarium cadat sub prohibitione legis positivæ (2). Certo-certius hujus generis sunt omnia diaria, quæ religionem vel bonos mores impetunt, et quidem *data opera*, i. e. de industria, ex instituto (opzettelijk). Atvero tunc tantummodo diaria prohibita censentur quando religionem aut bonos mores impetunt *qua talia*, i. e. qua diaria seu periodica. Non sufficit ergo si semel vel iterum, in uno alterove singulari « numero », ut aiunt, impius articulus legatur, sed opus est ut in pluribus numeris, aut frequenter, seu habitualiter, religio aut boni mores impugnentur (3).

Quibus prænotatis, de gravitate materiæ in lectione hujusmodi diariorum jam inquirere possumus :

1/ **Quoad jus naturale.**

Lectio pravorum diariorum jure *naturali* prohibetur ratione *periculi*, quod pro fide aut moribus ex illa oriri potest.

Principium igitur quo determinatur quænam sit, vi juris naturalis, gravis et quænam levis materia in lectione pravorum diariorum est hoc : gravis est materia quæ legenti affert proximum periculum amittendi fidem aut graviter peccandi contra fidem aut contra alia mandata Dei aut Ecclesiæ.

---

(1) Unicum exemplum diarii decreto speciali romano proscripti datur : « L'Action française ».

(2) Inter diaria lege generali codicis proscripta *præcipua* apud nos sunt diaria « sectaria » et « socialistica ». Omnibus tamen notum est quædam diaria, quæ ante bellum fuerunt manifesto infensa Ecclesiæ et religioni, hodie omnino mitiori modo procedere, ita ut dubitari possit utrum adhuc dicenda sint diaria quæ data opera seu ex professo religionem vel bonos mores impetunt.

(3) Cfr A. De Meester, *o. c.*, p. 285.

Hoc periculum æstimandum est inspectis tum indole et qualitatibus legentis, tum qualitate et quantitate materiæ prohibitæ. Et hæc juris naturalis prohibitio adest pro quanto adest periculum, proportionata causa non compensatum.

Cum autem ratio prohibitionis juris naturalis sit ipsum periculum, quod pro fide aut moribus ex lectione oriri potest, cumque ex alia parte gravitas hujus periculi pendeat, non tantum a natura libri vel diarii, sed etiam, et plurimum quidem, a dispositionibus et adjunctis illius qui legit (1), apparet idem diarium posse uni personæ esse prohibitum quod non alteri, vel uni sub gravi, alteri vero sub levi tantum (2).

Practice quoad diaria sæpesæpius potius attendenda erit qualitas quam quantitas ; et distingui poterit inter articulos qui doctrinam spectant et articulos qui facta narrant.

Nam, in re *doctrinali* non raro breviter exponuntur sophisticæ vel captiosæ rationes contra fidem, vel veritates revelatæ irrisione impugnantur, et hæc, ut patet, facilius constituunt periculum proximum pro fide, unde in diariis quæ quotidie dogmata impugnant, lectio sat facile erit graviter periculosa et proinde graviter mala. In diariis vero quæ spiritu contrario fidei vel bonis moribus scribuntur, licet non quotidie contineant articulos impugnantes fidem vel honestatem moralem, periculum potius oritur ex eo quod illorum lectores paulatim imbuuntur spiritu perverso « quo sensim sine sensu, teste experientia, non modicum in religione et fide sua detrimentum patiuntur : quod sine gravi reatu nobis præparare non possumus » (3).

---

(1) Ita in lectione diarii in quo turpia narrantur multum refert utrum lector sit frigidus an propensus ad res venereas, assuetus v. g. ob studium vel exercitium medicinæ turpibus tractandis, an ab his valde remotus ; multum refert utrum obiter tantum inspiciantur an frequenter legantur ; utrum res moribus adversæ breviter referantur an fuse evolvantur, etc.

(2) Cfr quæ scripsimus supra, *Colllat. Brugen.*, XXVII, p. 468.

(3) Cfr A. Vermeersch, *De censura et prohibitione librorum*, p. 46 ; *Theologia moralis*, III, p. 747.

Quod vero *facta* spectat, quæ in hujusmodi diariis narrantur, ea quandoque nullum constituunt periculum contra fidem vel bonos mores et ideo lectio talis articuli per se non prohibetur ex lege mere naturali ; non raro tamen occurrit in narratione factorum insinuatio quædam quæ opponitur veritati religiosæ vel honestati morali : talis insinuatio sæpe afferet periculum quoddam remotum et minus grave : cujus lectio consideranda erit tamquam materia levis.

2/ Quoad jus positivum.

Regula generali dici potest in casu violationis legis positivæ ob lectionem diarii lege positiva prohibiti : « quæ materia ex se, seu plerisque, ob periculum proximum, gravis fuerit secundum legem naturalem, eadem simpliciter, seu omnibus gravis est reputanda in violanda lege positiva, etsi per accidens in casu particulari minus fuerit periculum » (1).

Admittitur ergo parvitas materiæ, tum ratione qualitatis, tum ratione quantitatis. Imo, auctores censent paulo benignius esse judicandum de gravitate materiæ in lectione diarii pravi quam libri prohibiti. Et merito quidem, nam non plane est idem casus libri et diarii vel libelli periodici. Liber enim simul totus habetur et ex lecto uno loco facile trahitur lector ad reliqua legenda ; nec in libro solet esse manifestum quænam partes sint innocuæ. Contra, cum seorsim edantur folia periodica ac diaria minus est periculum protrahendi lectionem et ex distinctis titulis facile decernimus partes, quæ sint plane indifferentis argumenti, uti sunt v. g. nuncii mercatorii (2).

---

(1) Cfr *Collat. Brugen.*, *t. c.* p. 296.

(2) Non loquimur hic de illa parte diariorum, quæ continet id quod vocatur : *mengelwerk*, *feuilleton* ; hoc enim, generatim saltem, est *liber* de quo judicandum est sicut de libris. Cfr *Collat. Brugen.*, *t. c.*, p. 295.

Cfr etiam A. Vermeersch, *o.* et *l. c.* His rationibus addere possumus rationem a P. Salsmans allatam : « ne nempe in destructionem potius quam in ædificationem cedat eorum proscriptio ». *Institutiones theologiæ moralis*, I°, p. 386.

Ex hac vero regula generali auctores quasdam regulas *practicas* deduxerunt :

a/ *Grave* est ratione *materiæ :*

α/ *habitualiter* et *moraliter ex toto* legere hujusmodi diaria, etiamsi omittas locum specialiter religioni impugnantem ;

β/ etiam semel legere *tractum notabilem,* qui peculiariter et directe fidei vel bonis moribus adversetur.

b/ *Veniale* est ratione *materiæ :*

α/ *identidem* in aliquo ex istis foliis ea legere quæ religionem non impugnant, nisi obiter tantum, vel brevem morum oppugnationem continent, seu omittendo locos specialiter periculosos ; vel, sine præviso periculo, unum aliumve numerum pervolvere ;

β/ legere sæpius, imo habitualiter, quæ constant esse plane innocua, v. g. nuncios mercatorios.

c/ Imo admittendum videtur nequidem venialiter contra prohibitionem legis ecclesiasticæ peccare, qui, ob justam causam, in casibus singularibus, legit innocua in diario proscripto, si non commode peti potest licentia : causa enim rationabilis et justa excusat a levi prohibitione positiva. Hujusmodi autem causa in hodiernis circumstantiis pro diariis non ita raro occurrit, puta ad nova scienda dum nullum bonum diarium præsto est (1).

J. Brys.

(1) De his cfr A. Vermeersch, *o. c.* et *l. c.* ; A. Lehmkuhl, *Theologia moralis*, t. I, p. 277 ; Génicot-Salsmans, *o.* et *l. c.*

RESPONSA

ad quæstiones in conferentiis mensis januarii propositas.

—

I.

Prima oratio Jesu post cœnam I.

Q. *Commentare Jo.*, XIV, *1-14.*

R. Omissa ss. Eucharistiæ institutione, Joannes tamen quædam tradidit ex illis amoris effluviis, quibus Christus « cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos » (1) ; in specie servavit nobis sublimia documenta quæ Jesus, durante et peracta cœna, coram discipulis suis protulit. Post exitum proditoris exhibet evangelista orationes vel potius colloquia Jesu, quæ prout jacent in tres partes dividuntur ; post præludium cap. XIII, 31-38, prima habetur oratio in cap. XIV, quam ipse Jesus a sequenti separat dicendo « surgite, eamus hinc » (2) ; secunda sequitur oratio in cap. XV-XVI, quæ ducit ad tertiam orationem, sacerdotalem dictam, in cap. XVII ; hanc Jesus « sublevatis oculis in cælum » (3) nonjam ad discipulos sed ad Patrem dirigit.

Primam orationem commentandam suscipientes, prænotemus in ea ordinem stricte logicum, sicut nec in aliis orationibus quarti evangelii, inveniri non posse ; revera, ut sunt generatim hominum colloquia, Jesu

---

(1) *Jo.*, XIII, 1.
(2) *Ib.*, XIV, 31.
(3) *Ib.*, XVII, 1.

orationes præbent juxtapositas ideas, quarum vinculum generatim non est deductionis consequentia sed mera associatio idearum quam sæpe producit prolatio alicujus vocis ; hoc manifeste apparet v. g. in transitu a v. 11 ad 12, quem parat vox « opera » ; adde et interrogationes colloquentium, ut videre est v. 5 ss., quandoque idearum cursum interrumpere, imo, saltem provisorie, etiam deviare solere. Ita difficile est, ni impossibile, sub uno titulo comprehendere vel illam solam primam orationem ; præcipuum tamen argumentum est illud quod effert v. 27 s. : *Non turbetur cor vestrum neque formidet. Audistis quia ego dixi vobis : vado et venio ad vos :* explicat enim Jesus varios modos quibus aderit dilectis discipulis quos nunc derelinquit.

1/ **Promissio futuræ societatis cum Jesu in cælo.**

Dixerat Jesus se post modicum temporis iturum quo discipuli eum sequi modo non poterant et pro tempore separationis mandatum novum mutuæ dilectionis promulgaverat (1). Nuntiata instans separatio nata erat discipulorum animis terrorem et anxietatem incutere : quid de ipsis sine magistro ? quid de opere messianico ? Tacitæ quæstioni Jesus statim respondet locum non esse turbationi animæ sed quieti et fiduciæ ; securitatis autem ratio exhinc non erit sensibilis experientia præsentiæ Jesu sed fides in doctrinam quam proponet, fides in ipsum, fides quæ ipsi sicut Deo debetur et cujus effectus v. 12 pandet, v. 1 : *Non turbetur cor vestrum. Creditis in Deum et in me credite.*

Ut primum quoddam consolationis motivum fidei apostolorum proponit futurum suum reditum, quem sequetur æterna societas cum Christo in cælo, v. 2-3 : *In domo Patris mei mansiones multæ sunt*, in quibus et alii cum Filio admitti possunt ; *si quo minus*, si ita non esset, *dixissem vobis* vos me sequi non posse, sed nunc

(1) *Ib.*, XIII, 33 ss.

ideo præcise discedo *quia* (1) *vado parare vobis locum. Et si abiero, et præparavero vobis locum : iterum venio, et accipiam vos ad meipsum, ut ubi sum ego, et vos sitis.*

Morte sua Jesus redibit apud Patrem in cælum ibique curabit ut etiam discipuli apud Patrem recipi possint ; sub hac figura latet totum mysterium salutis, quam Jesus morte sua procurabit et quam in animabus apostolorum perficiet missione Spiritus Sancti. Ut contextus docet, reditus de quo hic non est transitorius reditus corporalis Jesu post resurrectionem neque est illa commoratio amorosa per gratiam quæ postea v. 18 ss. exponetur, nam non loquitur Christus de societate quam cum discipulis adhuc habebit in terra sed de societate in cælo. Utrum autem ille reditus locum habeat ad mortem individuam an ad parousiam Jesus non determinat neque determinare debebat cum sufficeret discipulis certitudo futuræ congregationis cum Jesu ; libenter tamen textum referimus ad mortem fidelis discipuli, cui Christus assistet ut eum in gloriam introducat (2), nam primo, nihil suadet ut textum intelligamus de corporali assumptione in cælum, et dein, certum videtur ipsum evangelistam textum intellexisse de morte ; nullum enim est dubium quin evangelium scribens censuerit ceteros apostolos præmortuos hanc promissam visitationem momento mortis accepisse et exhinc esse cum Domino (3).

Concludit Jesus, v. 4 : *et quo ego vadam viam scitis* (4) ; ipsi discipuli ut apud Patrem recipi possint eligere debent

---

(1) In textu græco ὅτι difficultatem parit ; præferenda tamen videtur communis interpretatio quam in textu sequimur ; alii vertunt : *Si ita non esset, an dixissem quia vado vobis parare locum ?* alii malunt : *Si mansiones non essent, dixissem quia vado mansiones parare vobis.* Quoad sensum variæ translationes non magnam afferunt differentiam.

(2) Alii aliter explicant ; magnam varietatem interpretationum vide apud A. Durand, *Le discours de la cène*, apud period. *Recherches de science religieuse*, I (1910), p. 520 ss.

(3) Cfr *II Cor.*, V. 8 et *Philip.*, I, 23.

(4) Ita juxta textum græcum probabiliorem.

rectam viam, quam Jesus in orationibus suis docuerat et quam paucos ante dies solemniter proclamaverat : « Si quis mihi ministrat, me sequatur : et ubi sum ego, illic et minister meus erit » (1).

2/ **Consubstantialitas Patris et Filii.**

Discipuli forsan intellexerant Jesum de morte sua loqui, sed figuram viæ jam non capiebant ; petit ergo Thomas, v. 5 : *Domine, nescimus quo vadis : et quomodo possumus viam scire ?* Sublimis est responsio Jesu, v. 6 : *Ego sum via, et veritas, et vita : nemo venit ad Patrem, nisi per me.* Dicit Jesus se esse viam utpote necessarium mediatorem ad Patrem cum nemo ad Patrem venire possit nisi per Jesum ; via est unica quia ad salutem postulatur a parte hominis fides in Christum, et a parte Christi collatio gratiæ salvificantis ; ita Jesus est sola via sequenda, quia est veritas credenda et simul vita animam regenerans (2). V. 7 : *Si cognovissetis me, et Patrem meum utique cognovissetis ;* est quasi vituperium, quod Jesus antea judæis objecerat (3) sed quod hic mitigat addendo : *et amodo*, nunc de facto, vos, apostoli mei, *cognoscitis* (Vulg. cognoscetis) *eum et vidistis eum.* His verbis Jesus indicat quomodo in specie sit via qua perveniatur ad cognitionem Patris ; qui Jesum vere cognoscit, ille in Jesu cognoscit Patrem : divinitatem Patris cognoscit, credendo Jesum esse Deum ; paternitatem in Deo cognoscit, credendo Jesum esse Filium Dei.

At Philippus, cum ei, sicut probabiliter et aliis apostolis, fidei cognitio tam obscura videatur, petit theophaniam quæ omne dubium tollat, v. 8 : *Domine, ostende nobis Patrem et sufficit nobis.* Affectuose Dominus vituperat apostolum et lucidius iterat suam affirmationem, v. 9 : *Tanto tempore vobiscum sum : et non cognovisti* (Vulg.

---

(1) *Jo.*, XII, 26.

(2) Est illa formula quasi compendium doctrinæ Jesu in quarto evangelio ; cfr v. g. I, 4, 14, 17 ; VIII, 32 ; XI, 25.

(3) *Jo.*, VIII, 19.

cognovistis) *me ? Philippe, qui videt me, videt et Patrem. Quomodo tu dicis : ostende nobis Patrem ?* At, ut statim explicat, non agitur de cognitione sensibili Jesu sed de cognitione fidei, v. 10[a] : *Non credis* (Vulg. creditis) quæ sæpe dixi vobis (1), *quia ego in Patre, et Pater in me est ?* Ita enuntiatur fundamentum istius mysteriosæ cognitionis simplicis simul et duplicis ; ratio ejus est compenetratio et circumincessio duorum distinctorum, seu consubstantialitas Patris et Filii ; nec ibi sistit Jesus sed magis complete adhuc revelat mysterium intimæ vitæ Dei et unionis hypostaticæ, v. 10[b] : *Verba, quæ ego loquor vobis, a me ipso non loquor,* sed a Patre ea didici ; opera Patris quæ facio non a me ipso facio, *Pater autem in me manens, ipse facit opera sua* (Vulg. omittit « sua »). Doctrina et opera Christi non procedunt a principio quodam humano sed a principio divino, a Christo nempe quatenus est Deus de Deo, quatenus in ipso manet Pater, aliis verbis quatenus Pater naturam divinam confert Filio, consubstantiales enim unum constituunt principium operationis (2).

Ad omnes apostolos nunc dirigit Jesus eadem verba et addit motivum credibilitatis, v. 11 : *Non creditis quia ego in Patre, et Pater in me est ? Alioquin* saltem *propter opera ipsa* quæ facio *credite.*

3/ **Promissio assistentiæ specialis.**

Ut secundum consolationis motivum fide credendum proponit Jesus communicationem suæ virtutis, v. 12-14 : *Amen, amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, et ipse faciet, et majora horum* (3) *faciet :* ego hoc producam *quia ego ad Patrem vado, et quodcumque petieritis* (4) *in nomine meo, hoc faciam : ut glorificetur Pater*

---

(1) *Ib.*, v, 36 ; x, 37 s.

(2) Cfr *ib.*, v, 19-36 ; vi, 27 ; vii, 18 ; viii, 18, 26, etc.

(3) Communiter hæc verba explicantur de majori successu quem habuit prædicatio et actio apostolorum et ceterorum credentium.

(4) Textus græcus omittit *Patrem ;* ut apparet e v. 14, agitur de oratione directa ad Jesum.

in Filio. Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam. In cælo Jesus persequetur et perficiet opus quod ei commisit Pater, glorificationem scil. Patris in Filio ; illam autem glorificationem deinceps procurabit per fideles suos, quos instruet sua potentia ; conditio tamen apponitur nam postulatur oratio qualem apostoli nondum fuderunt (1), oratio ad Jesum directa in nomine ejus.

M. De Jonghe.

II.

De gratia habituali non minuenda.

Q. *Proba gratiam habitualem nunquam intrinsece minui.*

R. — In præcedenti responsione vidimus gratiam habitualem *augeri* posse, et quidem *intrinsece*, quatenus nempe magis radicatur in subjecto. Non potest autem *intrinsece minui*, quod nunc probandum est (2).

1/ Quum gratia, tum in fieri tum in esse suo, dependeat a solo Deo tanquam a causa efficiente principali, eatenus solummodo posset intrinsece minui gratia, quatenus Deus ipse eamdem diminueret. Sed tale quid non obtineret nisi propter actum peccaminosum hominis.

Nunc autem peccatum erit vel mortale vel veniale ; mortale vero tollit penitus vitam supernaturalem ; veniale porro, quod analogice ad mortale tantummodo dicitur peccatum (3), quoniam non involvit aversionem a Deo, *non meretur* ut Deus sese avertat ab homine, minuendo gratiam, *nec* diminutionem *effective* operari potest, inducendo, puta, dispositionem contrariam gratiæ.

Et revera « veniale peccatum est quædam inordinatio circa ea quæ sunt ad finem ; non autem diminuitur

---

(1) *Jo.*, xvi, 23 s.

(2) Sedulo adverte agi de diminutione intrinseca, sicut in præcedenti responsione agitur de augmento intrinseco, quod quomodo sit intelligendum ibidem explicatur.

(3) Cfr *Collat. Brugen.*, VIII (1903), p. 45 s. et p. 331 s.

amor finis ex hoc quod aliquis inordinationem aliquam committit circa ea quæ sunt ad finem ;... sicut in speculativis scientiis falsæ opiniones circa ea quæ deducuntur ex principiis, non diminuunt certitudinem principiorum » (1).

2/ « Ratio [vero] vulgaris a posteriori est », ait Suarez, « quia, si peccatum veniale minueret charitatem, multiplicatis peccatis venialibus, posset omnino charitas et gratia auferri, quod omnino falsum est » (2).

Hanc sententiam de non auferenda gratia justificationis per peccata venialia, quam præeunte s. Thoma (3), communius nunc docent theologi contra quosdam veteres, quorum opinionem multis considerationibus confutatam legere est apud eumdem doctorem eximium (4), tam solide fundatam hic habet, ut sententiam oppositam ne quidem probabilem esse censeat (5) ; eamdem alii doctores temerariam vel imo periculosam in fide pronuntiant (6).

Sedulo tamen observa, peccata venialia minuere fervorem caritatis et præparare lapsum pejorem, adeoque homo, qui venialia multiplicat, sensim sine sensu ad peccatum mortale veniet. Talis enim minorem copiam accipiet gratiarum actualium, quæ necessariæ sunt ad vitandum jugiter peccatum mortale et ad perseverandum (7) ; insuper per repetita peccata venialia minuuntur vel impediuntur habitus acquisiti boni et mox præterea habitus mali generantur, quibus homo ad peccatum mortale disponitur (8). H. Lamiroy.

---

(1) *Sum. theol.*, II-II, q. 24, a. 10, c. coll *Quæst. disp. de malo*, q. 7, a. 2 ; cfr etiam Van der Meersch, *De divina gratia*, n. 217.

(2) Suarez. *De gratia*, lib. XI, cap. VIII, n. 8 (ed. Vivès, IX, p. 68[illegible], Parisiis, 1858).

(3) *Sum. theol.*, I-II, q. 89, a. 1, c. coll. II-II, q. 24, a. 10, c.

(4) Suarez, *o.* et *l. c.*, n. 5, p. 681.

(5) *Ibidem*, n. 7, p. 682.

(6) Cfr Lahousse, *De gratia divina*, n. 382, p. 647, Brugis, 1902.

(7) Cfr Van der Meersch, *o. c.*, n. 70 s. et n. 331 s.

(8) Lege *Sum. theol.*, III, q. 87, a. 1, c. coll. q. 89, a 4, ad 1 ; vide etiam Van der Meersch, *o. c.*, n. 218 et Mahieu, *Probatio caritatis*, n. 135, p. 404, Brugis, 1923[3].

III-IV.

De contritione perfecta

Q. — *Proba sequentem propositionem : omnis et sola contritio quæ ex motivo perfectæ erga Deum charitatis concipitur, est extra sacramentum re susceptum, ultima et sufficiens ad impii justificationem dispositio.*

R. — **Prænota.** *a/* Contritio dicitur *perfecta* quando dolor et detestatio peccati commissi concipitur ex motivo perfectæ charitatis, quo amamus Deum propter seipsum *absolute super omnia*. Et, quia « ad eamdem virtutem pertinet prosequi unum oppositorum et refugere aliud » (1), charitas nos movet ut pariter *absolute* et *super omnia* detestemur peccatum quod opponitur dilectioni Dei super omnia, peccatum scilicet mortale quo avertimur a Deo, fine ultimo.

b/ Actus contritionis dicitur *intensivus* quando *vehementer* doletur de peccato, sive hæc vehementia proveniat a conatu liberi arbitrii, sive dependeat a modo vivido quo peccatum apprehenditur ut malum. Si nulla adsit vehementia, actus vocatur (intensive) *remissus*,

c/ Detestatio peccati dicitur *appretiative* major quam detestatio alius mali, si magis odibile *æstimatur* et *qua tale* odio habetur.

Quare, contritio vocatur *appretiative summa simpliciter* quando odio habetur peccatum ut summum omnium simpliciter malorum. Est autem peccatum mortale : summum omnino odibile, quia contrariatur dilectioni Dei, qui est summum simpliciter diligibile. Contritioni itaque conceptæ ex motivo perfectæ charitatis, exclusive proprium est ferri in peccatum tanquam in malum, quod est simpliciter summum malum, sicuti eidem charitati exclusive proprium est ferri in Deum tanquam in dilectum, qui est simpliciter summus diligibilis.

---

(1) S. Thomas, *Sum. theol.*, I-II, q. 113, a. 5, ad 1m.

Appretiative summa *secundum quid* dicitur contritio qua peccatum nondum odio habetur tanquam malum simpliciter summum, sed tanquam majus omni malo *cujus fuga inducere potest ad peccandum* ; ita ut, si unquam eligendum esse contingat inter malum hujusmodi et peccatum, velit homo subire malum illud potius quam committere peccatum.

Sed, præter mala quorum fuga potest inducere ad peccandum, dantur et alia quorum timor non inducit ad peccandum. Sic, infernus, privatio beatitudinis, privatio honestatis illius moralis quæ est in actu virtutis pœnitentiæ, obedientiæ, gratitudinis, religionis, etc., sunt mala quorum fuga non inducit ad peccandum, sed ad fugienda peccata Porro, quousque peccatum non æstimatur majus esse malum quam infernus, quam privatio beatitudinis etc., quousque nondum consideratur prouti est contrarium Deo, *summo simpliciter diligibili*, nondum odio habetur tanquam summum *simpliciter* malum et nondum habetur contritio perfecta. Et quia manifestum est odium peccati non superare odium inferni aut odium privationis beatitudinis, *qualenus propter* illa mala vitanda odio habetur, ideo nondum est talis contritio appretiative summa simpliciter, sed secundum quid tantum, adeoque nondum est perfecta.

Hisce præmissis, contendimus sequentia :

I. *Omnis contritio perfecta est extra sacramentum ultima et sufficiens dispositio ad justificationem impii.*

Dicimus : 1/ Contritio perfecta justificat *ex opere operantis.*

Probatur *a/ ex concilio tridentino*, sess. XIV, cap. 4 : « Docet præterea (sancta synodus), etsi contritionem hanc aliquando caritate perfectam esse contingat, hominemque Deo reconciliare, *priusquam hoc sacramentum* (pœnitentiæ) *actu suscipiatur*, ipsam nihilominus reconciliationem ipsi contritioni sine sacramenti voto, quod in illa includitur, non esse adscribendam » (1). Itaque, juxta concilium,

(1) *Enchiridion symbolorum*, n. 898.

contritio aliquando perficitur charitate et tunc justificat ex opere operantis, non tamen independenter a sacramento, quia non sine voto sacramenti, quod in ea includitur.

b/ Ex Sacra Scriptura. Ob voluntatem Dei salvificam, admitti debet semper exstitisse pro adultis medium justificationis ex opere operantis, adeoque ex contritione, saltem ex ea contritione quæ charitate perficitur. Ita esse de facto, testantur varii textus tum veteris (Deut., iv, 29 ; Ezech., xviii, 21 ; xxxiii, 12 : Prov. viii, 17), tum novæ Legis, quæ est lex charitatis (Lc., x, 27-28 ; Jo, iv, 7-13 ; xiv, 21-23 ; I Petr., iv, 8). Unica differentia inter antiquum et novum testamentum, quod attinet charitatem, hæc est : Sub nova Lege, charitas non contingit jam esse perfecta nisi, implicite saltem, contineat votum sacramenti pœnitentiæ, adeoque non justificat sine ordine ad sacramentum.

c/ Ratio theologica hæc est : quamvis contritio perfecta non sit *condigna* reparatio offensæ gravis, tamen est dispositio ultima et sufficiens ad justificationem *de congruo* promerandam.

Sane, ad justificationem peccatoris plura postulantur tanquam præparatoria seu *dispositiva,* uti fides, spes, dilectio Dei initialis et pœnitentia de peccato, sed dispositio *ultima*, denique tandem *sufficiens* ut peccator mereatur jam de congruo remissionem culpæ mortalis et divinam amicitiam : est charitas perfecta. Apposite Billot : « Præ oculis habendum est quod cum de mortalibus peccatis agitur, *condigna* quidem satisfactio a puro homine nequaquam dari potest, uti nunc suppono ex dictis de convenientia incarnationis. Potest nihilominus dari satisfactio ad exstinctionem reatus de *congruo sufficiens*, et hæc est perfecta contritio, in qua, etsi non condignitatis, at certe proportionalitatis æqualitas respectu remissionis offensæ attenditur. Etenim æqualitas proportionalitatis tunc habetur, quando æqualiter se habet hoc ad illud, sicut aliud ad alterum ; atqui revera, sicut contritio perfecta se habet ad possibilitatem peccatoris, ita condonatio

offensæ se habet ad id quod decet Deum, quatenus peccator non potest amplius, et Deum non decet minus. Non enim salva maneret divinæ bonitatis ratio, si peccatori rectificanti se circa ultimum finem, seseque denuo convertenti ad Deum ut ad summum diligibile, adhuc imputaretur offensa peccati » (1).

Dicimus : 2/ *Omnis* contritio perfecta justificat, adeoque *a*/ etiam contritio intensive *remissa* et *b*/ etiam *extra necessitatis casum*, quando scil. recursus ad sacramentum non est difficilis.

a/ Contritio perfecta intensive *remissa* justificat ex opere operantis.

Ratio est quia charitas statim ac est appretiative summa simpliciter, est *essentialiter* perfecta et conversionem operatur completam et perfectam, quatenus facit ut peccator se avertat a peccato, tanquam a malo prorsus summo, et se convertat ad Deum, ut ad bonum simpliciter summum, adeoque se perfecte rectificet circa ultimum finem.

Ceterum, intensitas actus charitatis non dependet, magna saltem ex parte, a libero arbitrio et perfectio intensitatis in hac vita attingi nequit. Quare præceptum quo jubemur ut Deum diligamus ex toto corde, ex toto anima, ex omnibus viribus, ex tota mente (2), intelligendum est de charitate summa, non intensive, sed appretiative.

Accedit quod damnatus est error Baii sequens : « caritas perfecta et sincera, quæ est de corde puro et conscientia bona et fide non ficta, tam in catechumenis quam in pœnitentibus potest esse sine remissione peccatorum » (3)

b/ Contritio perfecta justificat etiam *extra necessitatis casum*.

Probatur ex damnata propositione 71ª Baii : « Per con-

---

(1) Billot, *Disquisitio de natura et ratione peccati personalis*, Romæ, 1897²ª, p. 63.

(2) Cfr *Luc.*, x, 25 ss.

(3) *Enchir. symb.*, n. 1031.

tritionem etiam cum caritate perfecta et cum voto suscipiendi sacramentum conjunctam, non remittitur crimen, extra casum necessitatis aut martyrii, sine actuali susceptione sacramenti » (1).

Ratio hæc est : Ex una parte, charitas vere perfecta existere potest sine voluntate *statim* recurrendi ad claves, quoties præceptum confessionis non urget *hic et nunc* adimplendum. Ex alia parte, vis charitatis non est imminuta sub Lege nova, quæ vocatur lex charitatis, adeoque sicut in Vetere Testamento contritio perfecta semper justificabat, sic etiam in Novo, etsi non sine voto seu voluntate recurrendi postea ad claves et firma manente hac obligatione.

II. *Sola contritio perfecta justificat ex opere opererantis.*

Theologice certum est contritionem conceptam ex consideratione turpitudinis peccati vel ex metu gehennæ et pœnarum non justificare extra sacramentum. De hujusmodi enim contritione dicit concilium tridentinum, sess. XIV, cap. 4, *De contritione* : « Et quamvis sine sacramento pœnitentiæ per se ad justificationem perducere peccatorem nequeat, tamen eum ad Dei gratiam in sacramento pœnitentiæ impetrandam disponit » (2).

At sunt Scotistæ qui vim justificandi adscribunt contritioni conceptæ *a*/ ex amore concupiscentiæ, quo detestamur peccatum quia excludit a fruitione Dei beatifica, *b*/ vel ex motivo quo Deus attingitur tanquam *finis cui*, quatenus movetur peccator ad detestandum peccatum ex amore justitiæ *erga Deum*, ex amore honoris *Deo* tribuendi, ex amore gratitudinis *erga Deum*, et ita porro.

Hisce præmissis, en argumentum nostrum :

1/ In concilio tridentino, contritio, *ex metu inferni* dicitur imperfecta, quæ non justificat extra sacramentum. Atqui, ad hanc contritionem reducenda esst detestatio peccati ex amore concupiscentiæ, quia in tali casu doletur

(1) *Ibidem*, n. 1071.
(2) *Ibidem*, n. 898.

de peccato commisso ob metum pœnæ *damni*, quæ est pœna præcipua gehennæ.

Quodsi contritio ex amore concupiscentiæ est imperfecta, a fortiori sic erit contritio ex amore justitiæ, gratitudinis, cultus divini et ita porro. Ceterum, detestatio et dolor de peccato, ob motivum hujusmodi, reducitur ad contritionem quæ concipitur ex consideratione turpitudinis peccati, quod privat nos honestate morali, quam prosequuntur virtutes, uti virtus specialis pœnitentiæ, virtus religionis, obedientiæ etc. Jamvero, contritio ex consideratione turpitudinis peccati vocatur a Concilio tridentino imperfecta.

2/ Contritione ex amore concupiscentiæ vel ex amore, v. gr. justitiæ aut gratitudinis erga Deum, peccatum nondum odio habetur ut odibile absolute summum, quia majore odio non habetur quam pœna damni aut privatio boni honesti, quæ est *ratio* detestandi illud. Præterea, hujusmodi contritione nondum convertitur homo ad Deum tanquam ad bonum absolute supremum, quod est supra omnia diligendum, et ad cujus glorificationem cetera omnia sunt referenda : nondum habetur conversio ad Deum tanquam finem ultimum. Quare dici non potest talem contritionem de congruo mereri justitiam.

Quodsi Scriptura Sacra nonnunquam hortatur peccatorem ad detestandum peccatum ex motivis charitate inferioribus, merito hoc facit quia talis contritio parat viam ad justitiam (1), non tamen inde probatur eam contritionem de congruo mereri justitiam. Porro, in re tanti momenti, nihil absque solido fundamento asserendum est.

V. Coucke.

---

(1) *Ibidem.*, n. 898.

V.

Ontstaan van het monothelisme.

V. *Waarin bestond het monothelisme zooals het vooruitgezet werd door Sergius van Constantinopel en hoe kwam deze ketterij tot stand ?*

A. — Eerst zullen wij 't ontstaan uiteenzetten van deze nieuwe ketterij, die aanleiding gaf tot het zesde algemeen concilie ; dan handelen wij over de leering van Sergius zelf (1).

I. — **Ontstaan van het monothelisme.** — De nieuwe dwaalleer zien we ontstaan in het begin van de 7e eeuw. Ze lag geheel in de lijn van het monophysisme, anderhalve eeuw te voren veroordeeld in het concilie van Chalcedon (451) (2).

1/ *Het verder verloop van het monophysisme na 451.*

De algemeene kerkvergadering van 451 bracht de gewenschte rust niet. Sommige monophysieten, namelijk in Egypte, Syrië en Mesopotamië, verwijderden zich voor immer van de gemeenschap der Kerk Andere integendeel, aangeleid vooral door *Severus van Antiochië* en gevormd naar de theologie van den h. Cyrillus van Alexandrië, namen ergernis aan de geloofsformule van het IVe concilie. Voor hen beteekende φύσις (natura) nog immer een opzichzelf staande wezen (wat Paus Leo en het concilie persona noemden). Ze waren in den grond orthodox, maar hun spraakgebruik verschilde, en zoo beschuldigden zij zelf ten slotte de algemeene kerkvergadering van ketterij (3).

---

(1) Cfr P. Albers, *Handboek*, I, bl. 226 ss ; Tixeront, *Histoire des dogmes*, III, p. 160 ss. ; vooral Hefelé-Leclercq, *Histoire des Conciles*, III, 1, p. 317 ss. De bronnen zijn te vinden bij Mansi, *Collect. Concil.*, X en XI, ofwel bij Harduinus, *Collect. Concil.*, III.

(2) *Collat. Brugen.*, XXVIII, p. 54 ss.

(3) Cfr J. Lebon, *Le monophysisme sévérien*, Louvain, 1909 en Tixeront, *o. c.*, II, p. 117 ss.

Ondertusschen traden de keizers op voor den vrede en zochten naar verzoenende formules. Dergelijke waren het *Henoticon van keizer Zeno* (482), dat in feite de monophysieten bevoordeeligde, en het *Edikt van Justinianus*, ook genoemd de *Veroordeeling der drie kapittelen* (544). Na veel twisten lukte deze laatste er toch in een *Ve algemeene kerkvergadering* te Constantinopel tot stand te brengen (553). Deze had vooral tot doel aan te duiden dat de geloofsbepalingen van Chalcedon met de leer van den h. Cyrillus niet in strijd waren.

De vrede was nochtans niet volledig hersteld. De pogingen tot verzoening waren te veel opgedrongen van hooger hand en bij velen waren de gedachten verward. Bij de minste gelegenheid zou de strijd hernemen.

2/ *De politieke omstandigheden brachten die gelegenheid bij.* — Heraclius was keizer van Constantinopel sedert 610. De tien eerste jaren van zijn regeering waren ver van voorspoedig. De Perzen hadden zich van Mesopotamië, Syrië, Palestina, Egypte en een groot deel van klein Azië meester gemaakt; juist van die streken, die reeds door het monophysisme van het overige des rijks afgescheurd waren. De keizer vreesde dan ook « dat de monophysieten evenals de nestorianen bescherming bij de Perzen zouden vinden » (1), en vooral dat de Perzen door de monophysieten zouden worden ondersteund. Vooraleer ten strijde te trekken om de verloren provinciën te veroveren, wilde hij eerst de harten van de overwonnelingen winnen. Er moest dus naar een middel gezocht tot verzoening en dit werd hem ter hand gesteld door *Sergius*, bisschop van Constantinopel, met een nieuwe geloofsformule, die orthodoxen en monophysieten moest bevredigen : *in Christus zijn twee naturen, doch enkel één werking* (μία ἐνέργεια) *en één wil* (μία θέλησις).

Van af 622 zien we dan den keizer met de nieuwe

---

(1) P. Albers, *o. c.*, p. 226.

leer aan het werk bij de monophysieten, eerst in Armenië, waar hij misschien wel een concilie houdt (1); in 626 is hij in het land van Lazes (ten N. van Armenië dicht bij den Causasus) en wint er tot zijn leer *Cyrus*, bisschop van Phasis (op de Zwarte Zee), dien hij welhaast op den bisschoppelijken zetel van Alexandrië zal plaatsen. Deze zal nu de leer omschrijven in 9 *kapittelen*, en na een drukke werking erin slagen in 633 de monophysieten van Egypte met de Kerk te hereenigen.

II. — **De leer zelf** (2). — Waarin bestond die wonderformule, die afgescheurden vermocht terug te brengen? Ze bezat al de hoedanigheden van verzoeningsgedachten: zij was vaag en toegevend; zij had er ook al de gebreken van: zij smaakte ietwat naar ketterij.

1/ Sergius evenals de keizer en Cyrus willen *als rechtgeloovig voorkomen;* ze verwerpen dan ook alle nestorianisme en eutychianisme; ze belijden de leer van de vijf algemeene kerkvergaderingen en bevestigen o. m. de tweeheid van naturen in Christus (kap. 8 bij Cyrus).

2/ Maar de *monophysieten moest men winnen.* Men drukte dus fel op de éénheid van Christus, en dit met een bewoording die in den smaak moest vallen van de afgescheurde ketters; de terminologie van Severus van Antiochië, namelijk dat de God-mensch maar één natuur uitmaakt (μία φύσις in de zin van unum ens concrete subsistens) werd weerom voor den dag gehaald (kap. 6). Aldus spreken kon maar weinig klaarheid brengen in de gedachten en was uiterst gevaarlijk.

---

(1) Cfr Hefelé-Leclercq, *o. c.*, geschiedkundige nota, p. 317 ss.

(2) De leer van Cyrus en Sergius vinden we vooral in den brief van Cyrus aan Sergius (Mansi, *o. c.*, XI, 563, ofwel bij Hardouinus, *o. c.*, 1339) en in den brief van Sergius aan Paus Honorius (Mansi, *t. c.*, 530 en Hardouinus, *t. c.*, 1319). Zie uittreksels bij Hefelé-Leclercq, *o. c.*, p. 340 en 344 ss. — Beide brieven dagteekenen ongeveer van 633.

3/ De groote aantrekkingskracht van de nieuwe formule lag nochtans elders, t. w. *in de leer over de ééne* ἔνεργεια en de ééne θέλησις (una operandi vis atque una voluntas). Wat werd daardoor beteekend ?

a/ Een eerste zin kon zijn : in Christus is de goddelijke en de menschelijke dadigheid tot éénzelfde werking samengegroeid en versmolten *(confusio operationum)*. Dit was zooveel als een « confusio naturarum » aanvaarden, want « operari sequitur naturam ». Dus monophysisme en zoo verstond het en redeneerde Sophronius, de groote tegenstrever van Sergius, zooals we later zullen zien.

b/ Een tweede zin was ook mogelijk : in Christus is maar één waarlijk spontane en vrije wil, *één vrije dadigheid* namelijk *de goddelijke*. De menschheid is in hem gansch ondergeschikt aan de Godheid, een bloot werktuig van het Woord Gods, door het goddelijk Woord bewogen gelijk het lichaam door de ziel (1). Een gevolg hiervan was dat Jezus niet verdienen kon.

c/ Een derde uitleg eindelijk was niet onmogelijk : *in ordine morali* was Jezus' menschelijke wil geheel en al onderworpen aan den goddelijken. Hij deed niets buiten den wil om — of tegen den wil in — van het Woord Gods. Jezus bezat een volledige eenheid van willen in den zedelijken zin. Aldus doceeren was volstrekt rechtgeloovig.

Wat *Sergius van Constantinopel er juist over dacht*, is moeilijk uit te maken. Bepaalde gedachten had hij niet en daar lag ook het gevaar. Den eersten bovenvermelden zin (confusio operationum) verwerpt hij zeker. De tweede uitleg (één vrije wil, namelijk de goddelijke) is ook nergens bij hem uitdrukkelijk te vinden. *Den derden* (unitas volitionis sensu morali) vinden we zeker bij hem, maar *verward met den voorgaanden !* Hij beweert immers dat één en dezelfde Jezus-Christus, een volmaakt goddelijke en volmaakt menschelijke dadigheid heeft...

---

(1) Cfr A. Janssens, *Het menschgeworden Woord*, bl. 121.

Nochtans, zegt hij, een dubbele ἐνέργεια plaatsen in Christus baart ergernis, want dat is zooveel als *twee* met mekaar *tegenstrijdige willen* bevestigen (slechte gevolgtrekking !), zoodat de menschheid Christi het lijden zou geweigerd hebben, door den goddelijken wil voorgeschreven (una volunta sensu morali). Zoo spreken is goddeloos. Volgens de Vaders immers is de menschelijke natuur nooit in hare *natuurlijke* werking getreden uit eigen beweging (quonam sensu ?), noch in tegenstrijdigheid met de inspraken van het Woord, maar enkel wanneer en zooals en zoolang het Woord wilde, en om klaarder te zijn (!), gelijk het lichaam gericht en geordend wordt door de redelijke ziel, zoo ook werd heel de menschheid door de Godheid bewogen (1).

Dat was nu heelemaal niet klaarder : Sergius schijnt van de menschheid een passief iets te maken.

Besluit : Sergius van Constantinopel redeneerde slecht, verwarde veel begrijpen, en had een spraakgebruik dat monophysiet was getint. In hoever hij echter deed aan ketterij, is niet licht te bepalen. Laten wij nog eens er op steunen : het gaat hier om het opkomend monothelisme zooals het door Sergius werd voorgesteld ; zijn volgelingen zullen echter verder gaan en dieper vallen.

A. Dondeyne.

VI.

Q. *Indica et paucis commentare præscriptiones Ritualis Romani de vasis eucharisticis in quibus asservantur particulæ consecratæ.*

R. I. **Præscribit** Rituale, IV, 1, 5 sequentia :

Curare debet ut « particulæ consecratæ, eo numero qui infirmorum et aliorum fidelium communioni satis esse

(1) Zie zijn brief aan Honorius, bij Mansi, *o. c.*, XI, 534 ; daarop bemerkt Tixeront, *o. c.*, p. 174 : « Les deux activités divine et humaine ne s'exercent plus *parallèlement* : l'humaine est *subordonnée* à la divine ».

possit, *perpetuo* conserventur in pyxide ex solida decentique materia, eaque munda, et suo operculo bene clausa, cooperta albo velo *serico*, et, quantum res feret, ornato » in tabernaculo *inamovibili in media parte altaris posito et* clave obserato (1).

II. **Historia** (2). Quum primis sæculis omnes infra missam communicarent, vix apparet necessitas curandi ss. Eucharistiæ custodiam. Novimus tamen panem consecratum fuisse delatum ad infirmos et a fidelibus domi in capsa servatum, Post pacem constantinam, sæpius agunt textus de vasis custodiendæ Eucharistiæ destinatis. Vocantur *capsæ*, *pyxides*, *ciboria*, aut etiam *columbæ*, quia habent formam columbæ aut ejus figura ornantur ; sed sæpius dicuntur *turres*, quia erant parva vasa cylindrica, absque pede, sed munita operculo in formam tecti turris rotundæ constructo.

Inde a sæc. VI et seqq. multæ hujusmodi pyxides in figura aut in re hodiedum asservantur. Antiquiores solent esse eburneæ, sculpturis ornatæ. A sæculo tamen IX frequentius sunt ex metallo, signanter ex cupro ornato variis coloribus « smaltis » (émaux de Limoges).

A sæc. XII sat frequentes videntur fuisse columbæ eucharisticæ, quæ suspendebantur supra altare. Pyxides etiam ita erant suspensæ, sed sæpius reconditæ in armario, vel depositæ in altari aut in capsa aut tabernaculo super altare (3). Unde factum est ut, præsertim

---

(1) Verba italicis typis impressa deerant in præcedentibus Ritualis editionibus. Ea vero quæ uncinis sunt inclusa « particulæ consecratæ... res feret, ornato » constituunt integrum canonem 1270 Codicis Juris canonici. Qua de re mirari licet extrema verba « et quantum res feret, *ornato* », quæ in anteriori et in recenti editione Ritualis referuntur ad tabernaculum, in Codice applicari « *velo* pyxidis » cui — fatendum est — minus bene congruunt.

(2) C. Rohault de Fleury, *La Messe*, t. V, p. 1-96 Paris, 1887 ; J. Corblet, *Histoire du Sacrement de l'Eucharistie*, t. III, p. 285-314, Paris, 1886 ; Corblet, *Revue de l'art chrétien*, t. II (1858), 388-94 ; *Diction. d'archéol. et de liturgie*, v° *Colombe* (H. Leclercq) ; Cahier, *Nouv. mélanges d'archéol. Décorat. d'églises* Paris, 1875, p. 267 ss.

(3) Leo IV et plures synodi sæc. IX statuerunt : « Super altare nil ponatur, nisi capsæ et reliquiæ, aut forte quattuor evangelia et *buxida* [pyxis] cum corpore Domini ad infirmos ».

inde a sæc. XIII, sæpius erectæ sint super pedem et imitatæ sint formam calicis cum eminenti operculo. Hæc forma, quam describit s. Carolus Borromæus (1), tempore Renascentiæ omnino prævaluit et usque in hodiernum diem est longe communior. Sæpe pyxis tegebatur velo.

III. **Commentarium** (2). 1/ *In pyxide* aut ciborio — quo nomine designari solet pyxis si major sit — conservandæ sunt particulæ consecratæ.

Olim, deficiente pyxide, servabantur particulæ in corporali, in quo etiam, collo appenso, deferebatur ad infirmos. Sed praxim ss. Eucharistiam « inter corporalia asservandi » abusum eliminandum declaravit s. Rituum Cong. (3). Olim etiam nonnulli auctores et synodi commendarunt ut in ciborio poneretur mundum corporale. Sed ob plura incommoda omnium consensu est hæc praxis reprobata et derelicta.

2/ *Ex solida decentique materia* conficendiam esse pyxidem patet ex reverentia augustissimo Sacramento debita. Ideo vocat illam Cæremoniale Episcoporum (II, XXIX, 2) « vas *argenteum* vel *aureum* ». Permittit S. C. Rit. etiam « cuprum deauratum » (4) sed prohibet « vitrum » (5) et « ebur » (elpenbeen) (6). Ex traditione tamen solet esse saltem *cuppa argentea intus deaurata*. Et hoc præscribunt plura statuta diœcesana, inter quæ nostra Brugensia (n. 179) (7). Quod si usu jam non sit convenienter deaurata cuppa, renovanda est auratura ; et nova deauratione non amittit suam benedictionem (Cod. can. 1305, § 2).

---

(1) *Instructionum fabricæ ecclesiasticæ libri duo* Edit. E. Van Drival, Paris, 1855, p. 300-302.

(2) Cfr *Nouv. Rev. théolog.*, VIII (1876), 373-392 ; J. GERHARDY, *Praktische Rätschlage über kirchliche Gebaüde*, § 55, Paderborn, 1913.

(3) Decr. 11 jun. 1904, ad I, ap. *Collat. Brugen.*, X (1905), p. 182.

(4) D. S. R. C. n. 3162, 6.

(5) *Ibid.*, n. 3511.

(6) S. R. C. 26 jul. 1588.

(7) Decr. prosyn. Brugen. a. 1868, n. VII, excludebat « aluminium ».

3/ *Eaque munda :* Quare non solum diligenter purificanda est infra missam ab omni fragmento quod ex sacris particulis remanere posset (1) sed insuper « identidem intrinsecus et extrinsecus mundetur et suo splendori restituatur » (2).

4/ *Suo operculo bene clausa :* in hoc saltem differt pyxis a calice, quod illa habeat operculum. Magni autem momenti est ut cooperculum et perfecte claudat et facile auferri possit. Hoc generatim melius obtinetur si cooperculo adhæreant duo vel tres uncini et propre superius labrum cuppæ adsit prominens circulus, interruptus duobus vel tribus locis quæ respondeant uncinis operculi.

Decretum prosynodale diœcesis Brugensis anni 1871, n. III aiebat : « Ad præcavendum omne irreverentiæ periculum in distribuenda s. Communione, optamus ut pixides saltem novæ conficiendæ *adnexum habeant operculum* quod mento communicantium supponi ponit ». Hoc sane licitum est et non spernendam habet utilitatem. Sed fieri tantum potest, si pyxis non sit alta et pede careat : secus enim nimium esset periculum ne facile evertatur. Sed forma pyxidis altioris in pede erectæ ad modum calicis multo magis conformis est usui generali ecclesiarum et votis auctorum, sicut et voto Ritualis præscribentis velum, quod practice vix obtineri potest in pyxide sine pede. Ideo non fuit præfatum decretum reassumptum in novis Statutis nostris.

« In operculi summo, ait s. Carolus (*l. c.* p. 301), *crux* parvula, aut imago Christi crucifixi vel resurgentis hæreat ». Et huic voto conformis esse solet praxis hodierna. Hæc tamen crux nullibi stricte injungitur (3).

De forma pyxidis nihil ulterius præscribitur. Suadent omnes scriptores ut, ad firmitatem, pes satis late pateat ; ut magnitudo cuppæ necessitatibus ecclesiæ respondeat ;

---

(1) Modum vide ap. C. CALLEWAERT, *Cæremoniale*, n. 148, not. 31.

(2) *Statuta diœcesis Brugensis*, 1927, n. 179.

(3) « In summitate *ostensorii* crux visibilis apponatur, quod requirunt leges ecclesiasticæ » ait S. R. C. decr. n. 1957, sed quænam sint præcise illæ *leges* non apparet ; ceteroquin hic agitur de ostensorio, non de pyxide.

ut fundus non sit omnino planus, sed in medio aliquantulum emineat, ut facilius apprehendi possint ultimæ particulæ. Non permittitur pyxidem pro viatico ita construere ut adhæreat vasi olei infirmorum.

5/ *Cooperta alto velo serico.* Quamvis Rituale alio loco hoc velum vocaret « sericum » (IV, IV, 12), nonnulli dubitabant utrum velum ciborii deberet esse ex serico contextum. Verum juxta novam Ritualis editionem typicam, nulla remanet dubitandi ratio.

Velum potest ita confici ut habeat formam crucis, cujus quatuor brachia ab operculo pendentia totam pyxidem tegant. Convenientius tamen conficitur ad modum panni circularis seu pallii aut pluvialis, quod habeat aperturam centralem per quam emineat crux operculi, et quod vel nullam vel unam tantum habeat incisionem lateralem : ita elegantius undequaque defluit pannus pyxidem multiplici sinu involvens.

Quum istud velum quam proxime ordinetur ad cultum ss. Sacramenti, decet ut perpulchre ornetur ; sit auro intextum aut actu pictum et figuris, v. g. symbolis eucharisticis, decoratum.

Scholion. Pyxis non consecrari, sed benedici debet formula quæ in Rituali exhibetur, tit. VIII, c. 23, ab iis qui enumerantur in canone 1304.

Pyxidem tangere, si actu contineat ss. Eucharistiam, possunt soli sacerdotes et diaconi ; si vero sit vacua et purificata, possunt omnes clerici necnon omnes qui sacrorum vasorum custodiam habent (1).

C. Callewaert.

(1) De quibus vide *Collat. Brugen.*, XXV (1925), p. 133 ss.

De Laudibus matutinis

(Sequitur. — Cfr *Collat. Brugen.*, supra, p. 63).

Ex præfatis plana nobis est strata via qua ad intentum scopum properemus : ex *Regula* s. Benedicti deducere qualis fuerit, ante Regulam, interna officii romani ordinatio.

Utrumque ergo officium, cum altero conferamus oportet. Primum perfecte novimus ex Regula monastica ; alterum deducimus ex descriptione Amalarii, collata cum Antiphonario sæculi XII basilicæ s. Petri a Thomasio edito (1), cum adnotationibus *Ordinis officiorum de ecclesiæ Lateranensis* et cum aliis quibusdam textibus.

Hanc collationem schematice exhibemus tabula sequenti. Eidem tamen addimus ordinem Laudum qualis exhibetur in quibusdam fragmentis gallicani antiphonarii manuscripti saec. IX (2) sed in quo apparet structuram Laudum romanarum fuisse admissam in Gallia ante reformationem Pipini et Caroli Magni.

Inspecta tabula, prima fronte manifeste elucet intima inter utrumque officium dependentia. Sed movetur quæstio, cuinam competat prioritas. Quae communia sunt, hausitne s. Benedictus ex officio romano, quod præexstitisse demonstravimus ? An vero ecclesiæ Urbis, post tempora s. Benedicti, eadem ex officio monastico in romanum (3) introduxerunt ? Ea vero quæ diversa sunt, a quonam et quando fuerunt inducta ?

---

(1) J. M. Thomasii. *Opera omnia*, t. IV, ed. A. Vezzosi, Romæ, 1749.

(2) Edidit G. Morin. *Fragments inédits et jusqu'à présent uniques d'antiphonaire gallican*, ap. *Revue Bénéd.*, XXII, (1905), 327-356. Notandum psalmos intercalares feriarum in hoc documento indicari pro tempore Passionis.

(3) Facilitatis et brevitatis ergo « romanum » dicimus — in oppositione ad « monasticum » — officium quod in basilicis et ecclesis sæcularibus Urbis celebrari solebat, licet probabiliter existerent inter diversas ecclesias nonnullæ varietates.

Singula elementa, psalmorum seriem et ultimæ partis constitutiva successive examinabimus.

Psalmus LXVI, qui officio laudis et gratiarum actionis ad orientem lucem recitando bene convenit (1), in officio romano quotidie conjungitur cum psalmo LXII, tertio loco; juxta Regulam vero Benedictinam quotidie ceteris psalmis præponitur ad modum introductionis.

Censemus autem s. Benedictum illum accepisse ex officio romano et loco mutasse, non vicissim. Duplex nobis apparet ratio : 1/ s. Benedictus accurate determinat quomodo et quare sit cantandus : « sine antiphona in directum » (c. XII) — Romæ enim cantatur cum antiphona — et « subtrahendo modice sicut Dominica, ut omnes occurrant ad quinquagesimum, qui cum antiphona dicatur » (c. XIII). 2/ s. Benedictus speciali cura ordinavit initium Horarum. Ipse enim induxisse videtur usum versiculi initialis *Domine labia mea aperies...* ad vigilias et *Deus in adjutorium meum...* ad ceteras Horas (2); ipse certe ad Matutinum, ante invitatorium, posuit psalmum III (3); tandem ipse psalmum invitatorii — quem cantebant etiam Romani — « omnino subtrahendo et

(1) Est enim psalmus deprecationis ac laudis. Primo petitur ut « *benedicat nos Deus* » (vv. 1 ; 2 ; 7 ; 8) et quidem sub figura quæ orienti luci congruit : « *illuminet vultum suum super nos* ». Deinde repetitis vicibus exoptatur ut « *Confiteantur Domino populi omnes* ». Et additur ratio : « *terra dedit fructum suum* », qui intelligi potest et de fructu terræ naturali et de fructu spirituali qui est Christus oriens ex alto

(2) Cfr supra, p. 68, nota 5.

(3) Psalmus ille in officio romano certe non præmittebatur invitatorio Vigiliarum, ut patet ex ordine et distributione psalmorum in nocturno officio. Hæc distributio, ut notum est, fit juxta ordinem numericum psalmorum et initiatur ad matutinum Dominicæ. Ordo autem est: 1, 2, 3, 6, 7, 8, etc. Omittitur in serie numerica psalmus 4, quia in usu erat in Completorio, et psalmus 5, quem videmus cantatum ad Laudes feriæ II. Si psalmus 3s assignatus fuisset introductioni vigiliarum, illum a fortiori — ne in eadem nocte bis diceretur — omisissent Romani, sicut cum prætermisit S. Benedictus ad Primam ubi ordine numerico dicuntur psalmi 1, 2, 6, 7, 8 (c. XVIII), et sicut eum prætermisit breviarium benedictinum in primo nocturno officiorum S. Laurentii. S. Stephani, SS. Innocentium, quæ assumpsit ex officio romano.

LAUDES MATUTINÆ IN OFFICIO

Benedictino	Romano (1)	Gallicano
Ps introductionis 66, Deus misereatur		
I. 50, Miserere mei	I. { Dom. : 92, *Dominus regnavit* Fer. : 50, *Miserere*	I. { Dom. : 92, Dominus regnavit Fer. : 50, Miserere
II. Ps. intercalaris mutabilis	II. *Ps. intercalaris mutabilis*	II. Ps. intercalaris mutabilis
III. Ps. intercalaris mutabilis	III. 62, *Deus, Deus meus.* — 66, *Deus misereatur*	III. 62, Deus, Deus. — 66, Deus misereatur
IV. Benedictio = Benedicite	IV. *Canticum Danielis Benedicite*	IV. { Dom. : canticum Benedicite Fer. : psalmus
V. « Laudes » = ps. 148-149-150	V. « *Laudate* » = ps. 148-149-150	V. Psalmi 148-149-150
Lectio { Dom. : *de Apocal., Benedictio* Fer. : *De Apostolo, Nox præcessit*	Capitulum { Dom. : Benedictio Fer. : Nox præcessit	Capitulum
Responsorium	deest	deest
Ambrosianum = hymnus	deest	deest
Versus : { Dom. : Dominus regnavit Fer. : Repleti sumus	*Versus* { Dom. : *Dominus regnavit* Fer. : *Repleti sumus*	Versus
Canticum de Evangelia	*Canticum : Benedictus*	Cantic. : Benedictus
Litania et completum est	*Preces* (*Kyrie-Pater noster*)-collecta	

(1) Quæ sunt *typis italicis* impressa sunt primævæ institutionis.

Psalmi intercalares et Cantica

Dom.	II. Ps. 117, Confitemini	II. Ps. 99. *Jubilate*	— II. Ps 117, Confitemini
	III. Ps. 62, Deus, Deus meus	III. *Ps 62 et 66*	III. Ps. 62 et 66
	IV. Cant., Daniel, Benedicite	IV. Cant. Danielis, *Benedicite*	IV. Cant. Dan. Benedicite
Fer. II.	II. ps. 5, Verba mea	— II. Ps. 5, *Verba mea*	— II. Ps. 5, Verba mea
	III ps. 35, Dixit injustus	III. *Ps. 62 et 66*	III. Ps. 62 et 66
	IV. Cant. Is. XII, Confitebor	IV. Cant. *Isai. XII*	IV. Ps. 90, Qui habitat
Fer. III	II. Ps. 42, Judica me	— II. Ps. 42, *Judica me*	— II. Ps. 42, Judica me, Deus
	III. Ps. 56. Miserere mei... miserere	III. *Ps 62 et 66*	III. Ps. 62 et 66.
	IV. Cant. Ezechiæ, Is. 38, Ego dixi	IV. Cant. *Ezechiæ*, Isaiæ XXXVIII	IV. Ps 34, Judica Domine nocentes
Fer. IV	II. Ps. 63, Exaudi Deus	— II. Ps. 64, *Te decet hymnus*	— II. 64, Te decet hymnus
	III. Ps. 64, Te decet hymnus	III. *Ps. 62 et 66*	III. Ps. 62 et 66
	IV. Cant. Annæ, I Reg. II, Exsultavit	IV. Cant. *Annæ*	IV. Ps. 11 vel 68, Salvum me fac
Fer. V.	II. Ps. 87, Domine Deus	— II. Ps. 89, *Domine refugium*	— II. Ps. 89, Domine, refugium
	III. Ps. 89. Domine refugium	III. *Ps. 62 et 66*	III. Ps. 62 et 66
	IV. Cant. Moysis, Exod. XV, Cantemus	IV. Cant. *Moysis*, Exodi XV	IV. Ps. 108, Deus laudem meam
Fer. VI.	II. Ps. 75, Notus in Judæa	— II. Ps. 142, *Domine exaudi*	— II. Ps. 142, Domine exaudi
	III. Ps. 91, Bonum est confiteri	III. *Ps. 62 et 66*	III. Ps. 62 et 66
	IV. Cant. Habacuc, III, Domine audivi	IV. Cant. *Habacuc*, III	IV. Ps. 90, Qui habitat
Sab.	II. Ps. 142, Domine exaudi	— II. Ps. 91, *Bonum est confiteri*	— II. Ps. 91, Bonum est
	III. Cant. Moys. Deut. XXXII, 1-21 (1ª p.	III. *Ps. 62 et 66*	III. Ps. 62 et 66
	IV. Cant. Moys. Deut. XXXII, 22-43, 2ª p.	IV. Cant. *Moysis*, Deut. XXXII	IV. Ps. 34, Judica, Domine

morose dici » voluit (c. XLIII), eodem modo eodemque fine quo idem constituit de psalmo LXVI ad Laudes, ex indulgentia pro tarde venientibus.

Psalmus 50, Miserere, quem David, teste s. Ambrosio, « in perpetua sæcula toto canendum orbe transmisit » (1) « in ecclesia sæpe lectus atque cantatus » est, ait s. Augustinus (2). Et s. Basilius pressius determinans qua hora cantari soleret, ait : « Die jam illucescente, omnes simul velut ex uno ore et uno corde psalmum confessionis Domino concinunt, propria sibi unusquisque verba pœnitentiæ facientes » (3).

Et revera per totum Orientem adhibetur hic psalmus in officio matutino, apud Græcos, Armenos, Siro-Jacobitas, Nestorianos et Coptos (4).

Item in Occidente. Ex *Vitis Patrum* Gregorii Turonensis (5) novimus psalmum 50 « albescente iam cœlo » cantatum fuisse in Gallia, una cum *Benedicite*, Alleluiatico [seu tribus psalmis 148, 149 et 150 cum alleluia cantatis] et capitello [seu precibus].

Juxta Regulas s. Cæsarii et s. Aureliani cantabatur psalmus 50^{s} ad initium tam unius quam utriusque nocturni in vigiliis. Cassianus, de instituta nova Hora Prima agens, scribit : « quinquagesimum psalmum et sexagesimum secundum et octogesimum nonum huic novellæ solemnitati novimus fuisse deputatos. Denique per Italiam hodieque consummatis matutinalibus hymnis quinquagesimus psalmus in universis ecclesiis canitur, quod non aliunde quam exinde tractum esse non dubito » (6). De facto videmus psalmum 50^{m} in antiquo officio ambrosiano cantatum fuisse, non quidem ad Primam sed ad

(1) *Apol. proph. David*, n. 56.
(2) *Enarratio in ps. L*, n. 3.
(3) *Epist. ad clericos Neocæsariensis*, 3. (MPG, XXXVIII, 763-64).
(4) A. BAUMSTARK. *La Riforma del Salterio Romano*, Grottaferrata, 1912, p. 23.
(5) *Vitæ Patrum*, l. VI, c. 7 (MPL, LXXI, 1034).
(6) *De cœnob. instit.* III, 6.

Laudes, quotidie in feriis non vero in Dominica (1).

Idem psalmus cantari solebat ad initium Laudum matutinarum tam in monasteriis s Benedicti quam in officio Urbis. Notari tamen debet discrimen non spernendum. Juxta enim *Regulam* s. Benedicti quotidie dicebatur ; in romano autem officio, juxta omnes fontes antiquos, quotidie dicebatur in feriis quidem, sed die dominica ejus loco cantabatur

Psalmus 92, Dominus regnavit... (2) Et hanc praxim romanam fuisse benedictina antiquiorem vix dubium nobis videtur. Mutationem fuisse inductam a s. Benedicto, jam insinuat loquendi modus *Regulæ*, quæ de solis psalmis 66° et 50° notat quomodo sint canendi : « die dominico... dicatur quinquagesimus cum alleluia » (c. XII), « diebus autem privatis... dicatur cum antiphona » (c. XIII).

Præterea in Dominicis per annum habet officium romanum versum ad Laudes : *Dominus regnavit... Indutus... præcinxit se virtute.* Sunt hæc (juxta versionem psalterii romanam) verbo initialia præfati psalmi 92[1]. Ex quo confirmatur, quod ceteroquin omnes fontes testantur, hunc psalmum usitatum fuisse Romæ ad Laudes dominicales. Et hic usus est s. Benedicto antiquior. Nam officium benedictinum, licet non cantet psalmum 92, habet tamen versum romanum *Dominus regnavit.* Hunc ergo assumpsit ex præexistente officio romano.

Psalmus 99[s], Jubilate, in officio romano in Dominicis per annum semper sequitur psalmum 92 *Dominus regnavit.* Sed ejus loco indicat *Regula* s. Benedicti psalmum 117 *Confitemini.*

Rursus apparet hic usum romanum esse antiquiorem. Nam *Reg.* statuit officium « in sanctorum festivitatibus

---

(1) M. Magistretti, *La Liturgia della chiesa Milanese nel seculo IV*, p. 138 ss., Milano, 1899.

(2) Hic psalmus jam in synagogis cani solebat in sabbatis et festis. Etiam apud Syro-Nestorianos cantabatur ad Laudes, ante psalmos 148-150. Usum romanum testantur etiam fragmenta gallicana citata.

vel omnibus sollemnitatibus » esse agendum « sicut Dominico die » (c. XIV) (1). Jamvero antiqua rubrica breviarii monastici præscribebat « in solemnitatibus et omnibus festis sanctorum et per totum tempus paschale » dicendos esse duos psalmus 92, *Dominus regnavit* et 99 *Jubilate*. Pertinebant ergo illi duo psalmi in primitivo officio Romano ad Laudes dominicales et inde admissi fuerant in Laudibus festorum.

Psalmus 117, Confitemini, qui est psalmus laudis et gratiarum actionis, a Patribus celebratur ut psalmus resurrectionis Christi (vv. 22 ss.), adeoque in liturgia adhibetur frequenter in festo et octava Paschatis et consequenter in officio dominicali. Romæ etiam videtur decantatus fuisse die dominica, saltem a medio sæculo v. In commentario enim psalmi 117, alludens ad versus 27-28 scribit Arnobius Junior : « Nos ergo constituamus *diem dominicam* in confrequentationibus usque ad cornu altaris. *In qua die dicamus* Deo : Deus meus es tu et confitebor tibi, Deus meus es tu et exaltabo te » (2).

Revera, juxta fontes antiquos, in romano dominicali cantatur psalmus 117[s] primo loco ad Primam, eique adjunguntur duæ sectiones psalmi 118[i] ex *binis* octonariis singuli constantes.

Ibi probabiliter eum invenit s. Benedictus. Quum enim s. Benedictus — ad breviandas Parvas Horas — judicasset sola quatuor priora capitula seu octonaria psalmi 118[i] sufficere ad Primam (c. XVIII), superfluus erat psalmus 117[i]: quare s. Benedictus eum transtulit ad Laudes dominicales, ubi hodiedum exstat in officio monastico. Etiam in citato antiphonario gallicano in Laudibus dominialibus priores psalmi sunt 92 *Dominus regnavit* et 117 *Confitemini*.

Notatu dignum est psalmos 50[m] et 117[m], etiam in officio romano, loco psalmorum 92[i] et 99[i] recitari in

(1) Dependentiam officii *festivi* monastici ab officio romano alibi plenius exponemus.

(1) *Commentar. in ps. 117* (MPL, LIII, 506).

Dominicis a Septuagesima ad Palmas Quandonam usus ille inductus fuerit, nescimus. Vigebat tempore Amalarii. Aliunde s. Benedictus non novit Septuagesimam (c. xv) quæ nondum existebat. Tota ordinatio antiphonarum propriarum ad Horas diurnas videtur sæculo VII non vel parum esse antiquior.

Psalmus 62, Deus Deus meus, est fiducialis oratio ad Deum et ob prima verba « *Ad te de luce vigilo* » ab initio habitus fuit ut optima oratio matutina. Illum mane recitandum commendant s. Athanasius, s. Chrysostomus, auctor operis pseudo-athanasiani *De virginibus* (1). Et vix dubium est ipsum fuisse unum ex « matutinis hymnis » quorum usum ad Laudes commemorat Peregrinatio ad loca sancta. Constitutiones apostolicæ supponunt hunc psalmum « matutinalem » quotidie cantari in ecclesiis episcopalibus (2). Et Cassianus generali modo testatur ipsum « quotidie decantari solere in matutina solemnitate » (3).

In officio matutino cantatur apud Græcos, Jacobitas et Maronitas. Et in ritu Syro-Jacobitarum ei adjunguntur ps. 18 et aliquod canticum (4).

Romæ etiam quotidie cantabatur tertio loco in Laudibus, eique adnectitur sub una doxologia psalmus 66 *Deus misereatur* (5). Ambo simul admissi fuerunt per totum Occidentem in officio cleri sæcularis. Sed s. Benedictus psalmum 66^{m}, ut vidimus, transposuit ad initium Laudum

---

(1). S. Athan. *Epist. ad Marcellin.* (MPG, XXVII, 33); S. Joan. Chrysost. *In psalm. CXL* (MPG, LV, 227); *De Virginibus* (MPG, XXVIII, 275.

(2) Constit. Apost. (ed. Funk p. 546), lib. VIII, 38, § 1.

(3) *De cœnob. institut.*, III, 6.

(4) A. Baumstark, *o. c.* p. 22.

(5) Hæc conjunctio facta videtur in prima officii ordinatione. Hoc apparet ex serie antiphonarum ad hunc duplicem psalmum in diversis feriis. Servatur enim — juxta regulam antiquam — ordo numericus; et pro feriis 2, 3, 4 et 5 desumitur antiphona ex psalmo 62° (initium; vv. 2; 4; 7), pro duobus ultimis diebus ex psalmo 96° (vv. 2 et 8).

et solum psalmum 62m servavit loco suo, non tamen pro singulis diebus sed pro Dominica die tantum.

Quarto loco in officio romano ponitur **canticum** quotidie diversum. Idem omnino obtinet in officio monastico.

Qua de re habemus in *Regula* testimonium disertum s. Benedictum hanc praxim accepisse ex officio romano. Ideo non determinat singula cantica, sicut designare solet psalmos, sed vocat ea « *cantica consuetudinaria* » (c. XVIII) et generali modo indicat « canticum unumquodque die suo ex prophetis, sicut psallit Ecclesia Romana » (c. XIII). Et revera ex documentis liturgicis constat septem illa cantica iisdem diebus recitari in utroque officio. Unum est discrimen. Ecclesia Romana psalmos aut cantica (excepto psalmo 118) nunquam dividebat in plures partes. Hujusmodi divisionem admisit s. Benedictus, eo fine ut posset breviare officium, ita tamen ut obtineret numerum psalmorum vel sectionum debitum. Ita notatim præscribit *Regula* ut canticum Deuteronomii XXXII, 1-43, *Audite Cœli*, quod longius est, « dividatur in duas Glorias ». Quia autem hoc erat contrarium praxi Urbis, hanc divisionem expresse indicat.

Canticorum usus in Laudibus connectit liturgiam nostram cum judaica. In officio enim, quod nomen habet *Tefillat sciaharît*, solebat synagoga psalmis 148-150 conjungere canticum Moysis Exodi XV, 1-18 *Cantemus Domino*, quod Ecclesia Romana ab antiquis feria V canere solet. Idem canticum quotidie repetebat ecclesia coptica, illudque invenimus apud Hibernos in antiphonario Benchorensi, in liturgia gallicana, ambrosiana, mozarabica et græca, in Regulis s. Cæsarii et s. Aureliani, in scriptis Nicetæ in Dacia et Verecundi in Africa (1). Alia quoque cantica adhibebant fere omnes liturgiæ (2).

In specie ecclesiæ græca et armena habebant, distributa per hebdomadam, fere eadem quæ injungit ecclesia

---

(1) Cfr *Dictionn. d'archéol. et de liturgie*, v° *Cantiques* (F. CABROL),
(2) A. BAUMSTARK, *o. c.*, p. 25 ss.

romana. Unde apparet intima affinitas Orientem inter et Romam, nec ullo modo mirari oportet prioritatem usus romani præ benedictino.

Ultimo loco tam in monastico quam in Romano officio matutino cantantur **psalmi 148-149-150**. Hi tam pulchre et tanto affectu laudem Dei decantant et universam creationem, cœlestia et terrena invitant ad offerendum Deo laudes et gratiarum actiones, ut præ ceteris psalmis antonomastice « Laudes » vel « Laudate » sint nuncupati.

Eorum usus in fine Laudum matutinarum est universalis. Solemniter soli aut cum paucis aliis cantabantur per totum Orientem, quod Nestorianos et Jacobitas in Syria, apud Græcos et Coptos, Maronitas et Armenos. Hos probabiliter psalmos audivit Aetheria in ecclesia Hierosolymitana cantari die dominica : unum nempe a presbytero, alterum a diacono quodam, tertium vero ab aliquo clerico, adjecta post singulos psalmos aliqua oratione (1). Hos vocat Cassianus « antiquam psalmorum consuetudinem » (2).

In Occidente eosdem psalmos invenimus in antiquo ritu gallicano sub nomine alleluiatici (supra p. 156) ; in ritu celtico ubi, juxta antiphonarium Benchorense (Bangor) sæc. VII, canuntur post canticum Moysis *Cantemus Domino* et hymnum Trium puerorum seu « benedictionem ». Item cantantur in liturgia mozarabica in Hispania et in ambrosiana Mediolani. Diserte nominantur in Regula s. Aureliani ; a s. Cæsario sine dubio comprehenduntur sub designatione generali : « matutinales canonici » aut « matutinarii ».

Ut ex præcedentibus conjicere licet, etiam Romæ cantabantur integro saltem sæculo ante Regulam s. Benedicti, ut liquet ex supra laudato textu Arnobii Junioris (p. 66). Videmus eos revera in fine Laudum cantari, die dominica cum *Alleluia*, in feriis cum antiphona. Et

---

(1) A. Baumstark, *o. c.*, p.
(2) *De cœnobiorum institut.*, III, VI.

eodem prorsus modo cantantur in officio monastico. S. Benedictus ergo eos accepit ex cursu romano, eosque adeo notos supposuit ut inutile judicaret eos in specie designare et eos una voce « Laudum » indicavit.

Constituunt igitur hi psalmi solemnem quamdam triadem, quam speciali veneratione prosequebatur primitiva Ecclesia, et quæ, inspecta ejus universalitate, diu ante sæculum IV in usu fuisse censenda est. Videtur esse primitivus officii matutini nucleus, quem Ecclesia a Synagoga hæreditate acceperit. In ritu enim judaico claudebant seriem psalmorum qui cantabantur in officio matutino *Tefillat sciaharît* nuncupato. Imo censet doctissimus A. Baumstark hos psalmos solos in usu fuisse eo tempore quo ritus christianus a synagoga plene sejunctus est (1). Unde conjicere licet non solum Apostolos sed et ipsum Dominum Jesum sæpe in officio matutino publice recitasse illas solemnes « Laudes » quas usque ad reformationem Pii X quotidie recitabamus et quas Ecclesia catholica per XIX sæcula religiosissime servaverat. Nonne dolendum videtur hanc piam traditionem recenti reformatione fuisse penitus disruptam ?

Psalmi variabiles seu intercalares. In Laudibus romanis quotidie variatur *secundus* psalmus, sed tertio loco semper repetitur psalmus 62s cum 66° (2) In officio autem monastico mutantur quotidie *duo* psalmi, secundus nempe et tertius. Hi psalmi intercalares, singillatim enumerantur in *Regula*. Sed quærendum est quænam fuerit praxis antiquior. An Roma suppressit variabilitatem alterius psalmi ut ei substitueretur repetitio ejusdem psalmi 62-66 ? An vero S. Benedictus in locum psalmi 62-66 repetendi suffecit psalmum quotidie diversum ? Hæc ultima hypothesis melius quadrare videtur cum scopo a S. Benedicto intento, ut nempe breviaret officium

(1) A. Baumstark, *o. c.* p. 20.

(2) Idem servatur in officio gallicano citato, quod aliunde in officiis ferialibus semper aliquem psalmum substituit cantico quotidiano.

quotidianum. Hæc intentio hic in casu apparet ex hoc quod die sabbati alteri psalmo substituat divisionem cantici quod valde longum est.

Psalmi qui in officio romano singulis feriis assignantur, 5, 42, 64, 89, 142 et 91, iisdem diebus (exeptis feria VI et sabbato) recitantur etiam in officio benedictino. Nota tamen psalmum superadditum interdum postponi interdum vero præponi psalmo communi. Cujus diversitatis ratio quærenda videtur in ordinata successione numerica psalmorum quos sic enumerat *Regula* (cap. XIII) : 5, 35-42, 56 - 63, 64 — 87, 89 — 75, 91 — 142. Quo in ordine datur una exceptio : psalmus 75 ponitur inter 89^{m} et 91^{m}. Sed hac exceptione præcise confirmatur nostra hypothesis. Nam elegi non poterat psalmus 90, qui est vespertinus et Completorio assignatur. Sed si S. Benedictus libere et sine ullo respectu ad respondentes dies officii romani potuisset disponere hanc psalmornm seriem posuisset sane psalmum 75^{m} in feria V ante psalmum 87^{m} et removisset psalmum 89 in feriam VI. Sed inspecto ordine romano coactus est ordinem numericum intervertere.

Eadem sollicitudo servandi ordinem psalmorum numericum videtur nobis explicare cur psalmus 91^{s} a die sabbati translatus fuerit in feriam VI, ubi sufficitur psalmo 142°, qui in sabbatum transfertur. Officium romanum, quod etiam solet sequi ordinem numericum, nihilominus psalmum 142^{m} præposuit psalmo 91°, quia hunc ex intento volebat assignare sabbato. Inscribebatur enim « Psalmus cantici *in die sabbati* ». Et hunc titulum explicant commentatores antiqui, pro ingenio suo, vel symbolice ut Arnobius Junior (1) vel realistice, ut S. Augustinus dicens : « Titulus psalmi habet : Psalmus cantici in diem sabbati. Ecce et hodiernus dies sabbati est » (2). Cantabatur ergo die sabbati tempore S. Augustini. Erat etiam psalmus 91^{1} (hebr. 92^{1}) assignatus diei sabbati in officio

(1) *Commentarius in ps. 91*, initio.
(2) *Enarratio in ps. 91*, n. 2.

matutino templi judaici (1). Hanc traditionem servavit ecclesia romana ; eam neglexit S. Benedictus in gratiam ordinis.

Electi sunt hi psalmi non, sicut ad nocturnos, juxta ordinem numericum, sed *ex industria* quia specialiter conveniunt orationi ad tempus auroræ. Et revera omnes romani habent expressas allusiones ad « mane » aut orientem lucem. Ad te orabo : Domine mane exaudies vocem meam. Mane astabo tibi et videbo... (ps. 5) Emitte lucem tuam... Et introibo ad altare Dei... (ps. 42) Te decet hymnus... Exitus matutini et vespere... (ps. 62). Mane sicut herba transeat, mane floreat... in illuminatione vultus tui... Repleti sumus mane misericordia tua... Sit splendor Domini super nos (p. 89). Auditam fac mihi mane misericordiam tuam... (142). Ad annuntiandum mane misericordiam tuam (ps. 91).

Item, sed minus explicite in psalmis a S. Benedicto additis : In lumine tuo videbimus lumen (ps. 35). Exsurgam diluculo (ps. 56). Mane oratio mea præveniet te (ps. 87). Psalmi 63 et 75 videntur electi tanquam psalmi resurrectionis Christi : Protexisti me a conventu malignantium, et seq. (ps. 63) Illuminans tu mirabiliter... Cum exsurgeret in jucicium Deus (ps. 75).

Usus adhibendi in Laudibus psalmos speciali ratione electos adeo in Ecclesia tam orientali quam occidentali receptus erat ut solerent designari : « matutini » aut « matutinarii ». Et hanc praxim hæreditate accepisse videtur Ecclesia a Synagoga. Communiter enim censent auctores a Judæis cantatos fuisse psalmos determinatos, pro die hebdomadæ variantes. In his tamen psalmis designandis non conveniunt doctores.

Quod si quæramus de **antiphonis** ad Laudes de duobus tantum psalmis aliquid in specie notat *Regula* : *a*/ dicatur psalmus 66s « sine antifona » *b*/ psalmus vero 50s dicatur

---

(1) F. Delitzsch, *Comment. über den Psalter*, Leipzig, 1860, I, 205 ; II, 21.

« dominica die... cum alleluia » (c. XII), privatis autem diebus cum antiphona » (c. XIII). Sunt præcise duo psalmi quos S. Benedictus vel loco vel die mutavit.

De cetero in utroque officio « per dominicas noctes super psalmos matutinales, ut scribit Amalarius (1), solum *Alleluia* audiatur, ad memorandam lætitiam futuræ resurrectionis, quæ restat in octava die. Excipitur hymnus trium puerorum » ad quem cantatur antiphona, quæ per annum eadem est in utroque officio : *Tres pueri jussu regis*.

In singulis feriis eædem in utroque officio sunt antiphonæ, una excepta, illa nempe quæ respondet psalmo intercalari quem novum pro singulis diebus induxit S. Benedictus. Ex quo rursus elucet S. Benedictum ex Romano hausisse.

Ex quibus omnibus concludere licet integram ordinationem psalmorum in Laudibus matutinis tam feriarum quam dominicarum per annum in pleno usu fuisse *ante Regulam S. Benedicti* : ab initio saltem sæculi V plane immutata permansit in breviario romano usque ad reformationem Pii X ; a S. Benedicto autem in nonnullis fuit mutata.

Reformatio Pii X :

a/ secuta est antiquam normam : Laudibus assignandi psalmos ex quavis parte psalterii ex industria electi, prout aptius convenire videntur tempori auroræ aut sensibus laudis aut gratiarum actionis.

b/ Servavit traditionalem numerum quinque psalmorum. Sed, dum olim, psalmi 62 et 66 et item psalmi 148-149-150 dicebantur per modum unius, ita ut revera 8 psalmi recitarentur, nunc revera 5 dumtaxat sunt psalmi, singuli sub distincta doxologia recitandi. Quæ mutatio inducta est studio officium breviandi.

---

(1) *De ordine antiphon.* c. 78 (MPL, CV, 1314) Idem elucet ex antiphonariis editis a Thomasio (*Opera*, ed. Vezzossi, t. IV, p. 51) et ex citato *Ordine officiorum ecclesiæ Lateranensis*, nn. 56 ; 233, ubi antiphona ad *Benedicite*, indicatur : « *Tres in fornace* vel una ex sequentibus ».

c/ Servata est pariter regula traditionalis ut quarto loco veniat aliquod canticum Veteris Testamenti. Servata sunt septem cantica antiqua. Sed quum inductum sit duplex schema et in utroque recitetur diversum canticum — quod ad varietatem conducit — addita est alia series septem canticorum, generatim antiquis breviorum. Antiqua servata sunt in sua traditionali die, sed (præterquam die dominica) in secundo schemate, nova autem, breviora, inserta sunt primo schemati, quod sæpius recitandum occurrit.

d/ Quatuor psalmi quotidie mutantur in schemate primo ; in altero vero, quod feriis pœnitentialibus reservatur, primus psalmus est semper 50s *Miserere*, sicut olim in omni officio feriali. Inter hos quatuor psalmos ponitur semper secundo loco idem qui in antiquo officio huic loco erat assignatus. Ultimus tandem venit in loco solemnis triadis psalmorum 148, 149, 150, quæ dicebatur « Laudate », quia initium ducebat a verbis « *Laudate Dominum de cœlis* ». Ideo in hodierno officio nullus admissus est ut quintus psalmus qui non inciperet *Laudate*, *Lauda*. Adeo inhæsit huic formalitati reformator ut psalmus 149s non fuerit admissus in loco suo traditionali, sed positus sit primus in sabbato, quia primum verbum non erat *Laudate* sed *Cantate !*

(Continuabitur). C. Callewaert.

Acta SS. Congregationum

E S. Congr. Rituum

DUBIUM

CIRCA ORATIONEM SS^mi SACRAMENTI IN MISSA DICENDAM (1)

Sacræ Rituum Congregationi sequentia dubia pro opportuna solutione proposita fuerunt, nimirum :

I. « An Oratio Ssmi Sacramenti, extra tempus Orationis XL Horarum dicenda sit in qualibet Missa quæ celebratur ad altare, ubi Ssmum Sacramentum statim post Missam exponatur pro publica causa, dummodo Missa vel Commemoratio in Missa occurrens non sit de identico Domini Mysterio ?

II. « An præfata Oratio in eadem Missa, etiam occurrentibus Festis solemnioribus universalis Ecclesiæ, recitanda sit semper sub altera conclusione, post Orationes a Rubricis præscriptas et ante Collectas a loci Ordinario imperatas ?

III. « An extra tempus Orationis XL Horarum, perdurante per aliquod tempus extra aliam sacram functionem expositione et adoratione Ssmi Sacramenti pro publica causa in omnibus Missis tam cantatis quam lectis addi debeat Oratio Ssmi Sacramenti, etiam occurrentibus Festis solemnioribus universalis Ecclesiæ, dummodo Missa vel commemoratio in Missa occurrens non sit de identico Domini Mysterio, et exceptis Missis quæ in Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum celebrentur ? »

Et Sacra Rituum Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, omnibus perpensis ita rescribendum censuit :

« Affirmative in omnibus, ad mentem Decreti *Romana*

(1) *Acta Apost. Sedis*, XX (1928), p. 90.

seu *Instructio* circa Missas in Oratione XL Horarum celebrandas, diei 27 aprilis 1927 ; sed si Oratio Ssmi Sacramenti teneat locum Missæ votivæ impeditæ de Ssmo Sacramento ex Apostolico Indulto concessæ vel a loci Ordinario pro re gravi et publica simul causa præscriptæ, dicatur sub unica conclusione cum prima Oratione Missæ ».

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino Nostro Pio Papæ XI per infrascriptum Cardinalem Sacræ Rituum Congregationi Præfectum relatione, Sanctitas Sua resolutionem et mentem ejusdem Sacræ Congregationis ratam habuit, probavit, et servari mandavit. Dei 11 januarii 1928.

A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Ruffinæ,
S. R. S. Præfectus.

Adnotationes. Præsens decretum, vestigiis inhærens recentium decretorum 27 aprilis 1927, de missa in Oratione XL horarum (1) et 27 julii 1927, de missa coram ss. Sacramento exposito (2), calculo albo notabitur ab omnibus qui in scientia et disciplina liturgica inhiant majori unitati et syntheticæ regularum coordinationi. Principia stabiliantur oportet et regulæ generales. His autem subtracta erat disciplina de missa et oratione ss. Sacramenti.

I. Inhæret novum decretum principiis decreti 27 julii 1927, instanter commendantis prohibitionem coram ss. Sacramento publice exposito celebrandi missam « sine necessitate, vel gravi causa vel de speciali indulto ». Indicat nempe practicum viam conciliandi missam et expositionem : hæc fiat non infra sed immediate post illam, adeo ut ponatur connexio inter utramque, unde missa dicatur vere *missa expositionis*. Et in hac missa, jubetur nunc facienda — intuitu expositionis — oratio ss. Sacramenti *Deus qui nobis*.

---

(1) *Collat. Brugen.*, XXVII (1927), p. 213 s.
(2) *Ibidem*, p. 380 ss.
(3) Juxta decreta 3448 et 4353.

II. Quoad simplicem orationem seu **collectam ss. Sacramenti**, disciplina nova simplificatur et conformatur ceteris normis tum quoad missas in quibus est facienda, tum quoad locum quo est ponenda.

A. Quandonam est dicenda ?

Hucusque quæstio erat intricata : distinctio enim facienda erat inter missas ad altare expositionis et ad aliud altare, inter missas cantatas et lectas, inter diversos dies et festa.

1/ Illæ omnes distinctiones nunc evanescunt et Oratio dicenda est :

a/ in Oratione XL Horarum, non solum in missa votiva solemni pro Pace, sed etiam in omnibus « missis privatis (1) quæ triduo expositionis celebrantur » (27 apr. 1927, ad III).

b/ Extra tempus Orationis XL Horarum : 1/ in qualibet « *missa expositionis* » seu « quæ celebratur ad altare ubi ss. Sacramentum statim post missam exponatur pro publica causa » (2) ; 2/ in omnibus missis tam cantatis quam lectis, quæ celebrantur *perdurante expositione publica* (2) (11 januarii 1928, ad I et II).

2/ Hæc oratio dicenda est « *etiam occurrentibus festis solemnioribus universalis Ecclesiæ* » (27 apr. 1927, ad III ; 11 jan. 1928, ad III) : ergo etiam in festis duplicibus I classis, in Dom. Palmarum et in Vigiliis Nativitatis aut Pentecostes, quæ olim excludebantur. Excipiuntur — ut patet — missæ in Commemoratione Omnium fidelium defunctorum celebratæ.

3/ Ob principium « ne bis idem » inculcatur **regula generalis** : commemoratio, quæ facienda in missa præscribitur, omitti debet si missa ipsa vel alia commemoratio in ea jam facta, sit de identico Domini mysterio vel de

---

(1) Missæ *privatæ* hic intelliguntur *omnes* missæ sive cantatæ sive lectæ præter missas votivas *solemnes* de ss. Sacramento et de Pace.

(2) Quod non est extendendum ad expositionem privatam.

eadem Sancti persona (1). Hæc regula hic etiam applicatur et simul in memoriam revocatur *identicum Domini mysterium* in casu esse intelligendum de « festis Passionis, Crucis, ss. Redemptoris, Sacratissimi Cordis et Pretiosissimi Sanguinis » (27 apr. 1927, I, III; 11 jan. 1928, I, III) (2).

B. **Quonam loco est ponenda Oratio ss. Sacramenti ?**

1/ Collecta de ss. Sacramento est dignior adeoque *prima inter orationes votivas late dictas*. Et **regula generalis** est ut hæ ponantur post commemorationes a rubricis præscriptas et ante orationes votivas stricte dictas.

Nihilominus pro oratione de ss. Sacramento hæc statuebatur *exceptio :* in festis duplicibus I et II classis orationi principali missæ addenda erat sub unica conclusione. Si tamen alia quædam commemoratio esset facienda, huic subjungenda erat oratio de Venerabili.

Juxta nova autem decreta simpliciter applicatur **regula generalis** supra enuntiata : post omnes commemorationes sive speciales sive communes, prior inter votivas late dictas seu ante orationem de anniversario Papæ aut episcopi aut propriæ ordinationis et ante collectas ab Ordinario loci imperatas.

2/ Et ponitur *semper sub altera conclusione*, si sit simplex collecta de ss. Sacramento, non autem si sit commemoratio locum tenens missæ votivæ impeditæ, de qua nunc est dicendum.

III. **De missa votiva solemni ss. Sacramenti**

1/ Hæc missa *cantari potest :*

a/ prima et tertia die Orationis XL horarum ;

b/ quando conceditur ex apostolico indulto, puta apud nos in Adoratione perpetua ;

c/ quando injungitur vel conceditur ab Ordinario loci tanquam votiva solemnis pro re gravi et publica causa.

---

(1) Cfr *Addit. et Variat. in Rubr. Miss.*, II, 3 ; V, 3.

(2) Quibus addendum festum Cordis Jesu Eucharistici in locis ubi est concessum.

2/ *Prohibebatur* hucusque sat multis diebus, v. g. etiam duplicibus I et II classis, aut dominicis I et II classis, in omnibus feriis, octavis aut vigiliis privilegiatis (1). Juxta recens autem decretum, 11 jul. 1927 ad I, *prohibetur* tantum iis diebus quibus **regula generali** (2) prohibetur missa votiva solemnis pro re gravi et publica causa, h. e. in festis duplicibus I classis, in dominicis I classis et feriis privilegiatis, in vigiliis Nativitatis et Pentecostes et in Commemoratione omnium fidelium defunctorum (3). Major rursus obtinetur uniformitas.

3/ Si autem *impediatur* hæc missa votiva, ejus loco celebratur missa diei. Sed in hac missa est facienda commemoratio missæ votivæ de ss Sacramento impeditæ; hæc autem addenda est semper orationi principali missæ et quidem *sub unica conclusione*, quia *locum tenet* missæ votivæ.

Et merito quidem ita statuitur. Simplex enim collecta seu oratio de ss. Sacramento (de qua sub n. II), præscribitur ratione solius expositionis. Hæc autem est circumstantia missæ diei extrinseca : ideo ponitur oratio sub altera conclusione, ut ipsa etiam maneat quasi adventitia formulari missæ et nonnisi accessorie ipsam missam afficiat.

Quando autem impeditur missa votiva de ss. Sacramento, ei substituitur missa diei. Sed ut plenius appareat esse substitutionem, commemoratio ss. sacramenti, locum tenens missæ votivæ, ponitur cum oratione principali missæ sub unica conclusione. Ita intimius intrat in ipsum formulare missæ eique suam propriam indolem communicat. Ex duabus enim orationibus quasi una efficitur, quæ exprimat sensa tum missæ diei tum missæ votivæ impeditæ.

---

(1) Cfr *Calendar. liturgicum*, p. 12, juxta sequentia nunc corrigendum.

(2) *Addit. et Variat. in rubricis Missalis*, II, 3.

(3) Adde tamen dies in quibus prohibetur *quævis* missa votiva, quos vide in *Addit. et Variat. in rubr. Miss.*, II, 11, et in *Calendario liturgico, Prænot.* p. 101. Nota signanter dies in quibus fiat officium aut commemoratio, vel occurrat dies infra octavam de identico Domini mysterio : ita per octavam Corporis Christi missa erit de octava.

Et hæc est rursus applicatio regulæ generalis : quoties in missa diei facienda est commemoratio alicujus missæ votivæ solemnis impeditæ, hæc commemoratio adjungitur orationi principali sub unica conclusione. Hæc regula deducitur ex variis rubricis quibus reguntur casus speciales quos collegimus in nova editione (1928) nostri *Cæremonialis*, n. 118, nota 6.

4/ De cetero, ad *commemorationes* quod attinet, tam in missa votiva quam (si hæc impediatur) in missa diei, faciendæ sunt tantum, juxta regulam generalem de missa votiva solemni (Add. et Var. II, 3 et V, 3) commemorationes de festo duplici II classis, de Dominica quavis, de feria majori et de aliqua ex vigiliis aut octavis privilegiatis (11 jul. 1927 (1).

In missa votiva solemni de ss. Sacramento dicitur *Credo ;* et pariter in missa diei quæ hujus locum tenet, licet hæc missa (v. g. Nativ. s. Joannis Bapt.) jure symboli non gaudeat. Nunquam tamen dicitur *Credo* in missis feriarum privilegiatarum, quia sunt ritus simplicis.

Præfatio erit propria missæ quæ cantatur, si adsit ; secus propria missæ de ss. Sacramento, h. e de Nativitate.

Ultimum evangelium erit : 1/ in missa diei, evangelium missae de ss. Sacramento, nisi facta fuerit commemoratio de Dominica quavis, de feria majore habente propriam missam (de feriis Quadragesimæ aut Passionis usque ad Dom. Palmarum, II Rogationum, aut Quatuor Temporum septembris et decembris) vel de Vigilia Epiphaniæ. — 2/ in votiva vero de ss. Sacramento dicitur evangelium de Dominica quavis, de feriis ut supra, de Vigilia et die octava Epiphaniæ vel de feriis 4, 5, 6 aut sabbato octavæ Paschatis aut Pentecostes ; denique si nullum evangelium de supra recensitis fuerit legendum, dicitur evangelium

---

(1) De modo ordinandi commemorationes in casu quo duæ diversæ missæ in cantu celebrentur cf. *Add. et Variat.* V, 4 et novam editionem nostri *Cæremonialis*, n. 159.

« vere proprium » de Mysterio vel de Sancto primo loco commemorato.

C. Callewaert.

E S. Congr. de Disciplina Sacramentorum

I

MONTIS REGALIS IN PEDEMONTE

UTRUM PERAGI SACRAMENTALIS CONFESSIO POSSIT ET S. COMMUNIO SUSCIPI A FIDELIBUS, QUOTIES EUCHARISTIA IN FIDELIBUS ADMINISTRETUR (1).

Ab Episcopo Montis Regalis in Pedemonte, fuerunt hoc Sacra Congregatione proposita pro eorum solutione sequentia dubia :

« I. An fideles in montanis pagis habitantes, quoties ad infirmos Sacra Eucharistia deferatur, possint Sacra Synaxi refici in loco sacro, vel etiam, cum agatur de re tam sacra, in loco decenti et honesto qui in itinere exstet, non valentes ea die ecclesiam petere ?

« II. Num s. Communio et Confessionis Sacramentum administrari possint iis, qui in domo infirmi versantur ?

« III. An administrari debeant in enunciatis circumstantiis iis qui ætate sunt provecti vel morbo laborant ? »

Emi ac Rmi Patres Sacræ Congregationis de Disciplina Sacramentorum, exquisito duorum Consultorum voto, in plenariis comitiis die 22 Julii 1927, re mature perpensa respondendum censuerunt :

Ad I^um : « *Affirmative* ad normam can. 864, juncto canone 822 § 4, seu dummodo Ordinarius loci id concedat ad normam cit. præscriptionis, scilicet pro singulis casibus et per modum actus ».

Ad II^um et III^um : « Quoad Communionem : provisum in primo ; quoad Confessionem, *Affirmative*, servatis servandis ad normam cann. 910 §§ 1, 2 et 909 §§ 1, 2 »

(1) *Acta Apost. Sedis*, XX (1928), p. 79.

Facta vero, die 29 julii insequenti, de his omnibus relatione Ssmo Dno Nostro Pio Papæ XI, Sanctitas Sua resolutionem Emorum Patrum adprobare dignata est.

Datum Romæ, ex Secretaria Sacræ Congregationis de Disciplina Sacramentorum, die 5 januarii 1928.

Adnotationes.

Agebatur in hac quæstione de montanis parœciis diœcesis Montis Regalis, in quibus pagi vel domus in agro disseminatæ, procul a parœciali ecclesia distant. Accidit vero quandoque ut parochus sacram Communionem ad infirmos, in montibus illis degentes, deferat. Petitur, si hac occasione, bene valentes vel debiles, qui impediuntur quominus hac die ad ecclesiam accedant, in aliquo oratorio quod in itinere exstat, vel, eo deficiente, in honesto decentique loco sacram Communionem suscipere et confessionem peragere possint.

Quoad confessionem, respondetur licere dummodo servetur præscriptum can. 909 et 910. Præcipue adverte confessiones mulierum extra sedem confessionalem audiri non posse, nisi ex causa infirmitatis aliave veræ necessitatis et adhibitis cautelis quas Ordinarius loci opportunas judicaverit.

Quod attinet sacram Communionem : nullum adest dubium pio eorum desiderio satisfieri posse, si parocho iter agenti ut s Communionem ad infirmos deferat, aliquod oratorium occurrat, in quo Missa litari valeat. Regula enim est ibi Communionem sumi posse ubi Missa celebrari licet (can. 869).

Difficultas adesse potest si, deficiente oratorio, Eucharistiam sibi ministrari quis postulet in loco non sacro, puta in ipsa domo infirmi. Quoad hunc casum, hæc observa : s. Communio ministretur *infirmo* in cubiculo suo ; *ceteris* autem, deficiente oratorio de quo supra, distribui potest in loco decenti qui ornari possit, puta instar oratorii, *dummodo loci Ordinarius, justa et ratio-*

nabili de causa, pro extraordinario casu et per modum actus, licentiam concedat celebrandi ibi Missam.

Non postulatur ut ss. Sacrificium *de facto* ibi offeratur. Porro, Ordinarius hanc facultatem parochis sub iisdem conditionibus delegare potest. Quare, in delegationis actu probe explicari debet in quo consistat justa et rationabilis causa, quinam casus habendus sit extraordinarius, et quomodo concessio, facta in certo casu, non valeat pro alio casu, eisdem quoque concurrentibus circumstantiis, sed expresse renovanda sit.

V. Coucke.

II

ROMANA et ALIARUM

COMMUNIONIS INFIRMORUM (1).

In plenariis Comitiis Sacræ Congregationis de Disciplina Sacramentorum habitis die 16 decembris 1927 in Palatio Apostolico Vaticano, proposito dubio : « An judex causæ justæ et rationabilis, prout ex Codicis juris canonici canone 847 requiritur, ut Sacra Communio privatim ad infirmos deferatur, sit quilibet sacerdos ministrans vel tantum Ordinarius loci », Emi ac Rmi Patres, re mature perpensa, respondendum censuerunt : « *Negative* ad primam partem ; *Affirmative* ad secundam » addita tamen *mente* quæ sequens est : « Si ex communi experientia et opinione nullum in diœcesi aut in aliquo particulari loco adsit inconveniens pro privata delatione Sacræ Communionis ad infirmos, ab Ordinariis cavendum est ne per regulas nimis præfinitas aut generales præcipientes publicam delationem, vel per reservationem sibi factam dandi veniam in singulis casibus deferendi privatim Sacramentum Eucharistiæ, præpediatur infirmis solatium Communionis etiam quotidianæ ».

Quam responsionem Ssmus Dominus Noster Pius Pp. XI, in audientia diei 19 decembris 1927, audita relatione ab infrascripto Secretario ejusdem Sacræ Congregationis facta, ratam habere et adprobare benigne dignatus est.

---

(1) *Acta Apost. Sedis*, XX (1928), p. 81.

Datum Romæ, ex Secretaria Sacræ Congregationis de Disciplina Sacramentorum, die 5 januarii 1928.

M. Card. Lega, Episc. Tusculan., *Præfectus.*

D. Jorio, *Secretarius.*

Adnotationes.

Norma est ut ss. Eucharistia publice ad infirmos deferatur. Præscribitur enim canone 847 ut : « ad infirmos *publice* sacra Communio deferatur, nisi justa et rationabilis causa aliud suadeat ». Hujus regulæ felices effectus descripsimus in *Collat. Brugen.*, XXI (1921), p. 498.

Attamen, Ecclesia vult ut ægrotantes tantum et tam efficax beneficium s. Communionis consequi possint *privata* delatione, si justæ causæ suadent ne ss. Sacramentum publice deferatur.

Quinam vero earumdem causarum judex est ? Loci Ordinarius vel quilibet sacerdos ?

Multi jurisperiti hanc facultatem sub novo codice cuilibet sacerdoti tribuunt. Sacra autem Congregatio de disciplina sacramentorum, re mature perpensa, respondet judicium illud pertinere ad Ordinarium loci.

Responsum illud conforme esse legislatoris menti, non tantum ex multis incommodis quæ sequerentur si res arbitrio singulorum sacerdotum relinqueretur, verum etiam ex ipsis prædicti canonis fontibus eruitur, nimirum ex responso diei 20 decembris 1912, quo jus illud Ordinariis reservatur (cfr *Collat. Brugen.*, XVIII, 1913, p. 251 ss.).

Ordinarius vero, præ oculis habitis justis et rationabilibus causis a servanda lege excusantibus, tum pro casibus generalibus, ob injuriam temporum, tum pro particularibus, quum præsertim in aliqua parœcia plures petant, vel aliquis frequenter petat, sedulo advigilare debet ne infirmus tanto auxilio privetur. Quare prudentia et charitate quibus pollet, reverentiam ss. Eucharistiæ sacramento debitam cum infirmorum, præsertim pauperum, necessitatibus, duce æquitate, rite componat.

V. Coucke.

E Suprema S. Congr. S. Officii

I

DE COMPENTENTIA IN CAUSIS MATRIMONIALIBUS (1).

Propositis Supremæ huic Sacræ Congregationi Sancti Officii sequentibus dubiis :

I. Utrum in causis matrimonialibus *acatholicus*, sive baptizatus sive non baptizatus, *actoris* partes agere possit.

II. Utrum in quibuslibet causis matrimonialibus inter partem catholicam et partem acatholicam, sive baptizatam sive non baptizatam, quocumque modo ad Sanctam Sedem delatis, Suprema Sacra Congregatio Sancti Officii exclusivam habeat competentiam.

Emi ac Revmi Dni Cardinales rebus fidei et morum tutandis præpositi, præhabito RR. DD. Consultorum voto, respondendum decreverunt :

Ad I : *Negative*, seu standum Codici I. C., præsertim can. 87. Siquidem autem speciales occurrant rationes ad admittendos acatholicos ut *actores* in hujusmodi causis, recurrendum ad Supremam Sacram Congregationem Sancti Officii in singulis casibus.

Ad II : *Affirmative*, habita præsertim ratione can. 247 § 3, et salvo præscripto can. 1557 § 1, 1°.

Datum Romæ, ex ædibus S. Officii, 27 januarii 1928.

II.

Per decretum ejusdem S. Congr. S Officii (2), diei 3 febr. 1928, damnatur opus :

Paul Courcoural : *Le « danger » de l'Action Française.* En réponse à Monsieur Maritain. — Ed. Rupella, Ch. Millon, La Rochelle, 1928.

(1) *Acta Apost. Sedis*, XX, (1928), p. 75.
(2) *Ibidem*, p. 76.

Kerkfabrieken

Bediendenpensioen

Door het Ministerie van Nijverheid, Arbeid en Maatschappelijke Voorzorg werd een onderzoek ingesteld nopens het uitvoeren van de wet van 10 Maart 1925 op het bediendenpensioen, waarover we handelden in *Collat. Brugen.*, t. XXVI, blz. 489. Er werd vastgesteld dat verscheidene patroons (kerkfabrieken) die wet nog niet toepassen op hunne bedienden (b. v. hunnen koster). Het Ministerie van Nijverheid, Arbeid en Maatschappelijke Voorzorg doet opmerken dat de patroons (dus ook de kerkfabrieken) die nog dralen om zich in regel te stellen met de wet, voortaan *zonder nieuwe waarschuwing* aan het parket zullen worden bekend gemaakt, en dat het parket zal worden verzocht op hen de strafbepalingen toe te passen die bij art. 42 en 43 van bedoelde wet werden voorzien.

We trekken de aandacht der kerkfabrieken op enkele dezer strafbepalingen :

1/ Bij art. 42, § 2 wordt bepaald dat, wanneer de werkgever de wettelijk bepaalde afhouding op de bezoldiging van den bediende niet op het voorgeschreven tijdstip heeft gedaan, hij zal worden veroordeeld om de storting van de(n) verplichtverzekerde met eigen geldmiddelen te doen.

2/ Daarbuiten kunnen de werkgevers (kerkfabrieken) die de wet niet toepasten nog burgerlijk worden aansprakelijk gesteld krachtens art. 1382 en 1383 van het burgerlijk wetboek. Zoo zou de bediende recht hebben vergoeding te eischen voor de schade die hem werd veroorzaakt, doordat zijn werkgever de persoonlijke stortingen en werkgeversbijdragen niet binnen de voorgeschreven termijnen aan de Algemeene Lijfrentkas

heeft overgemaakt. En in geval de bediende kwam te sterven, zou de weduwe eveneens bekomen dat de patroon veroordeeld worde tot het uitbetalen van de weduwerente, waartoe ze zou gerechtigd geweest zijn, indien de wettelijke stortingen sedert 1 januari 1926 regelmatig waren gedaan.

Inlichtingen omtrent de toepassing der wet van 10 Maart 1925 kan men bekomen bij het Ministerie, namelijk bij : het Algemeen Bestuur van het Maatschappelijk Verzekerings- en Voorzorgswezen (3e Afdeeling : Ouderdomspensioenen) Kunstlaan, 34, Brussel.

J. Brys.

Consultatio

De jure funerandi directoris religiosarum

X .. director generalis cujusdam congregationis religiosæ diocesanæ *rector* est religiosarum in domo matrici hujus congregationis, sita in civitate N... ; simul deputatus est ad confessiones audiendas et conferentias spirituales menstruas tradendas apud tres communitates filiales ejusdem congregationis in eadem civitate commorantes.

Quæritur an præcitatus director dicendus sit « *rector* » illarum communitatum filialium ita ut erga personas ad illas pertinentes gaudeat jure funerandi de quo n. 79 statutorum ?

R. — Ut quis gaudeat jure funerandi, de quo stat. n. 79 agit, oportet sit verus *rector* religiosarum in *sensu juris*. Jamvero ipse legis textus determinat quisnam veniat nomine rectoris, et proinde sensus illius vocis juridice statuitur. Dicit enim stat. n. 79 : « Rector religiosarum, id est sacerdos qui ab Ordinario loci specialiter deputatus

est ad officia ecclesiastica in aliqua domo religiosarum peragenda ».

Ex qua definitione deducere possumus quænam sint *conditiones requisitæ* ut quis vocari possit *rector religiosarum* in sensu juris.

Requiritur : 1/ ut ad hoc *specialiter*, i. e. actu positivo Ordinarii loci deputetur ; 2/ ut deputetur ad officia ecclesiastica peragenda in domo religiosarum.

Nomen « *officia ecclesiastica* » hic designat complexum officiorum quæ in oratorio saltem semi-publico (can. 1188, § 2, 2°) peragenda sunt, ut pro communitate religiosa, per modum habitus, Deo cultus exhibeatur. Sub nomine « officia ecclesiastica » ergo non necessario comprehenditur munus audiendi confessiones religiosarum. Ex alia parte solum factum quod aliquis sacerdos designatur ab Ordinario, ut confessarius alicujus domus, non constituit eum hujus domus rectorem.

Hæc sacerdotis deputatio ab Ordinario facta efficit ut sacerdoti rectori vere incumbat jus et obligatio cultum in hoc sacello habitualiter exercendi. Proinde non sufficit ut quis sacerdos v. g. senescens in aliqua domo religiosa degens de facto et sine ulla deputatione officia ecclesiastica in illo sacello peragat, etiamsi hoc faciat per modum habitus. Fieri tamen potest ut rector illa officia ecclesiastica peragat per alium : « potest enim quis per alium quod et potest facere per semetipsum », juxta reg. juris 68.

Cum tamen jus funerandi, quod a statutis nostris rectoribus religiosarum conceditur, sit jus præjudicium afferens juribus parochorum, ideo est stricte interpretandum, quum in dubio prævaleat jus parochi ; unde oportet conditiones supra enumeratæ stricte verificentur, secus prævalet jus commune in favorem parochi.

J. Brys.

Notæ bibliographicæ

Chometon, A. (S. J.). *Le Christ, Vie et Lumière.* Commentaire spirituel de l'évangile selon s. Jean. Paris, Lethielleux, 1927. — In 8, VII-556 p. Pr. 40 fr.

Dans ce commentaire l'exégèse, la théologie et l'ascétique convergent vers un but unique, leur but réel, faire mieux connaître, goûter et aimer Notre-Seigneur. L'auteur a choisi comme thème l'évangile du disciple que Jésus aimait ; il suit le texte verset par verset, et médite, sans outrepasser les textes, les mystères de la vie et de la doctrine du Verbe incarné ; spontanément les affections jaillissent et mènent à la contemplation.

Il est dur de lire ce livre d'un trait ; l'auteur se répète, mais sans devenir aride ; la trame du récit et la ligne de la pensée n'avancent pas ; seulement on ne lit pas ainsi pareil ouvrage, on s'arrête, on médite avec l'auteur, on prie avec lui. Combien les livres saints médités ne dépassent-ils pas trop de livres d'une spiritualité fade et d'une théologie douteuse !

Tobac, E. *Les cinq livres de Salomon* (Lovanium). Bruxelles, Vromant, 1926. — In 16, 221 p. — Pr. 11,20 fr.

Après ses études sur les prophètes d'Israël M. Tobac nous donne l'introduction aux cinq livres bibliques, que la tradition occidentale groupa sous le nom de Salomon. A coté d'une analyse de chaque livre nous trouvons soigneusement classés, discutés et solutionnés les problèmes si nombreux que posent ces livres didactiques : questions d'auteur, questions historiques, questions d'interprétation, questions de dépendance littéraire et de théologie biblique ; toutes ces questions sont exposées dans un texte suivi qu'on lit aisément et que rehaussent les citations des passages les plus marquants.

Il faut signaler quelques développements plus intéressants, ainsi pour les *Proverbes* la définition du genre *maschal* chez les hébreux et l'explication, — qui ne nous a pas pleinement convaincu, — de la voie de l'homme dans la vierge (*Prov.*, XXX, 19). Notons encore la bonne dissertation sur la morale de l'*Ecclésiaste*, et pour le *Cantique* l'exposé et la discussion des différentes interprétations ; ici la conclusion nettement formulée de l'auteur est certainement à retenir : au sens littéral propre le *Cantique* est une description de l'amour humain, mais le rédacteur a voulu donner une parabole tacite et ainsi dans son sens littéral figuré le Cantique décrit l'amour mutuel de Jahve et d'Israël ; dans son sens typique voulu par l'Esprit-Saint le livre chante l'amour

de Dieu, de l'Église, de l'âme pieuse, de la sainte Vierge. Le livre de la *Sagesse* est longuement analysé et les rapports avec les philosophies grecques nettement délimités ; le développement désirable est accordé au problème de la divinité et de la personnalité de la Sagesse. Enfin, quant à l'*Ecclésiastique*, la question capitale du texte est résumée mais nous semble trop simplifiée.

Cette introduction ne dispensera pas les spécialistes de recourir à des ouvrages plus complets, mais ce n'était pas le but de l'auteur de leur épargner cette peine ; il a seulement voulu faire apprécier et goûter ces livres inspirés, qui recrutèrent jadis tant de prosélytes dans le monde païen. Pour les prêtres et les laïques instruits cette introduction est à souhait ; elle leur rendra accessible et attrayante la lecture de la littérature gnomique de la Bible, elle leur permettra en même temps d'apprécier les qualités du savant professeur de Louvain, sa documentation impeccablement à jour, son exposé limpide, sa perfection et son analyse délicate des nuances.

Verhelst, F. *Evangile selon s. Matthieu.* Malines, Dessain. 1927. — In 8, 390 p. — Pr. 25 fr.

D'année en année, M. Verhelst complète la série de ses manuels d'instruction religieuse; après l'apologétique, la dogmatique, la morale, voici un commentaire du premier évangile, destiné encore aux mêmes lecteurs, au grand public des croyants et des incroyants. L'auteur se défend de lancer des thèses nouvelles. il s'est contenté de glaner dans les meilleurs commentaires ce qui pouvait contribuer à faire lire avec fruit l'évangile.

Une introduction très brève renseigne sur l'état géographique et et politique de la Palestine ; trois pages donnent l'introduction à l'évangile ; à notre avis il aurait fallu au moins signaler la question synoptique. Le commentaire par péricopes est un récit suivi, disons une paraphrase animée, dans laquelle viennent s'insérer, les explications nécessaires ; ci et là des considérations ascétiques sont déduites des textes. A la fin de l'ouvrage l'auteur a cru devoir ajouter une note sur les frères du Seigneur et une seconde sur la chronologie de la Passion ; cette dernière note nous semble insuffisante, nous ne voyons pas en effet comment on peut dénier à la dernière cène des synoptiques le caractère d'une cène pascale.

La partie centrale, le commentaire, est très bien soignée et répond parfaitement au but de l'auteur.

M. De Jonghe.

Daisomont, M. *De strijd van Hendrik VIII om Anna Boleyn.* Brugge, S. Katharinadrukkerij, 1928. — In 8, 180 bl. — Pr. 18 fr.

Een degelijk werk, die studie van den begaafden en veelzijdig ontwikkelden godsdienstleeraar ! Sober en raak worden de feiten voorgesteld ; streng geschiedkundig worden ze bewezen en louter geschied-

kundig beoordeeld ; ja, waar beweringen van katholieke schrijvers met kunnen met zekerheid gestaafd worden, — b. v. of Anna Boleyn een onwettig kind was van Hendrik — blijft schrijver liever afzijdig. De karakters worden door feitenopsomming duidelijk omlijnd en de erheuring vloeit voort uit Hendriks zielkunde. Het boek is tragisch omdat het doet inzien hoe de zwakheid en de drift van één man zoovel zielen wegrukte van de Kerk ; doch het boek is ook goeddoende omdat uit de feiten vanzelf groeit de veroordeeling van het protestantisme en de noodzakelijkheid van den terugkeer tot de Moederkerk. Voor anti-protestantsche propaganda richten dergelijke boeken gemakkelijk meer uit dan een weerlegging van opwerpingen. We moeten nochtans de opmerking maken dat dit boek bij zijn lezers een zekere vertrouwdheid met huwelijksrecht en middeleeuwsche toestanden onderstelt.

A. Dondeyne.

Lekeux, M. *Le patelin de Notre-Dame.* Editions St-Michel, 1927. — In 8, 191 p.

Ce livre complète « Mes Cloîtres dans la Tempête » dont il a d'ailleurs toutes les qualités. L'auteur est resté artilleur : c'est ce qui donne le cachet à son style. Reste à savoir si les personnalités sur lesquelles il pointe ses batteries seront toutes également enchantées de cette propriété de style. Mais l'A. est resté aussi un artilleur franciscain avec des élans d'âme qui à l'improviste vous empoignent et vous lancent dans les nues. A quand son troisième et son quatrième livre de guerre ?

Berliere, U. (O. S. B.) *L'ascèse bénédictine des origines à la fin du XIIe siècle.* Collection Pax. Bruges, Desclée De Brouwer et C°, 1927. — In 8, xi-282 p. — Pr. 20 fr.

Le savant historien Dom Ursmer Berliere commence dans ce volume un exposé avant tout historique de l'ascèse bénédictine aux différentes périodes du monachisme bénédictin. L'école du service divin établie par S. Benoît est une école d'ascèse ; le moine qui vient se mettre humblement aux pieds de ce maître et en écoute les leçons avec docilité, arrivera nécessairement à transformer sa nature, à surnaturaliser ses pensées et ses actions, à spiritualiser sa vie ; il laissera pénétrer dans son intelligence la lumière d'en haut et envahir son âme par la grâce qui l'unira à Dieu. L'ascèse bénédictine est celle qui se base sur la Règle et sur la vie du saint fondateur, qui s'appuie sur les traditions authentiques de l'ordre monastique. Ce premier volume nous retrace un tableau de la vie vécue dans les cloîtres jusqu'à la fin du XIIe siècle. Il comprend deux parties : A. Les sources historiques de l'ascèse bénédictine : la sainte Règle, les commentaires, les coutumiers, les livres et écrits ascétiques, les lectures conventuelles. — Les éléments constitutifs de la vie bénédictine : vie de solitude et de recueillement, l'œuvre de Dieu, la lecture, la méditation, l'oraison, la

contemplation, les dévotions, la vie de mortification et de travail. Les chapitres sur la méditation, l'oraison, la contemplation et les dévotions particulières nous ont tout spécialement intéressé. L'auteur appelle son travail une ébauche, un essai qui a servi de thème à une série de conférences données aux jeunes clercs de la congrégation belge de l'ordre de S. Benoît : puisse cet ouvrage servir de point de départ à de nombreuses monographies sur les écrivains bénédictins et sur les différents centres de vie bénédictine, d'une égale valeur historique !

Par la même occasion nous tenons à réparer un oubli en signalant à l'attention de nos lecteurs deux autres volumes de la même collection Pax qu'ils liront avec plaisir et profit, *Les Mystiques bénédictins des origines au XIIIe siècle*, par Dom Besse, 1922 et *L'Ordre de s. Benoît* par Dom Jean de Hemptinne, 1924. Sans présenter le même cachet scientifique que l'ouvrage de Dom Berlière, ces deux livres gagnent aussitôt la confiance du lecteur et s'imposent à son attention.

Van den Bosch, V. *Het Apostel-hart van Jezus.* prokure der Witte Paters, Keizerstraat, Antwerpen, 1928. — In 8, 143, bl.

In onze missie-eeuw moet iedere ware katholiek ook eenigermate missionaris zijn. Daartoe echter is het niet genoeg dat wij aan de zendelingen den steun geven van ons geld en van onze gebeden ; wij moeten ook in onze zielen de deugden beoefenen van den missionaris. Welnu dat zullen we vooral leeren ter school van Jezus apostelhart, en door onze godsvrucht tot dit H. Hart als zinnebeeld van Jezus' apostolische deugden. Hier weze dan dit werkje over het Apostel-Hart van Jesus, gesproten uit het gloeiend en onvermoeibaar apostelhart van den schrijver, zeer bijzonder aanbevolen,

Lefevre, M. *Sommaire de la doctrine chrétienne.* Missions belges de Scheut, 1927. — 16 p. — Pr. 0,20 fr.

On trouvera difficilement, condensé en aussi peu de pages, un meilleur sommaire de la doctrine chrétienne. Une traduction flamande pourrait, ce nous semble, rendre chez nous de précieux services.

A. Legrand.

Fallon, V. (S. J.). *Sommaire des principes d'économie sociale.* Namur, Ad. Wesmael-Charlier, 1926. — In 16, 157 p.

Dans ce petit ouvrage, destiné « aux établissements d'enseignement secondaire, aux écoles professionnelles, et aux cercles d'études fréquentés par des adolescents », le R. P. donne un résumé bref, net, et concis des principales questions traitées dans son grand ouvrage « Principes d'économie sociale » (1); ce résumé est amplement suffisant pour donner aux élèves un bon canevas de leçons que le professeur pourra compléter oralement.

Et. Willems.

(1) Principes d'économie sociale, 3e édition. Namur, Ad. Wesmael-Charlier, 1924. In-8, XVI-445 p. — Pr. 10 fr.

Collationes Brugenses

Litteræ encyclicæ

AD RR. PP. DD. PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS, ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES : DE COMMUNI EXPIATIONE SS. CORDI JESU DEBITA (1)

PIUS PP. XI

VENERABILES FRATRES
SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Adfuit semper Christus Ecclesiæ suæ, juxta promissionem suam.

Miserentissimus Redemptor noster cum in ligno Crucis salutem humano generi peperisset, ante quam de hoc mundo ad Patrem adscenderet, anxios ut consolaretur apostolos discipulosque suos : « Ecce - inquit - ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi » (2). Vox quidem ista, sane periucunda, omnis est spei effectrix ac securitatis ; eademque, Venerabiles Fratres, facile Nobis succurrit, quotiescumque de editiore hac quasi specula et universam hominum societatem tantis malis miseriisque laborantem et Ecclesiam ipsam, oppugnationibus sine ulla mora pressam insidiisque, circumspicimus. Divina enim eiusmodi promissio, quemadmodum initio iacentes apostolorum erexit animos erectosque ad evangelicae doctrinae semina per orbem terrarum iacienda incendit atque inflammavit, ita Ecclesiam deinceps adversus portas inferi aluit ad victoriam. Adfuit profecto Dominus Iesus Christus nullo non tempore Ecclesiae suae ; at præsentiore tamen auxilio præsidioque tum adfuit, cum ea gravioribus periculis incommodisve conflictata est, suppeditante scilicet remedia, ad temporum rerumque condicionem apta admodum, divina illa Sapientia, quae « attingit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter (3). Sed ne

Præsertim in periculis, ipsi præsidio fuit.

(1) *Acta Apost. Sedis*, XX (1928).
(2) *Matth.*, XVIII, 30.
(3) *Sap.*, VIII, 1.

Ita per cultum ss. Cordis nondum satis cognitum multis, aut nimis neglectum.

recentiore quidem aetate « abbreviata est manus Domini » (1), praesertim cum error irrepsit et satis late propagatus est, unde metuendum fuit, ne hominibus ab Dei amore ac consuetudine prohibitis christianae vitae fontes quodammodo arescerent. Quae vero, cum sese Mariae Margaritae Alacoque conspiciendum dedit, amantissimus Iesus conquestus est, quae praeterea ab hominibus, in ipsorum demum profectum, exspectare se ac velle significavit, ea cum alii e populo fortasse adhuc ignorent, neglegant alii, placet, Venerabiles Fratres, de honestae, quae dicitur, satisfactionis officio, quo erga Cor Iesu Sacratissimum obstringimur, affari vos aliquantulum, hac quidem mente, ut gregem quisque vestrum, quicquid vobiscum communicaverimus, studiose doceatis atque ad exsequendum excitetis.

Opportunus hic cultus contra hæresim jansenianam.

Inter cetera infinitae Redemptoris nostri benignitatis documenta, illud potissimum elucet, quod, defervescente christifidelium caritate, ipsa Dei caritas ad honorandum peculiari cultu proposita est eiusque bonitatis divitiae late patefactae sunt per eam religionis formam qua Sacratissimum Cor Iesu colitur, « in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi » (2). Nam, ut quondam humanae genti e Noëtica arca exeunti amici fœderis signum illucescere Deus voluit, « arcum apparentem in nubibus » (3), sic turbulentissimis recentioris aevi temporibus, cum vaferrima omnium serperet haeresis illa ianseniana, amori in Deum pietatique inimica, quae Deum non tam diligendum ut patrem quam extimescendum ut implacabilem iudicem praedicabat, benignissimus Iesus Cor suum Sacratissimum, quasi pacis et caritatis vexillum, elatum gentibus ostendit, haud dubiam portendens in certamine victoriam. Siquidem apposite f. r. decessor Noster Leo XIII, in Litteris Encyclicis « Annum Sacrum », tantam cultus Sacratissimi Cordis Iesu opportunitatem admiratus, edicere non dubitavit : « Cum Ecclesia per proxima originibus tempora caesareo iugo premeretur, conspecta sublime adolescenti imperatori crux amplissimae victoriae, quae mox est consecuta, auspex simul atque effectrix. En alterum hodie

Cor Jesu quasi pacis et caritatis vexillum.

(1) *Is.*, LIX, 1.
(2) *Coloss.*, II, 3.
(3) *Gen.*, II, 14.

oblatum oculis auspicatissimum divinissimumque signum : videlicet Cor Iesu sacratissimum, superimposita cruce, splendidissimo candore inter flammas elucens. In eo omnes collocandae spes ; ex eo hominum petenda atque exspectanda salus ».

In cultu ss. Cordis totius religionis summa continetur.

Ac iure id quidem, Venerabiles Fratres ; in illo enim auspicatissimo signo atque in ea, quae exinde consequitur, pietatis forma nonne totius religionis summa atque adeo perfectioris vitae norma continetur, quippe quae et ad Christum Dominum penitus cognoscendum mentes conducat expeditius et ad eundem vehementius diligendum pressiusque imitandum animos inflectat efficacius ? Nemo igitur miretur, hanc probatissimam religionis formam decessores Nostros continenter et a calumniatorum criminationibus vindicasse et summis laudibus extulisse et vehementi provexisse studio, prout temporum rerumque rationes postularent. Dei autem adspirante numine factum est ut pia christifidelium erga Sacratissimum Cor Iesu voluntas maiora in dies incrementa caperet ; hinc piae illae passim excitatæ sodalitates divini Cordis cultui promovendo ; hinc consuetudo illa sacrae Synaxis, ad Christi Iesu optatum prima cuiusque mensis feria sexta suscipiendae, quae quidem consuetudo passim hodie obtinet.

In hoc cultu pia eminet consecratio.

At certe inter cetera illa, quæ proprie ad Sacratissimi Cordis cultum pertinent, pia eminet ac memoranda est consecratio, qua, nos nostraque omnia æternæ Numinis caritati accepta referentes, divino Iesu Cordi devovemus. Eiusmodi autem devotionis officium, cum, quantum averet sibi ab hominibus reddi, non tam iure suo quam immensa in nos caritate permotus, Salvator Noster innocentissimam Cordis sui discipulam Margaritam Mariam docuisset, ipsamet, cum suo pietatis magistro Claudio de la Colombière, prima omnium praestitit ; secuti sunt, procedente tempore, singuli homines, deinde privatae familiae et consociationes, denique vel ipsi magistratus, civitates et regna. Quoniam autem, superiore aetate atque hac ipsa nostra, impiorum hominum machinationibus huc deventum est, ut detrectatum Christi Domini imperium bellumque in Ecclesiam publice commotum sit, latis legibus scitisque populorum promotis iuri divino ac naturali repugnantibus, immo vel comitiis habitis conclamantium, « Nolumus hunc

Consecratio generis humani a Leone XIII.

regnare super nos » (1) : ex ea profecto consecratione, quam diximus, una omnium vox veluti erumpebat atque ex adverso opponebatur acerrime clientum Sacratissimi Cordis ad vindicandam eius gloriam et asserenda eius iura : « Oportet Christum regnare : (2) Adveniat regnum tuum ». Ex quo tandem factum feliciter, ut universitas ipsa generis humani, quam Christus, in quo uno instaurantur omnia (3), nativo iure possidet suam, huius saeculi initio eidem Cordi Sacratissimo a f. r. decessore Nostro Leone XIII, christiano orbe plaudente, dedicaretur.

Completa consecratio per festum Christi Regis.

Hæc vero tam fausta tamqua iucunda incepta, quemadmodum Litteris Nostris Encyclicis « Quas primas » docuimus, diuturnis optatis votisque quamplurimis Episcoporum et fidelium concedentes, Nosmet ipsi, Deo dante, tandem complevimus ac perfecimus cum, piaculari anno exeunte, Christi universorum Regis festum instituimus, sollemniter toto christiano orbe concelebrandum. Quod cum faceremus, non modo summum illud quod Christus obtinet in rerum universitatem, in societatem et civilem et domesticam, in singulos homines imperium in luce collocavimus, sed etiam gaudia iam tum illius diei præcepimus auspicatissimi, quo die omnis orbis libens volensque Christi Regis suavissimæ dominationi parebit. Qua de causa tum simul ediximus, ut per constituti illius diei festi occasionem haec eadem consecratio renovaretur quotannis, ad eiusdem fructum consecrationis certius uberiusque consequendum et ad populos omnes in Corde Regis regum et Domini dominantium christiana caritate et pacis conciliatione copulandos.

Oportet accedat officium reparationis, de quo fusius jam agendum.

Verum officiis hisce omnibus, præsertim tam frugiferae consecrationi, per sacram Christi Regis sollemnitatem veluti confirmatae, aliud accedat oportet, de quo vobiscum, Venerabiles Fraters, paulo fusius in praesenti colloqui libet : honestae satisfactionis, inquimus, seu reparationis, quam dicunt, officium Sacratissimo Cordi Iesu praestandum. Nam, si illud est in consecratione primum ac praecipuum ut amori Creatoris creaturae amor rependatur, alterum sponte hinc sequitur, ut eidem increato Amori, si quando aut oblivione neglectus, aut

(1) *Luc.*, XIX, 14.
(2) *I Cor.*, XV, 25.
(3) *Eph.*, I, 10.

offensa violatus sit, illatae quoquo modo iniuriæ compensari debeant: quod quidem debitum reparationem vulgato nomine vocamus.

Rationes reparationis præstandæ: justitiaet amor.

Quodsi ad utramque rem iisdem prorsus rationibus impellimur, reparandi tamen expiandique officio ob validiorem quendam iustitiæ et amoris titulum tenemur: iustitiæ quidem, ut irrogata Deo nostris flagitiis expietur offensa et violatus ordo pænitentia redintegretur; amoris vero, ut Christo patienti ac « saturato opprobriis compatiamur » eique nonnihil solacii pro tenuitate nostra afferamus. Peccatores enim cum simus omnes multisque onerati culpis, non eo solo cultu Deus noster nobis est honorandus, quo vel eius summam Maiestatem debitis obsequiis adoremus, vel eius infinitam largitatem gratiarum actionibus laudemus; sed praeterea Deo iusto vindici satisfaciamus oportet « pro innumerabilibus peccatis et offensionibus et negligentiis » nostris. Consecrationi igitur, qua Deo devovemur et sancti Deo vocamur, ea sanctitate ac firmitate quæ, ut docet Angelicus (1), consecrationis est propria, addenda est expiatio, qua penitus peccata exstinguantur, ne forte indignitatem nostram impudentem reverberet summae iustitiae sanctitas munusque nostrum potius arceat invisum quam gratum suscipiat.

Officium hoc incumbit toti generi humano propter peccatum.

Hoc autem expiationis officium humano generi universo incumbit, quippe quod, ut christiana docemur fide, post Adae miserandum casum, hereditaria labe infectum, concupiscentiis obnoxium et miserrime depravatum, in perniciem detrudendum fuisset sempiternam. Id quidem superbi hac nostra ætate sapientes, veterem Pelagii errorem secuti, inficiantur, nativam quandam virtutem humanae naturae iactantes quae suapte vi altiora usque progrediatur; sed falsa haec humanae superbiae commenta reiicit Apostolus, illud nos admonens: « natura eramus filii irae ». (2) Et sane iam ab initio communis illius expiationis debitum quasi agnovere homines et Deo sacrificiis vel publicis placando, naturali quodam sensu ducti, operam dare coeperunt.

Peccatum expiavit Christus.

At nulla creata vis hominum sceleribus expiandis erat satis, nisi humanam naturam Dei Filius reparandam

(1) *Sum. theol.*, II-II. q. 81, a. 8, c.
(2) *Eph.*, II, 3.

assumpsisset. Quod quidem ipse hominum Salvator sacri Psaltis ore nuntiavit : « Hostiam et oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi ; holocautomata pro peccato non tibi placuerunt : tunc dixi : Ecce venio » (1). Et reapse « vere languores nostros ipse tulit et dolores nostros ipse portavit ; vulneratus est propter iniquitates nostras » (2), et « peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum.... (3), delens quod adversus nos erat chirographum decreti quod erat contrarium nobis, et ipsum tulit de medio affigens illud cruci... (4) ut peccatis mortui iustitiae vivamus » (5).

Sed expiatio Christi nobis applicanda, a nobis adimplenda.

Quamquam vero copiosa Christi redemptio abunde nobis « omnia delicta donavit » (6), ob miram tamen illam divinae Sapientiae dispensationem, qua in carne nostra adimplenda sunt quae desunt passionum Christi pro corpore eius quod est Ecclesia (7), laudibus et satisfactionibus, « quas Christus in nomine peccatorum Deo persolvit », nostras quoque laudes et satisfactiones adiicere possumus, immo etiam debemus. At semper meminerimus oportet, totam expiationis virtutem ab uno Christi cruento sacrificio pendere, quod sine temporis intermissione in nostris altaribus incruento modo renovatur, siquidem « una eademque est Hostia, idem nunc offerens sacerdotum ministerio, qui seipsum tunc in cruce obtulit, sola offerendi ratione diversa » (8) ; quamobrem cum hoc augustissimo Eucharistico sacrificio et ministrorum et aliorum fidelium immolatio coniungi debet ut ipsi quoque « hostias viventes, sanctas, Deo placentes » (9) sese exhibeant. Quin immo S. Cyprianus affirmare non dubitat « sacrificium dominicum legitima sanctificatione non celebrari, nisi oblatio et sacrificium nostrum responderit passioni » (10). Quapropter nos monet Apostolus, ut « mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes » (11), atque cum Christo conse-

Nos uniamus cum sacrificio Christi in Eucharistia.

(1) *Hebr.*, x., 5-7.
(2) *Is.*, LIII, 4-5.
(3) *I Petr.*, II, 24.
(4) *Coloss.*, II, 14.
(5) *I Petr.*, II, 24.
(6) Cfr *Coloss*, II, 13.
(7) Cfr *Coloss.*, I, 24.
(8) *Conc. Trid.*, sess. 22. c. 2.
(9) *Rom.*, XII, 1.
(10) *Ep.* 63, n. 381.
(11) *II Cor.*, IV, 10.

pulti et complantati similitudini mortis eius (1), non modo carnem nostram crucifigamus cum vitiis et concupiscentiis (2), « fugientes eius quae in mundo est concupiscentiae corruptionem » (3); sed « et vita Iesu manifestetur in corporibus nostris » (4) et, aeterni eius sacerdotii participes effecti, offeramus « dona et sacrificia pro peccatis » (5). Neque enim arcani huius sacerdotii et satisfaciendi sacrificandique muneris participatione ii soli fruuntur, quibus Pontifex noster Christus Iesus administris utitur ad oblationem mundam divino Nomini ab ortu solis usque ad occasum omni loco offerendam (6), sed etiam christianorum gens universa, ab Apostolorum Principe « genus electum, regale sacerdotium » (7) iure appellata, debet cum pro se, tum pro toto humano genere offerre pro peccatis (8), haud aliter propemodum quam sacerdos omnis ac pontifex « ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in iis quae sunt ad Deum » (9).

Etiam fideles, suo modo sacerdotes, debent offerre sacrificium propitiationis.

Quo autem perfectius oblatio nostra nostrumque sacrificium sacrificio dominico responderit, idest amorem nostri cupidatesque nostras immolaverimus et carnem crucifixerimus crucifixione ea mystica, de qua loquitur Apostolus, eo uberiores propitiationis atque expiationis pro nobis aliisque percipiemus fructus. Mirifica enim viget fidelium omnium cum Christo necessitudo, qualis inter caput et cetera corporis membra intercedit, itemque arcanâ illâ, quam fide catholica profitemur, Sanctorum communione, cum singuli homines tum populi non modo coniunguntur inter se, sed etiam cum eodem « qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum et conexum per omnem iuncturam subministrationis secundum operationem in mensuram uniuscuiusque membri augmentum corporis sui facit in aedificationem sui in caritate » (10). Quod quidem Mediator ipse Dei et hominum Christus Iesus, morti proximus, a Patre postularat :

Uberrimi fructus ex hac nostra immolatione.

(1) Cfr *Rom.*, VI. 4-5.
(2) Cfr *Gal.*, V. 24.
(3) *II Petr.*, I, 4.
(4) *II Cor.*, IV, 10.
(5) *Hebr.*, V, 1.
(6) *Malach.*, I, 11.
(7) *I Petr.*, II, 9.
(8) Cfr *Hebr.*, V, 2.
(9) *Hebr.*, V, 1.
(10) *Eph.*, IV, 15-16.

« Ego in eis et tu in me ut sint consummati in unum » (1).

Expiatio unionem cum Christo inchoat, perficit, consummat.

Quemadmodum igitur unionem cum Christo profitetur ac firmat consecratio, ita expiatio eamdem unionem et, culpas detergendo, inchoat et, Christi passiones participando, perficit et, victimas pro fratribus offerendo, consummat. Atque id sane miserentis Iesu consilium fuit, cum Cor nobis suum, insignia passionis praeferens ac flammas amoris ostentans, patere voluit, scilicet ut hinc infinitam peccati malitiam coniectantes, illinc Reparatoris caritatem infinitam admirati, et peccatum vehementius detestaremur et caritati ardentius vicem redderemus.

Reparatio præcipuas partes habet in cultu ss. Cordis.

Et vere expiationis potissimum seu reparationis spiritus primas semper potioresque partes habuit in cultu Sacratissimo Cordi Iesu exhibendo, nihilque eo congruentius origini, indoli, virtuti, industriis quae huic religionis formae sunt propriae, ut rerum memoria et usus, sacra item liturgia atque Summorum Pontificum acta confirmant. Siquidem cum se conspiciendum Margaritae Mariae exhiberet Christus, caritatis suae infinitatem praedicans, simul, maerentis instar, tot tantasque sibi inustas ab ingratis hominibus iniurias in haec verbo conquestus est, quae utinam in piorum animis insiderent nullaque unquam oblivione delerentur : « En Cor Illud — inquit — quod tantopere homines amavit beneficiisque omnibus cumulavit, quodque amori suo infinito non tantum redditam gratiam nullam invenit, at contra oblivionem, neglectum, contumelias, easque ab iis etiam illatas nonnunquam, qui amoris peculiaris debito officioque tenerentur ». Ad quas quidem culpas eluendas cum alia complura, tum haec praesertim sibi gratissima commendavit : ut eadem expiandi mente homines de altari libarent, — quam « Communionem Reparatricem » vocant, — et supplicationes item piaculares ac preces, per solidam horam productas, adhiberent, — quae « Hora Sancta » verissime appellatur : quas quidem pietatis exercitationes non modo Ecclesia probavit, sed etiam copiosis spiritualibus largitionibus locupletavit.

Ipse Christus commendavit communionem reparatricem et horam sanctam.

Quomodo Christum consolamur.

At enim beate regnantem Christum in caelis qui piaculares eiusmodi ritus consolari queant ? Scilicet — « da amantem et sentit quod dico » (2) — reponimus,

(1) *Jo.*, XVII, 23.
(2) *In Joannis evangelium* tract. XXVI, 4.

Augustini verbis usi, quae in hunc locum aptissime cadunt.

Primo, in ipsa passione ipsius jam præterita.

Dei enim amantissimus quisque, si praeteriti temporis spatium respiciat, videt meditando intueturque Christum pro homine laborantem, dolentem, durissima quaeque perpetientem, « propter nos homines et propter nostram salutem » tristitia, angoribus, opprobriis pæne confectum, immo « attritum propter scelera nostra » (1) ac suo nos livore sanantem. Atque haec omnia eo verius piorum meditantur animi, quod peccata hominum ac flagitia quovis tempore perpetrata in causa fuerunt cur Dei Filius morti traderetur, eademque nunc etiam mortem ipsam per se essent Christo illatura iisdem cum doloribus maeroribusque coniunctam, quippe singula passionem Domini suo quodam modo renovare censeantur: « Rursus crucifigentes sibimetipsis Filium Dei et ostentui habentes » (2). Quodsi propter peccata quoque nostra, quæ futura quidem erant at praevisa, anima Christi tristis facta est usque ad mortem, haud dubium quin solacii nonnihil iam tum ceperit etiam e nostra, item praevisa, reparatione, cum « apparuit illi Angelus de caelo » (3), ut Cor eius taedio et angoribus oppressum consolaretur. Atque ita Cor Illud sacratissimum, quod ingratorum hominum peccatis continenter sauciatur, etiam nunc mira quidem sed vera ratione solari possumus ac debemus, quandoquidem — ut in sacra quoque liturgia legitur — ex ore Psaltis Christus ipse se ab amicis suis derelictum conqueritur: « Improperium exspectavit Cor meum et miseriam, et sustinui qui simul contristaretur et non fuit, et qui consolaretur et non inveni » (4).

Deinde, in corpore ipsius mystico nunc adhuc patiente.

Accedit quod passio Christi expiatrix renovatur et quodammodo continuatur et adimpletur in corpore suo mystico, quod est Ecclesia. Etenim, ut rursus Sancti Augustini (5) verbis utamur, « passus est Christus quidquid pati debuerat; iam de mensura passionum nihil deest. Ergo impletae sunt passiones sed in capite; restabant adhuc Christi passiones in corpore ». Quod quidem Dominus ipse Iesus declarare dignatus est, cum

(1) *Is.*, LIIII, 5.
(2) *Hebr.*, VI, 6.
(3) *Luc.*, XXII, 43.
(4) *Ps.*, LXVIII, 21.
(5) *In Ps. 86.*

ad Saulum « adhuc spirantem minarum et caedis in discipulos » (1) loquens : « Ego sum — inquit — Iesus quem tu persequeris » (2), haud obscure significans, commotis in Ecclesiam insectationibus, ipsum divinum oppugnari ac vexari Ecclesiae Caput. Iure igitur meritoque Christus in corpore suo mystico adhuc patiens nos expiationis suae socios habere exoptat, idque etiam ipsa nostra cum eo necessitudo postulat; nam cum simus « corpus Christi et membra de membro » (3), quidquid patitur caput, omnia cum eo membra patiantur oportet (4).

Necessitas expiationis nostra ætate urget.

Quantopere autem huiusmodi expiationis seu reparationis necessitas hac nostra potissimum aetate urgeat, nemini non manifestum erit, qui, ut initio diximus, hunc mundum « in maligno positum » (5), oculis animoque perlustraverit. Undique enim gementium ad Nos populorum clamor adscendit, quorum principes vel rectores vere adstiterunt et convenerunt in unum adversus Dominum et adversus Ecclesiam eius (6). Per regiones quidem illas iura omnia divina et humana permisceri cernimus. Templa deiici atque everti, religiosi viri ac sacrae virgines e suis aedibus deturbari et conviciis, saevitiis, inedia, carcere affligi ; puerorum ac puellarum greges e gremio Ecclesiae matris abripi atque ad eiurandum Christum et blasphemandum, ad luxuriae pessima crimina induci ; christianorum plebs universa, exanimata vehementer ac disiecta, perpetuo in discrimine aut defectionis a fide aut mortis vel atrocissimae versari. Quae profecto tam tristia sunt, ut per eiusmodi eventus praenuntiari iam nunc ac portendi dixeris « initia dolorum » illa, quae allaturus est « homo peccati extollens se supra omne quod dicitur Deus aut colitur » (7).

1. Persecutiones variæ.

2. Ignorantia religiosa.

At magis etiam dolendum, Venerabiles Fratres, quod inter ipsos fideles, sanguine Agni immaculati in baptismo ablutos gratiaque locupletatos, tot inveniantur cuiusvis ordinis homines, qui incredibili rerum divinarum igno-

(1) *Act.*, IX, 1.
(2) *Act.*, IX, 5.
(3) *I Cor.*, XII, 27.
(4) Cfr *I Cor.*, XII, 26.
(5) *I Io.*, V, 19,
(6) Cfr *Ps.* II, 2.
(7) *II Thessal.*, II, 14.

rantia laborantes et falsis doctrinis infecti, vitiis irretitam procul a domo Patris vitam traducant, quam nec verae fidei lumen collustrat, nec spes futurae beatitatis delectat, nec ardor reficit fovetque caritatis, ut sedere in tenebris et in umbra mortis vere videantur. Praeterea inter fideles ecclesiasticae disciplinae veterumque institutorum percrebrescit incuria, quibus vita omnis christiana nititur, domestica societas regitur, coniugii sanctitas munitur; neglecta prorsus aut mollioribus depravata blanditiis puerorum institutio, et vel adempta Ecclesiae iuventutis christiane educandae facultas; christiani pudoris in vita cultuque praesertim muliebri lacrimabilis oblivio; fluxarum rerum effrenata cupiditas, civilium rationum immoderatio, aurae popularis captatio exlex, legitimae auctoritatis detrectatio, denique verbi Dei contemptus, quo fides labefactatur ipsa vel in proximum discrimen adducitur.

3. Disciplinæ et morum defectus.

Hisce vero malis veluti in cumulum accedit cum eorum ignavia atque socordia, qui, dormitantium et fugientium instar discipulorum, nutantes in fide, Christum angoribus oppressum vel Satanae satellitibus circumventum misere derelinquunt, tum eorum perfidia, qui, Iudae proditoris exemplum secuti, aut temere et sacrilege de altari libant, aut ad hostium castra transfugiunt. Atque ita vel invitum subit cogitatio animum, iam propius adventare tempora de quibus Dominus Noster vaticinatus est: « Et quoniam abundavit iniquitas, refrigescet caritas multorum » (1).

4. Ignavia et socordia multorum.

Quae quidem omnia quotquot pie commentati erunt fideles, facere non poterunt, quin, Christi perdolentis incensi caritate, vehementiore studio suas aliorumque culpas expient, Christi honorem resarciant, aeternamque provehant animarum salutem Et sane illud Apostoli: « Ubi abundavit delictum, superabundavit gratia » (2) aliquo pacto ad hanc quoque aetatem nostram describendam accommodare licet; nam, aucta admodum perversitate hominum, mirifice item, Spiritu Sancto afflante, numerus fidelium utriusque sexus augetur, qui alacriore animo, pro tot illatis iniuriis divino Cordi satisfacere student, immo etiam se ipsos Christo victimas offerre non dubitant. Etenim quae usque adhuc memoravimus

In iis, qui hæc meditantur, exardescet zelus.

(1) *Matth.* XXIV, 12.
(2) *Rom*, V, 20.

Horror peccati augebitur.

si quis secum animo reputet amanter eademque veluti in medullis defixa habeat, fieri profecto non potest quin is non tam ab omni peccato tamquam summo malo abhorreat atque abstineat, quam se totum Dei voluntati permittat, et laesum divinae Maiestatis honorem, cum continenter orando, tum afflictationibus sponte susceptis aerumnisque, si quae inciderint, patienter toleratis, tum tota demum vita hoc expiationis studio exigenda, resarcire contendat.

Inde jam religiosæ familiæ, consociationes piæ, solemnes protestationes.

Atque hinc exortae quoque sunt religiosæ familiae virorum ac mulierum complures, quae ambitioso quodam famulatu diu noctuque personam quodammodo Angeli Iesum in horto consolantis gerere sibi habent propositum ; hinc piorum hominum consociationes ab Apostolica item Sede approbatae indulgentiisque auctae, quae eandem sibi expiandi partem assumunt, idoneis religionis ac virtutum exercitationibus adimplendam : hinc denique, ut alia praetereamus, divinum honorem violatum reparandi gratia religiones inductae sollemnesque protestation s quas vocant, non modo a singulis christifidelibus, sed etiam a paroeciis, a dioecesibus, a civitatibus passim usurpatae.

Instituitur solemnis reparatio quotannis per totum orbem catholicum celebranda.

Quae cum ita sint, Venerabiles Fratres, quemadmodum consecrationis ritus, a tenuioribus exorsus initiis, latiusque deinde pervagatus, optatum denique cepit e Nostra confirmatione splendorem, ita huius expiationis seu piae reparationis morem iampridem sancte inductum sancteque propagatum, Nostra item apostolica auctoritate sanciri firmius sollemniusque celebrari ab universo catholico nomine percupimus. Quocirca decernimus ac mandamus ut quotannis, in festo Sacratissimi Cordis Iesu — quod quidem hac occasione ad gradum duplicis primae classis cum octava evehi iussimus — in templis omnibus, qua late patet terrarum orbis, eadem amantissimo Salvatori Nostro, iisdem concepta verbis, secundum exemplar quod hisce Litteris subiicimus, precatio piacularis seu protestatio, ut aiunt, sollemniter recitetur, qua et culpae nostrae defleantur omnes et iura Christi summi Regis ac Domini amantissimi violata resarciantur.

Non est profecto, Venerabiles Fratres, cur dubitemus, quin ex hac sancte instaurata religione, atque universae Ecclesiae imperata, multa ac praeclara bona non modo

singulis hominibus, sed sacrae etiam et civili et domesticae societati obveniant, quandoquidem ipse Redemptor noster Margaritae Mariae spondit « eos omnes qui hoc honore Cor suum affecissent, caelestium gratiarum copia cumulatum iri ». Peccatores quidem « videntes in quem transfixerunt » (1), et totius Ecclesiae gemitibus fletibusque commoti, de iniuriis Summo Regi illatis dolendo, « redibunt ad cor » (2), ne forte in culpis suis obfirmati, cum Eum, quem pupugerunt, viderint « venientem in nubibus caeli » (3) sero et frustra plangant se super Eum (4). Iusti vero iustificabuntur et sanctificabuntur adhuc (5), et servitio sui Regis, quem tam contemptum et oppugnatum, tot tantisque contumeliis affectum cernunt, novo se totos ardore devovebunt ; sed imprimis studio salutis animarum provehendae flagrabunt, cum questum illum divinae Victimae perpendere consueverint : « Quae utilitas in sanguine meo ? » (6) ac simul gaudium quod erit Sacratissimo eidem Cordi Iesu « super uno peccatore poenitentiam agente » (7). Atque illud praecipue optamus vehementer speramusque fore, ut ea divini iustitia Numinis, quae propter decem iustos misericors Sodomis pepercisset, multo magis hominum generi universo sit parcitura, a fidelium communitate, una cum Christo Mediatore et Capite, omnium loco ac nomine comprecantum, suppliciter invocata et placata feliciter.

Bona inde sacræ, et civili, et domesticæ societati, secundum promissiones ss. Cordis, multa provenient.

Hisce denique votis inceptisque Nostris praesens arrideat Virgo Dei parens benignissima, quae cum Iesum nobis Redemptorem ediderit, aluerit, apud crucem hostiam obtulerit, per arcanam cum Christo coniunctionem eiusdemque gratiam omnino singularem, Reparatrix item exstitit pieque appellatur. Cuius Nos confisi apud Christum deprecatione, qui unus cum sit « Mediator Dei et hominum » (8), suam sibi Matrem adsciscere voluit peccatorum advocatam gratiaeque ministram ac mediatri-

Invocatio Mariæ mediatricis.

(1) *Io*, XIX, 37,
(2) *Is.*, XLVI, 8.
(3) *Matth.*, XXVI, 64.
(4) Cfr *Apoc.*, I, 7.
(5) Cfr *Apoc.*, XXII, 11.
(6) *Ps* XIX, 10.
(7) *Luc.*, XV, 4.
(8) *I Tim.*, II, 5.

Benedictio apostolica.

cem, coelestium munerum auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, vobis, Venerabiles Fratres, vestrisque curis concredito gregi universo, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die VIII mensis Maii anno MDCCCCXXVIII, Pontificatus Nostri septimo.

PIUS PP. XI

RESPONSA

ad quæstiones in conferentiis mensis februarii propositas.

—

I.

De restauratione judaïca V.

Q. *Da compendium prophetiarum Zachariæ*, I-VIII.

R. Ut completa sit consideratio textuum sacrorum, qui de restauratione templi agunt, oportet ut etiam inspiciamus primam partem oraculorum Zachariæ, filii Barachiæ, e genere sacerdotali Addo. Haec prima pars tres complectitur orationes variis temporibus habitas, quæ, sicut orationes Aggæi, intendunt stimulum addere populo templum aedificanti. Zacharias autem restaurationem templi et cultus largiori contemplatur visione quam Aggæus ; Aggæus judæos stimulat consideratione variarum adversitatum quibus perculsi sunt inde a reditu Babylonis, dum Zacharias restaurationem ponit in organica sua relatione cum peccatis pristinis judæorum et simul, magis quam Aggaeus, cum temporibus messianicis (1).

---

(1) Textus harum prophetiarum quandoque sat obscurus est et quasdam inconcinnitates præbet, partim tribuendas alicui incuriæ stylisticæ ipsius prophetæ, partim erroribus copistarum. Quod attinet interpretationem textus remittimus lectores ad sequentes commentarios catholicos : A. Van Hoonacker, *Les douze petits prophètes*, Paris, 1908, p. 589 ss. ; J. Touzard, *L'âme juive au temps des perses*, apud period. *Revue biblique*, 1926, p. 182 ss. ; D. Buzy, *Les symboles de Zacharie, ib.*, 1918, p. 136 ss. ; J. Knabenbauer, *Commentarius in prophetas minores*, Parisiis, 1886, p. 222 ss.

Prima oratio Zachariæ (I, 1-6).

Haec admonitio introductoria pronuntiata est in mense octavo in anno secundo Darii I (oct.-nov., 520), brevi tempore post assumptam aedificationem templi et post primam et secundam orationem Aggaei (1).

Adstantes invitat Zacharias ut meditentur exemplum suorum patrum ; hi reliquerant Deum et spreverant monitiones prophetarum ; sed cum, deleta natione in pœnam suarum prævaricationum, viderent impleri comminatorias prædictiones divinas, patres se converterunt ad Deum. Hoc exemplum patrum judæis inculcare debet conditionem quam apponit Deus suæ assistentiae : *convertimini ad me... et convertar ad vos ;* qui Deum fideliter colit, a Deo benedicitur.

Secunda oratio (I,7-VI,15).

Habita est hæc oratio in die vigesima et quarta undecimi mensis in anno secundo Darii (febr., 519), et incipit a relatione octo visionum, quas sequitur narratio alicujus actionis symbolicae Zachariæ injunctæ. Ista symbola illustrant doctrinam generalem exhibitam in prima oratione ; describunt enim modum agendi Dei in puniendo populo suo prævaricatore et dein in restituendo populo suo purificato in exsilio. Ut hanc descriptionem obtineat propheta fictione litteraria utitur, qua se transponit in præteritum acsi præsens esset variis decretis quas tulit Deus de populo suo (2).

In visionibus duplex distinguitur series, quarum prior quinta visione absolvitur.

Prima visio (I,7-17) describit consilium Dei restaurandi populum electum ; hoc decretum momento quo loquitur

---

(1) Adjuncta historica vide supra, *Collat. Brugen.*, XXVII (1927), p. 411.

(2) Omnino adstipulamur huic sententiæ cl. Van Hoonacker eamque, utpote textibus magis consentaneam, per totam nostram expositionem sequimur. Alii censent visiones describere statum actualem exeuntis anni secundi Darii, sed hoc sustineri non posse videtur.

Zacharias partim de facto est impletum sed propheta transponitur in illud momentum quo hoc decretum in eo erat ut impleretur. Erat illud momentum circa a. 538, post transactos scilicet septuaginta annos a prophetis probationi judæorum praefixos (1) ; ut explicat visio, hoc momento Deus statuit excidium Babyloniæ et restaurationem judaïcam.

Zacharias habens apud se angelum interpretem videt equitem quemdam, ad quem accurrunt alii equites ; hi missi fuerant a Deo ut terram explorarent et reduces nuntiant populos in pace habitare terram. Eques primus, objiciens transactos esse septuaginta annos probationis Juda, petit a Deo quamdiu adhuc velit opprimere judæos. Dei responsum Zachariae ab angelo interprete nuntiatur : Deus ardenter diligit Sion et jam irascitur in populos, quibus ut instrumentis usus est ad puniendos judæos (2), nam mensuram vindictæ divinæ transgressi sunt (3) ; Deus restituet Jerusalem, exstruetur denuo urbs, civitates nunc desertæ prosperæ erunt et Jerusalem iterum erit Dei civitas electa.

Haec decreta divina adimpleta perspiciuntur in secunda et tertia visione.

Secunda visio (I, 18-21). Sistendo se adhuc a. 538 propheta videt quomodo Deus exerceat vindictam suam erga gentes, quæ judæos nimis severe punierunt.

Cum cornu sæpe in s. Scriptura metaphorice signet vim et robur (4), hic quattuor cornibus figuratur Babylonia, quæ judæos dispersit ad quattuor ventos ; persæ autem Babyloniam impugnantes symbolizantur quattuor fabris, qui in eo sunt ut dejiciant illa cornua.

Tertia visio (II, 1-13) destructioni Babylonis opponit gloriosam ædificationem Jerusalem, quæ figuratur appa-

---

(1) *Jer.*, XXV, 12.
(2) Cfr *Is.*, X, 5 s. ; XXXVII, 26 ss.
(3) *Ib*, X, 7 ; XLVII, 7, 10.
(4) Vide v.g. *Deut.*, XXXIII, 17 ; *Ez.*, XXXIV, 21 ; *Mich.*, IV, 13.

ritione alicujus mensoris exstructionem civitatis parantis.

Ut explicat angelus, Jerusalem ædificabitur et adeo redundabit incolis ut mœnia eos continere non possint ; muris tamen non indigebit nam Deus erit murus pro ea et gloria Dei in ea, in templo restituto, habitabit. Consequenter invitantur judæi dispersi ut in patriam suam redeant a Babylonia, terra aquilonis ; statim enim Deus feriet gentes, quæ subjecerunt sibi Juda et ita pupillam oculi Dei tetigerunt. Deus inhabitabit in medio populo suo iterum dilecto, cui tempore messianico aggregabuntur gentes multæ. Taceat nunc omnis caro nam properat impletio decreti misericordiæ divinæ erga Juda et vindictæ divinæ erga gentes.

Quarta visio (III, 1-10 ; IV, 6b-10a) (1), supposito reditu populi in Jerusalem, figurat instantem restitutionem sacerdotii et cultus.

In visione Zacharias aspicit Josue seu Jesum, actualem pontificem, inter medios sacerdotes ; comparet pontifex coram angelo Dei et accusatur a Satan, ut omnino videtur, de criminibus a sacerdotibus ante exsilium commissis. Deus autem renuit ulteriorem punitionem cum Josue sufficientes pœnas dederit ; apparet enim tamquam torris ex incendio erutus et indutus est vestibus sordidis. Nunc Deus eum restituet in pristinam dignitatem, jubet ut induatur vestibus pontificalibus et ut capiti imponatur cidaris seu tiara pontificia ; his factis, declarat Deus se abstulisse omnem iniquitatem a pontifice et promittit exercitium splendidum et fecundum muneris sacerdotalis.

Restaurationi sacerdotii et cultus præponetur « servus Dei Germen seu Oriens », Zorobabel nempe, cui commissa est ædificatio templi et qui Germen vocatur

(1) Textus hujus pericopæ in pluribus locis corruptus est, textura generalis tamen perspici potest. Verba v. 4 : « et dixit ad eum : ecce abstuli a te iniquitatem et indui te mutatoriis » certe legenda sunt post v. 5 ; eorum loco supplendum videtur : « indue eum mutatoriis et ponite... ».

quatenus ex ejus stirpe nascetur Messias (1); ipse autem Deus ultimum complementum ædificationi afferet sculpendo lapidem fastigii (2). Cum completa ædificatione connectitur ætas messianica, in ea enim die tolletur iniquitas universae terrae et regnabit pax messianica (3).

Huc forsan transferendus est, utpote eadem respiciens, textus de Zorobabel, IV, 6b-10a, qui certissime in visione quinta extra suum contextum positus est et illam visionem misere interrumpit. Zorobabel, qui templum fundavit, ipse munus suum ad finem perducet, non autem opibus humanis sed favente Dei subsidio; omnes difficultates superabit et coram jubilante populo ponet lapidem ultimum ædificii, illum nempe lapidem fastigii quem Deus ornabit.

Quinta visio (IV, 1-4a, 10b-14) exhibet candelabrum cum septem lucernis habens in summitate receptaculum quoddam unde defluit oleum ad lampades; juxta receptaculum a dextris et a sinistris apparent duæ olivæ.

Septem lampades figurant Dei vigilantiam et providentiam universalem; duæ olivæ designare dicuntur duos filios olei, qui stant coram Domino. Hi non possunt esse nisi Josue et Zorobabel, quatenus sunt instrumenta gubernationis divinæ; per hebraïsmum dicuntur filii olei seu uncti quia sunt principes populi seu successores regum et pontificum qui ante exsilium ungebantur.

Sexta visio (V, 1-4) introducit novam seriem visionum; iterum transferimur in præteritum, imo longius quam in prima visione, sexta enim visio exhibet maledictionem divinam terræ Juda imminentem ante exsilium.

Maledictio figuratur volante quodam volumine ingenti,

---

(1) Germen dicitur Messias, germen gloriosum David, apud *Jer.*, XXIII, 5; XXXIII, 15. Quidam in præsenti textu Zachariæ Messiam intelligunt, potius tamen titulum referimus ad Zorobabel propter manifestum parallelismum cum VI, 12. — De titulis messianicis Zorobabel collatis ab Aggæo, vide supra p. 109.

(2) Innumeras explicationes de hoc lapide vide apud TOUZARD, *a. c.*, p. 193.

(3) De pace messianica vide supra p. 106.

in quo conscripta sunt delicta populi, in specie furta et perjuria ; Deus istam maledictionem exsequetur, expellet peccatores et domus eorum diruet.

Septima visio (v, 5-11) exhibet exsecutioni mandatam maledictionem divinam abductione judæorum in captivitatem babylonicam. Apparet *epha* (1) figurans iniquitatem et, elevato operculo, in ea discernitur mulier quædam figurans malitiam populi ; ita declaratur malitiam populi complevisse mensuram iniquitatis. Coram oculis prophetæ malitia et iniquitas transferuntur in terram Sennaar seu Chaldæam ut ibi remaneant.

Octava visio (vi, 1-8) sat analoga est cum prima visione ; hic autem pro equitibus stant quadrigæ seu currus belli, qui dicuntur venti. Dei jussu terram perlustrant et nuntiatur quadrigam cum equis nigris in terram aquilonis exeuntem exercuisse vindictam divinam in terra septentrionis. Terra hæc septentrionis pro judæis est Babylonia ; describitur ergo visione decretum divinum destruendi potentiam babylonicam.

Actio quædam symbolica (vi, 9-15) adnectitur visionibus (2). Invitatur propheta ut secum sumat viros e familiis sacerdotalibus cum quibus tendat ad Josiam quemdam ; ibi sumet aurum et argentum ut conflet coronam deponendam coram Josue pontifice (3). Dein propheta pontifici indicabit virum qui nomen habet « Germen », qui exstruet templum et qui plenus gloria in throno sedebit ; ad ejus dexteram (4) sedebit pontifex, et Germen et pontifex pacifice coutentur. Corona tandem in templo reponetur in memoriam et judæi adhuc in

---

(1) *Epha* (Vulg. amphora) proprie est mensura continens fere 39 litr. ; v. 6 « oculus » certo corrigendum est in « iniquitas ».

(2) Textus iterum valde obscurus, imo in quibusdam locis intentionaliter corruptus est, ut apparet e collatis veteribus versionibus ; hæc pericopa facta est vera crux interpretum.

(3) Vulg. cum textu hebraïco legit « in capite », sed hæc lectio est emendatio quædam posterior.

(4) Ita restituendus est textus primigenius juxta tenorem LXX.

Babylonia remanentes accurrent ut partem habeant in ædificatione templi.

Quidquid sit de minutis quibusdam adjunctis, hac actione, quæ mere allegorica videtur, extollitur dignitas tum principis spiritualis, tum principis temporalis populi, sed præsertim in luce ponitur excellentia Zorobabel ; corona a pontifice benedicenda ipsi destinata videtur quia ipse exstruet templum et quia ipse est Germen « sub quo orietur germen » (1), ex ipsius enim progenie orietur Messias.

Tertia oratio (VII-VIII).

Hæc oratio habita est fere duobus annis post secundam, in quarta die mensis noni in anno quarto Darii (dec., 518).

Petitur a propheta utrum necne adhuc obligent varia jejunia quæ judæi assumpserunt in memoriam excidii Jerusalem et variarum adversitatum exeuntis regni Juda. Respondetur istas dies mutandas esse in dies gaudii et lætitiæ cum tempus vindictæ divinæ elapsum sit et populus sit conversus. Sed priusquam hoc responsum det, propheta præmittit quasdam considerationes quarum nexus cum responso ægre perspicitur. Recoluntur monita prophetarum anteriorum, quibus patres obedire renuerunt ; memoratur dispersio Juda in pœnam suarum prævaricationum et recitantur splendidæ promissiones prophetarum de restauratione populi electi et de pace messianica. Hæ promissiones, dicit Zacharias, nunc verificantur inde a fundatione templi, dummodo populus peccata vitet ; deinceps enim « sicut eratis maledictio in gentibus, domus Juda et domus Israël, sic salvabo vos, et eritis benedictio » (2).

Responsum sequitur descriptio ætatis messianicæ, quam propiorem reddidit ædificatio templi ; Deus judæ-

(1) *Zach.*, VI, 12. Ad litteram vertit VAN HOONACKER, *o. c.*, p. 632. : « de sous lui il se produira un germe ».

(2) *Zach.*, VIII, 13.

orum erit rex omnium gentium, populi accurrent et contendent omnes venire Jerusalem ut quærant Dominum, « in diebus illis... apprehendent decem homines ex omnibus linguis gentium... fimbriam viri judæi, dicentes : ibimus vobiscum, audivimus enim quoniam Deus vobiscum est » (1).

His itaque prophetiis Zacharias vires addidit populo templum ædificanti et variis molestiis obnoxio : remissa sunt peccata patrum, Juda iterum est Dei populus electus in quo surget Messias ; exstructio templi conditio est necessaria ut oriri possit ætas messianica.

M. De Jonghe.

II.

De amissibilitate gratiae.

Q. *Quid tenendum est et quonam assensu de amissibilitate gratiae justificationis ?*

R. — Gratia justificationis amitti potest et reapse amittitur quovis peccato lethali ; hoc porro credendum est fide divina, utpote a Deo revelatum ; insuper tenendum est fide catholica, quoniam ab Ecclesia solemniter definitum.

1/ Haud paucis testimoniis *Scripturae sacrae* constat gratiam justificationis amitti reapse per peccatum mortale, atque sub vetere testamento, res jam clare pronuntiatur apud prophetam Ezechiëlem, qui multum inculcat hanc veritatem, dum peccatorem opponit qui pœnitentiam agit, ad justum qui cadit, « nec vivere poterit in justitia sua, in quacumque die peccaverit » (2).

Multis ceteroquin exemplis eadem veritas illustratur

(1) *Ib.*, 23.
(2) *Ezech.*, xxxiii, 12 coll. xviii, 24.

in ipsis sacris litteris (1), et ideo monemur instanter ad vigilantiam : « Qui se existimat stare, videat ne cadat », scribit Apostolus ad Corinthios (2), quos etiam ad fugam peccati hortatur, quoniam « neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri... regnum Dei possidebunt » (3) ; ad Galatas autem ait : « Evacuati estis a Christo, qui in lege justificamini : a gratia excidistis » (4).

Etiam a fide potest quis deficere et quidam defecerunt (5), atque « Spiritus manifeste dicit, quia in novissimis temporibus quidam discedent a fide » (6), uti Dominus ipse testatus est : « Quoniam abundavit iniquitas refrigescet caritas multorum. Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit » (7).

Ergo non omnes justi perseverabunt ; quam ob causam monet s. Petrus : « Satagite ut per bona opera certam vestram vocationem et electionem faciatis » (8). Etenim qui non manserit in Christo per gratiam, « mittetur foras sicut palmes et arescet, et colligent eum et in ignem mittent et ardet » (9), atque hoc etiam ipsi contingere haud impossibile censet ipse s Paulus, qui scribit : « Castigo corpus meum et in servitutem redigo, ne forte, cum aliis praedicaverim, ipse reprobus efficiar » (10).

De hac vero doctrina tam dilucide in sacris litteris proposita, haud mirum est multa haberi pariter testimonia apud *ss. Patres*, quorum omnium verba recitare

---

(1) Ita protoparentes nostri, Saul, David, Salomon, s. Petrus, Simon magus (*Act.*, VIII) etc.

(2) *I Cor.*, X, 12 coll. *Rom*, XI, 20 ; lege etiam *Mt.*, X, 26 et *Mc.*, XIV, 38.

(3) *I Cor.*, VI, 9 coll X, 12 s.

(4) *Gal.*, V, 4.

(5) *I Tim.*, I, 19 coll. VI, 10.

(6) *Ibid.*, IV, 1.

(7) *Mt.*, XXIV, 12.

(8) *II Petr.*, I, 10.

(9) *Jo.*, XV, 6.

(10) *I Cor.*, IX, 27 coll. *Apoc.*, III, 11.

certo supervacaneum esset. Sufficiat hæc nervose dicta s. Augustini adduxisse : « Sicut aër praesente lumine non factus est lucidus, sed fit ; quia, si factus esset, non autem fieret, etiam absente lumine lucidus maneret, sic homo Deo sibi praesente illuminatur, absente autem continuo tenebratur ; a quo non locorum intervallis, sed voluntatis aversione disceditur » (1).

Hunc autem textum explicat s. Thomas, ubi demonstrat quovis actu peccati mortalis amitti caritatem, adeoque et gratiam : « Caritas, cum sit habitus infusus, dependet ex actione Dei infundentis ; qui sic se habet in infusione et conservatione caritatis, sicut sol in illuminatione aëris, ut dictum est. Et ideo sicut lumen statim cessaret esse in aëre per hoc quod aliquod obstaculum poneretur illuminationi solis, ita etiam caritas statim deficit esse in anima, per hoc quod aliquod obstaculum ponitur influentiae caritatis a Deo in animam. Manifestum est autem quod per quodlibet mortale peccatum, quod divinis præceptis contrariatur, ponitur praedictae infusioni obstaculum ; quia ex hoc ipso quod homo eligendo praefert peccatum divinae amicitiae, quae requirit ut Dei voluntatem sequamur, consequens est ut statim per unum actum peccati mortalis habitus caritatis perdatur » (2).

2/ Igitur *fide divina* credi debet, per peccatum lethale quodlibet, amitti gratiam justificationis, atque idem *fide catholica* tenendum est.

Et enim, propter grassantes errores, primo Calvini, qui docebat fidem et justitiam semel acceptam nulla ratione amitti posse, et eos qui videntur eam amittere, nunquam vere eamdem habuisse, deinde Lutheri, qui per

---

(1) S. Augustinus, *De gen. ad litt.*, viii, 12, 26 (MPL, XXXIV, 383) ; cfr ejusdem *De correpl. et gratia*, vi, 9 (MPL, XLIV, 921) ; Aphraates, *Demonstr.*, vi, 14 (PS, I, 291, apud *Enchir. patrist.*, n. 683) ; S. Athanasius, *Adv. Arianos or.* iii, 24 (MPG, XXVI, 373).

(2) *Sum. theol.*, II-II, q. 24, a. 12, c.

solam infidelitatem contendebat justificationem amitti, magisterium ecclesiasticum doctrinam catholicam in concilio tridentino alte proclamavit (1).

Solemniter etiam edixit : « Si quis hominem semel justificatum dixerit amplius peccare non posse, neque gratiam amittere, atque ideo eum, qui labitur et peccat, nunquam vere fuisse justificatum,... a. s. » (2). Adhuc : « Si quis dixerit nullum esse mortale peccatum, nisi infidelitatis, aut nullo alio, quamtumvis gravi et enormi, praeterquam infidelitatis, peccato semel acceptam gratiam amitti, a. s. » (3).

H. Lamiroy.

III-IV.

De reatu pœnæ temporalis ejusque satisfactione.

Q. *Proba sequentem propositionem : 1/ remissa offensa per pœnitentiam, non semper remittitur tota pœna ; 2/ pro debito autem pœnæ temporalis quæ restat, homo justus ac viator, piis ac laboriosis operibus Deo satisfacere potest, non solum de congruo sed etiam de condigno.*

R. — Quoad Ium.

Prænota. Agitur de remissione offensæ virtute aut sacramento *pœnitentiæ* obtenta. Noscitur enim per *baptismum* peccatum remitti non tantum quoad reatum culpæ sed etiam quoad reatum pœnæ.

Non negatur contritionem aliquando esse tam vehementem ut non tantum sufficiat ad remissionem culpæ

---

(1) *Conc. trid.*, oecum. XIX, sess VI, de justificatione, cap. 15 (*Enchir. symb*, n. 808 aut *Thesaurus*, n. 888).

(2) *Ibid.*, de justificatione, can. 23 (*Enchir.*, n. 833 aut *Thesaur.*, n. 892). — Haec jam sacc. II docuisse Jovinianum testatur s. Hieronymus, et ad eumdem errorem accesserunt Beguardi et Beguinae, de quibus cfr Suarez, *De gratia Dei*, lib. XI, cap. 1, n. 2 (ed. Vivès, t. IX, Parisiis, 1858, p. 628) ; quod pseudomysticismum quiëtistae Michaëlis de Molinos spectat, quem damnavit Innocentius PP. XI, a. 1687, lege prop. 57 ss. (*Enchir.*, n. 1277 ss. ; *Thesaurus*, n. 938).

(3) *Conc trid.*, de justificatione, can. 27 (*Enchir.*, n. 837 vel *Thesaur.*, n. 892).

sed etiam debitam contineat satisfactionem pro ipso reatu pœnæ.

In primitiva Ecclesia, satisfactio præcedebat quandoque absolutionem sacramentalem, tunc, si satisfactio sufficiens fuit, momento absolutionis simul cum reatu culpæ remittebatur reatus pœnæ.

Protestantes vero negant operibus nostris ullam vim insitam esse satisfactoriam. Negant culpam unquam remitti, manente aliqua pœna temporali. Contendunt satisfactionem a confessario impositam esse injuriosam satisfactionibus Christi Domini, quasi insufficientes fuerint, injuriosam quoque Deo, quasi gratia non habeat opus perfectum sed linquat in homine quod sit punibile, aut quasi condonatio non sit gratuita.

Contra, docet concilium tridentinum « falsum omnino esse et a verbo Dei alienum, culpam a Domino nunquam remitti, quin universa etiam pœna condonetur. Perspicua enim et illustria in sacris litteris exempla reperiuntur, quibus præter divinam traditionem hic error quam manifestissime revincitur » (1).

1/ Et re quidem vera, constat ex *s. Scriptura* Deum, *post* remissionem culpæ, adhuc exigere pœnas temporales, idque non tantum aliquando seu exceptionaliter, sed ita ut quod stricte requiritur ad tollendum reatum culpæ, nondum sufficere appareat ad tollendum reatum pœnæ.

Sic, quamvis Adam, ante mortem, remissionem obtinuerit culpæ *(Sap.*, x, 2*)*, nihilominus in pœnam peccati sui mortuus est, imo ipse et uxor ejus multas pœnas subierunt temporales (*Gen*, III, 16 s.). Peccatum quod patraverat Moyses ad aquas contradictionis, remissum est ante mortem ejus, et tamen ob prævaricationem istam ingredi non potuit in terram promissionis (*Num*, XX, 12; *Deut.*, XXXII, 48 s.). Eodem modo egit Deus cum Davide, qui adulterium commiserat cum uxore Uriæ Hethaei, quem perire fecerat gladio filiorum Ammon.

---

(1) Cfr DENZINGER-BANWART, *Enchiridion Symbolorum*, n. 904.

Confessus est David peccatum suum dicens « Peccavi Domino. Dixitque Nathan ad David : Dominus quoque transtulit peccatum tuum : non morieris. Verumtamen quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini, propter verbum hoc, filius, qui natus est tibi, morte morietur... Deprecatusque est David Dominum pro parvulo : et jejunavit David jejunio, et ingressus seorsum, jacuit super terram .. Accidit autem die septima ut moreretur infans .. » (*II Reg.*, XII, 13-18).

Jamvero, casus isti non sunt aliqua exceptio. Non mere exceptionaliter, sed *de lege ordinaria*, reparatâ offensâ per contritionem, nihilominus satisfaciendum est pro pœna temporali, quæ secus remanet luenda. Id enim suadet *a/* natura actuum pœnitentiæ ad quos s. Scriptura hortatur. Nimirum, non tantum invitamur ad illam pœnitentiam agendam quæ est in cordis contritione, quæ sane maxime necessaria est, imo requiritur et sufficit ad culpæ remissionem, sed etiam incitamur ad pœnitentiam illam qua corpus affligitur jejunio, fletu et cilicio, qua videlicet peccator ipse sibi infligit *pœnam* pro patrato peccato, uno verbo, ad pœnitentiam quae valeat ad remissionem culpæ *et pœnæ*.

Ceterum, *b/* si Deus infligit post remissionem culpæ pœnam temporalem Adamo, Davidi vel Moysi, hoc est quia talis pœna post deletam offensam adhuc debita est. Debetur autem, non quia agitur de quodam peccato quod *speciali ratione* meretur pœnam (quis enim hoc contenderet de peccato Moysi), sed quia omne peccatum gignit reatum pœnæ, quæ non remittitur *eo ipso* quod condonatur offensa. Hæc itaque Scripturæ exempla, cum Deus justus sit in retribuendo, ostendunt omnia peccata de lege generali post remissionem culpæ per se relinquere aliquam pœnam temporalem luendam, majorem pro gravioribus, minorem pro levioribus peccatis.

2/ Quod autem *traditionem* attinet, propositio abunde probatur ex praxi offerendi Deo satisfactionem pro animabus purgatorii, quæ praxis supponit expiationem

temporalem persolvendam esse pro peccatis, quoad culpam jam remissis.

Præterea, diserte docent Patres pœnam manere, remisso peccato : « Productior est enim pœna quam culpa : ne parva putaretur culpa, si cum illa finiretur et pœna. Ac per hoc vel ad demonstrationem debitæ miseriæ, vel ad emendationem labilis vitæ, vel ad exercitationem necessariæ patientiæ, temporaliter hominem detinet pœna et quem jam ad damnationem sempiternam reum non detinet culpa ». Ita s. Augustinus (1). Præclara sunt hæc verba s. Gregorii Magni : « Delinquenti Dominus nequaquam parcit, quia delictum sine ultione non deserit. Aut enim ipse hoc homo in se pœnitens punit, aut hoc Deus cum homine vindicans percutit. Nequaquam igitur peccato parcitur, quia nullatenus sine vindicta laxatur » (2).

3° *Rationes congruentiæ* indicantur a concilio tridentino : « Sane et divinæ justitiæ ratio exigere videtur, ut aliter ab eo in gratiam recipiantur, qui ante baptismum per ignorantiam deliquerint ; aliter vero, qui semel a peccati et daemonis servitute liberati, et accepto Spiritus Sancti dono, scientes templum Dei violare et Spiritum Sanctum contristare non formidaverint. Et divinam clementiam decet, ne ita nobis absque ulla satisfactione peccata dimittantur, ut, occasione accepta, peccata leviora putantes, velut injurii et contumeliosi Spiritui Sancto, in graviora labamur, thesaurizantes nobis iram in die iræ. Procul dubio enim magnopere a peccato revocant, et quasi freno quodam coercent hae satisfactoriæ pœnæ, cautioresque et vigilantiores in futurum pœnitentes efficiunt ; medentur quoque peccatorum reliquiis, et vitiosos habitus male vivendo comparatos contrariis virtutum actionibus tollunt... Accedit ad hæc, quod, dum satisfaciendo patimur pro peccatis, Christo

(1) Cfr Rouët de Journel, *Enchiridion patristicum*, n. 1845.
(2) *Ibidem.*, n. 2309.

Jesu, qui pro peccatis nostris satisfecit, ex quo omnis nostra sufficientia est, conformes efficimur, certissimam quoque inde arrham habentes, quod, si compatimur, et conglorificabimur » (1).

4/ S. Thomas ulterius explicat quomodo fieri *possit* ut remissa culpa, maneat pœna temporalis : « In peccato mortali sunt *duo*, scilicet *aversio* ab incommutabili bono, et *conversio* ad commutabile bonum inordinata. Ex parte ergo aversionis ab incommutabili bono consequitur peccatum mortale reatus pœnae aeternae, ut qui contra aeternum bonum peccavit, in aeternum puniatur : ex parte etiam conversionis ad bonum commutabile, in quantum est inordinata, consequitur peccatum mortale reatus alicujus pœnae, quia inordinatio culpae non reducitur ad ordinem justitiae nisi per pœnam ; justum est enim, ut qui voluntati suae plus indulsit, quam debuit, contra voluntatem suam aliquid patiatur : sic enim erit æqualitas... Quia tamen conversio ad bonum commutabile est finita, non habet ex hac parte peccatum, quod debeatur ei pœna æterna... Quando igitur per gratiam remittitur culpa, tollitur aversio animae a Deo, in quantum per gratiam Deo conjungitur. Unde et per consequens simul tollitur reatus pœnae aeternae : potest tamen remanere reatus alicujus pœnae temporalis » (2).

Fundamentum itaque reatus culpæ est aversio a Deo, fundamentum reatus pœnæ temporalis est inordinata conversio ad creaturas. Remissa culpa et recuperata amicitia manere potest onus aliquod peccando contractum, debitum alicujus compensationis pro ordinis læsione. Status amicitiæ et factum remissionis culpæ non excludunt permanentiam hujusmodi debiti.

Deus, ob rationes congruentiæ supra allatas, de facto, quemadmodum S. Scriptura et traditio docent, exigit

---

(1) Denzinger, *l. c.*

(2) S. Thomas, *Sum. theol.*, III, q. 86, a. 4, c.

ut peccator, quamvis culpa ejus remittatur, debitam quoque præstet satisfactionem pro reatu pœnæ.

Hæc prior pars propositionis *fide catholica* tenenda est definita in concilio tridentino sess. VI, can. 30 et sess. XIV, can. 12 : « Si quis post acceptam justificationis gratiam cuilibet peccatori pœnitenti ita culpam remitti et reatum æternæ pœnæ deleri dixerit ut nullus remaneat reatus pœnæ temporalis exsolvendæ... a. s. » (1). « Si quis dixerit totam pœnam simul cum culpa remitti semper a Deo... a. s. » (2).

Quoad II um

Prænota : α) Agitur de satisfactione præstita ab eo qui est *in statu gratiæ et viæ*, in exstinctionem pœnæ temporalis, manentis post culpam. β) Postulatur ut satisfactio sit opus *honestum*, *supernaturale* et *liberum* ; quod ultimum obtinet, quando opus sponte assumitur, vel quando malum aliquod temporale æquo animo, quod pendet a nostro arbitrio, toleratur. γ) Præterea, uti ex dictis supra deducitur, oportet ut satisfactio sit opus aliquod *pœnosum*, laboriosum, quo homo, qui voluntati suæ plus indulsit quam debuit, contra voluntatem suam aliquid patitur. Attamen, in statu viæ, quævis bona opera semper conjunctam habent aliquam difficultatem. Quodsi repetitis virtutis actibus facta sint faciliora, non inde minuitur valor eorum satisfactorius, quia hæc diminutio difficultatis non est ex parte ipsius actus sed ex *promptitudine* voluntatis, quæ promptitudo, quam facit charitas, non minuit efficaciam satisfactionis sed eam auget (3). δ) Tandem satisfactio dicitur *condigna* quando ad *æqualitatem* compensat pœnam, et non tantum secundum *proportionem* quamdam, quo casu dicitur *congrua*. Hisce præmissis, statuimus :

---

(1) Denzinger, *l. c.*, n. 840.
(2) *Ibidem*, n. 922.
(3) S. Thomas, *Sum. theol.*, *suppl.*, q. 15, a. 1, ad 2m.

1/ *Justus præstare potest satisfactionem condignam remissionis pœnæ temporalis.*

Probatur *a*) ex eo quod justus de condigno mereri potest augmentum gratiæ et gloriæ. Quodsi inest bonis ejus operibus condignitas ad tanta bona merenda, a fortiori inest ipsis condignitas ad reatum pœnæ temporalis exstinguendum.

b) Deus exigit pœnam temporalem in reparationem ordinis per peccatum læsi et in tuitionem legis, ut scil. sic avertantur homines a transgressione legis. Atqui satisfactio nostra, qua etiam post culpam remissam contra voluntatem nostram aliquid patimur, apta est ad utrumque finem obtinendum. Quare, sub respectu valoris moralis, satisfactio æquivalere potest pœnæ temporali, quia æque apta est ad finem obtinendum, ad quem pœna ordinatur.

Adest utique aliqua inæqualitas inter satisfactionem et pœnam *materialiter* sumptas, quatenus sub respectu laboris hæc altera sæpius major est : pœna enim debita, puta purgatorii, major est pœna quam peccator libere suscipit in satisfactionem. Sed hæc inæqualitas compensatur valore *morali* satisfactionis nostræ, qui valor derivatur ex intentione pœnitentis ejusque dignitate, quippe qui est filius Dei adoptivus et Christo intime conjunctus. Itaque, operibus piis et laboriosis hominis justi inest condignitas ad pœnas temporales exstinguendas.

2/ *De facto, Deus acceptat eas satisfactiones in compensationem pœnæ luendæ.*

Id suadet continua Ecclesiæ sollicitudo ut fideles ad opera pœnitentiæ adhortetur. Præterea, s. Scriptura multis locis peccatores adhortatur ad opera pœnitentiæ agenda quibus remissionem *peccati* ejusque *pœnæ* temporalis impetrent (*II Paral.*, VII, 12-14 ; *Tob.*, IV, 11 ; *Dan.*, IV, 24 ; *Luc.*, III, 7-8). Ceterum, si opera pœnitentiæ valent ad remissionem culpæ, a fortiori valere poterunt ad remissionem reatus pœnæ.

Nota. Non est dubitandum Deum satisfactiones nostras accipere in compensationem pœnæ luendæ in altera vita. Attamen, quod attinet pœnas temporales his in terris luendas, Deus aliquando eas exigit absolute et non acceptat compensam, uti ostensum est in priore parte propositionis. Non tamen inde apparent satisfactiones inutiles, nam minuunt pœnas luendas in altera vita et conferunt ad augmentum gratiæ et gloriæ.

De fide catholica tenendum est nos posse satisfacere pro pœna temporali. Definivit concilium tridentinum, sess. XIV, can. 13 : « Si quis dixerit, pro peccatis, quoad pœnam temporalem, minime Deo per Christi merita satisfieri pœnis ab eo inflictis et patienter toleratis vel a sacerdote injunctis, sed neque sponte susceptis... a. s. » (1). Damnata quoque est hæc propositio Baii : « satisfactiones laboriosæ justificatorum non valent expiare de condigno pœnam temporalem restantem post culpam condonatam » (2).

V. Coucke.

V.

De corona s. Brigittæ (3).

Q. *Quid intelligis nomine coronae s. Brigittæ ? Quænam indulgentiæ sunt eidem annexæ ? Quænam sunt conditiones ad eas indulgentias lucrandas requisitæ ?*

R. — I. **Descriptio**. — Corona s. Brigittæ nuncupata, quia a s. Brigitta suedensi (4) excogitata et propagata fuit, recitatur in honorem B. M. V., et quidem in memo-

(1) Denzinger, *l. c.*, n. 923.

(2) *Ibidem*, n. 1077. Vide etiam n. 1059.

(3) Cfr *Raccolta*, 1898, p. 206 ss. ; Mocchegiani, *Collectio indulgentiarum*, p. 341 ss. ; Beringer, *Die Ablässe*, t. I, p. 433 ss., n. 880 ss, ; *Theologia mechliniensis, Tractatus de indulgentiis*, p. 181 ss. Cfr etiam *Collat. Brugen.*, t. XIX (1914-1919), p. 421.

(4) De vita, virtutibus et revelationibus s. Brigittæ suedensis (1302-1373) et de institutione per ipsam ordinis ss. Salvatoris, cfr breviarium romanum, 8 octobris ; *Acta Sanctorum mensis octobris*, t, IV, p. 368 ss. ; Pourrat, *La spiritualité chrétienne*, t. II, p. 136 ss.

riam 63 annorum quos in terra B. Virgo transegisse fertur. Constat sex decadibus in quarum qualibet recitatur unum *Pater*, decem *Ave Maria* et unum *Credo*, et post sex decades additur unum *Pater*, ad complendum numerum septenarium in memoriam septem dolorum et gaudiorum B. M. V., et tria *Ave Maria* ad explendum numerum 63 (1). Postea inducta est brevior forma hujus coronæ, quæ nimirum constat quinque decadibus rosarii communis, in quarum qualibet post *Pater* et decem *Ave* recitatur *Credo*, quin tamen in fine quinque decadum necesse sit addere *Pater* et tria *Ave* (2).

II. **Indulgentiæ**. — Summi Pontifices Leo X, in bulla 10 julii 1515, Clemens XI, in bulla 22 septembris 1714 et Benedictus XIV, in brevi 15 januarii, 1743 concesserunt fidelibus qui coronam s. Brigittæ sex decadum vel etiam quinque decadum recitarent, plures indulgentias, quæ a Leone XIII per rescripta s. Congr. Indulgentiarum 16 januarii 1886 et 8 decembris 1897, sequenti modo fuerunt determinatæ :

Indulgentia 100 dierum pro singulis *Pater*, *Ave* et *Credo* pro recitantibus coronam sex vel etiam quinque decadum, quæ indulgentia semper simul cum reliquis infra recensitis obtinetur (3). — Indulgentia 7 annorum et totidem quadragenarum pro iis qui sive soli sive cum aliis recitant coronam sex decadum (4). — Indulgentia plenaria semel in mense, die ad arbitrium uniuscujusque eligendo, pro iis qui coronam saltem quinque decadum quotidie per mensem recitaverint. Conditiones: confessio, communio, visitatio ecclesiæ aut publici oratorii et preces ad intentionem S. P. — Indulgentia plenaria semel in anno, die

(1) Cfr *Raccolta*, p. 206 ; *Rescr. auth.*, p. 353.

(2) Cfr responsum s. Congr. Ind. 20 maii 1886, apud Mocchegiani, *o. c.*, p. 344.

(3) Hæc indulgentia obtinetur tantum ab iis qui intendunt recitare totam coronam, non vero ab iis qui separatim unum *Pater* etc. recitant. Cfr *Decr.. auth.*, n. 291 ad VIII ; Beringer *o. c.*, t. I, p. 434 in nota 4.

(4) Hæc sola indulgentia exclusive pro recitatione coronæ *sex* decadum concessa est.

ab unoquoque libere eligendo, pro iis qui coronam saltem quinque decadum quotidie per annum recitaverint. Conditiones: confessio, communio et preces, ut supra. — Indulgentia plenaria in festo s. Brigittæ (8 octobris), pro iis qui coronam, saltem quinque decadum, semel in hebdoma recitant. Conditiones: conf., comm., visit. et preces ut supra. — Indulgentia plenaria in articulo mortis pro iis qui coronam saltem quinque decadum semel in hebdomada recitare consueverint. Conditiones: conf., communio, vel, si hæc fieri nequeat, contritio et invocatio ss. Nominis Jesu ore vel saltem corde. — Indulgentia 20 dierum pro iis qui tenentes secum laudatam coronam, pœnitentes de suis peccatis instituunt examen conscientiæ et recitant ter *Pater* et *Ave*. — Indulgentia 40 dierum pro iis qui portantes secum dictam coronam, ad sonum campanæ orabunt genuflexi pro aliquo moribundo. — Indulgentia 100 dierum pro iis qui secum portantes eamdem coronam assistunt, quovis die, missæ aut prædicationi verbi Dei, vel qui comitantur ss. Viaticum, vel qui reducunt aliquem errantem ad viam salutis, vel qui faciunt quodvis opus pium in honorem D.N.J.C. aut B.M.V. aut s. Brigittæ, et recitant ter *Pater* et *Ave* (1).

III. **Conditiones.** — Ad lucrandas indulgentias supra recitatas non requiritur meditatio mysteriorum (2). Requiritur autem ut corona fuerit debite ab habente facultatem benedicta. Hæc autem *facultas* obtineri potest a Generali canonicorum regularium ss. Salvatoris (S. Pietro in Vincoli, Roma) quorum hæc facultas propria est (3).

(1) *Raccolta*, p. 206 s.

(2) Cfr decr. s. C. Ind., 1 julii 1839 ad I *Decr. auth.*, n. 278; BERINGER, *o. c.*, t. I, p. 435.

(3) Cfr *Rit. Rom.*, inter benedictiones proprias nonnullorum ordinum religiosorum, n. 39. Ipse ordo ss. Salvatoris institutus a s. Brigitta extinctus est initio sæc. XVII et facultas benedicendi coronas s. Brigittæ sensim transiit in ordinem canonicorum regularium ss. Salvatoris Lateranensium, ea fortasse de causa quod hic ordo cum ordine s. Brigittæ societatem nominis, regulæ et institutorum aliquot habeat. Cfr *Rescr. auth.*, p. 353.

Præterea jam solet concedi simultanee cum facultate adnectendi objectis piis indulgentias apostolicas a S. Sede obtenta. Tandem hæc facultas comparet inter privilegia plurium confraternitatum (1). Qui dictam facultatem sive a Generali canonicorum ss. Salvatoris, sive a S. Sede obtinuerit, indulgentias s. Brigittæ adnectere potest sive coronis sex decadum sive rosariis communibus quinque aut quindecim decadum (2).
Quamvis in Rituali romano inveniatur specialis *formula* pro benedictione coronarum s. Brigittæ, hæc tamen obligatoria non est, sed sufficit signum crucis (3).

A. Legrand.

VI.

De censuris ecclesiasticis.

Q. *Da notionem censuræ ecclesiasticæ.*

R. I. **Notæ historicæ.**

Apud *Romanos* nomen *censura*, quod etymologice a *censendo* derivatur, denotavit tum *munus censoris*, qui censum sive descriptionem de personis et bonis civium in tabulas censorias retulit; tum *sententia*, qua censor delicta contra honestatem publicam patrata nota censoria perstrinxit (4). In textibus vero *juris romani* verbum censura obtinuit generalem significationem pœnæ (5).

Hæc autem generalis significatio censuræ paulatim etiam in *foro ecclesiastico* est recepta, et idcirco in primis Ecclesiæ sæculis nomen *censura* omnibus pœnis *canonicis* commune fuit (6). Postea *usu* sensum magis determina-

(1) V. g. piæ unionis cleri pro missionibus, unionis apostolicæ sacerdotum sæcularium a ss. C. J. *(Omnia pro Jesu)*, congregationis sacerdotalis T. O. sæc. s. Francisci Assisiensis Iseghemii erectæ.

(2) Cfr Beringer, *o. c.*, t. I, p. 436.

(3) Cfr Beringer, *o. c.*, t. I, p. 399, n. 836.

(4) Cfr Reiffenstuel, *Jus canonicum universum*, L. V, tit. 39, n. 1; Forcellini, *Lexicon latin.*, v. *Censura*.

(5) Cfr Wernz, *Jus decretalium*, t. IV, p. 149.

(6) Cfr Cappello, *De censuris*, p. 1.

tum obtinuit, et significatio primum *authentice* fuit determinata ab Innocentio III In epistola enim decretali, inter annos 1198 et 1205 data, et prius in compilatione tertia inserta, postea autem in collectione Gregorii IX resumpta, quærenti quid per censuram ecclesiasticam deberet intelligi, si hujusmodi clausulam in suis litteris apponeret, respondit Innocentius per eam non solum interdicti, sed etiam suspensionis et excommunicationis sententiam intelligi (1). At, *de facto* apud decretalistas priores hujusmodi appellatio solis pœnis medicinalibus minime propria erat, cum maxima vigeret incertitudo in distinguendis pœnis medicinalibus a vindicativis (2). Post Hostiensem tamen (+ 1271), ut videtur, doctores ad pœnas medicinales significandas vim verbi restrinxerunt ; et sensus ita definitus postea (3) et etiam nunc in codice servatus est, uti ex inscriptione tituli VIII, sect. II, libri V, « *De pœnis medicinalibus seu de censuris* » apparet.

II. **Notionis explicatio.**

Canon 2241, § 1 sonat : « *censura est pœna qua homo baptizatus, delinquens et contumax, quibusdam bonis spiritualibus vel spiritualibus adnexis privatur, donec, a contumacia recedens, absolvatur* ».

Notio censuræ proinde dilucide explicabitur hunc canonem brevi commentario illustrando.

Dicitur *a/ pœna* : supponit enim culpam et præcise propter ipsam incurritur.

Pœna generatim in ordine sociali dicitur malum passionis seu sensus, aut privationis seu damni, a legitima auctoritate inflictum propter delictum ad ordinem socia-

(1) Cfr c. 20, X, *De sententia excommunicationis*, V, 40.

(2) Cfr CAPPELLO, *o. c.*, *l. c.* ; VERMEERSCH-CREUSEN, Epitome[3], t. III, p. 215.

(3) Constitutione *Apostolicæ Sedis*, 12 oct. 1869, notio minus accurata est inducta. Dum enim objectum constitutionis *censuræ* dicebantur, in ea suspensiones ad tempus definitum latæ, seu vindicativæ, reperiebantur. Quare tunc finis medicinalis tamquam nota censuræ essentialis haberi jam nequibat.

lem conservandum. *Pœna ecclesiastica*, stricte sumpta, est « privatio alicujus boni ad delinquentis correctionem et delicti punitionem a legitima auctoritate inflicta » (can. 2215). Qua ex definitione patet, finem *proximum* pœnæ ecclesiasticæ duplicem esse, scil. delinquentis correctionem et criminis punitionem, ideoque pœnas ecclesiasticas distingui in *medicinales* et *vindicativas*, prout ad rei emendationem *directe* et *principaliter* ordinantur, vel potius in publicam delicti vindictam, licet secundario etiam intendatur etiam delinquentis correctio (1). Præterea, cum pœna ecclesiastica privationem alicujus boni importet, cumque illud bonum necessario sit spirituale vel temporale, manifesto liquet hujusmodi pœnas dividi in spirituales vel temporales, prout bona sublata spiritualia sunt aut temporalia.

Inde sequitur, censuram esse pœnam et *medicinalem*, et *spiritualem* : *medicinalem*, quia principaliter irrogatur ad emendationem delinquentis, sicuti medicina corporalis ægroto præbetur intuitu valetudinis recuperandæ (2) ; *spiritualem*, non tantum quia fertur a potestate spirituali ac in finem spiritualem, sed præsertim quia privat bonis spiritualibus.

b/ Dicitur : qua homo *baptizatus*, quia nonnisi baptizati legibus mere ecclesiasticis obnoxii sunt.

c/ Dicitur *delinquens* et *contumax* : *delinquens* seu ponens externam et moraliter imputabilem legis pœnalis viola-

---

(1) Olim auctores in definitione censuræ sæpe addebant vocem *viator*, quia Ecclesia non gaudet jurisdictione in mortuos. « Si quandoque hæretici etiam post mortem fuerunt excommunicati, hujusmodi sententia non fuit condemnatoria, sed mere declaratoria, quatenus Ecclesia, ad fideles salutari timore percutiendos, declaravit hæreticos in vita ob sua delicta in censuram incurrisse ideoque ut censuratos esse habendos, i. e. publicis suffragiis et sepultura ecclesiastica privandos. Item si excommunicati, qui cum signis pœnitentiæ ex hac vita migrarunt, absolvuntur, sententia absolutionis non mortuis præcise datur, sed vivis, quatenus solvuntur a prohibitione sepeliendi ritu sacro cadaver defuncti excommunicati ». Ita CAPPELLO, *o. c*, p. 18. Cfr *Rit Rom.*, tit. III, cap. 4.

(2) Cfr CAPPELLO, *o. c.*, p. 2 et varii auctores ibidem citati.

tionem (can. 2195, § 1), quia censura, utpote pœna, naturali jure delictum supponit ejusque ratione infligitur, et quidem grave delictum quia censura gravis pœna est ; *contumax* i. e. libere ac cum scientia pœnæ transgrediens legem cui addita est hujusmodi pœna. quia censura, cum sit pœna medicinalis, ordinatur ad rei contumaciam frangendam seu ad corrigendam pravam voluntatem delinquentis, qui sciens aliquid per legem vel mandatum superioris sub censura vetari, legem tamen vel mandatum, auctoritate contempta, est transgressus.

d/ Dicitur : *quibusdam bonis spiritualibus vel spiritualibus adnexis privatur*, quia principaliter bona spiritualia auferuntur, uti sunt usus sacramentorum, officia divina, suffragia, etc., et secundarie tantum bona quaedam temporalia, quia sunt spiritualibus adnexa, uti fructus beneficii, communicatio cum fidelibus, etc. ; *quibusdam*, quia non omnia bona spiritualia auferri possunt, sed tantum illa quorum dispensatio Ecclesiæ concredita est ; ita censura non potest privare bonis supernaturalibus mere internis veluti gratia sanctificante vel virtutibus infusis, quia potestas socialis Ecclesiæ ad illa sese non extendit.

e/ Dicitur : *donec, a contumacia recedens, absolvatur*, si enim delinquens recedit a contumacia seu a sua mala voluntate, finis censuræ obtentus est et censura debet remitti, quæ remissio fit per absolutionem (1).

J. Brys.

(1) Cfr Claeys-Boüuaert-Simenon, *Manuale juris canonici*², p. 738.

RESPONSA

ad quæstiones in conferentiis mensis martii propositas.

—

I.

Prima oratio Jesu post cœnam (II).

Q. *Interpretare Jo.*, XIV, 15-24.

R. Ne propter suum discessum cor apostolorum turbaretur, Jesus in prima parte suæ orationis eis promiserat æternam societatem cum Magistro in cælo et assistentiam specialem in ministerio evangelico (1), hisce autem versiculis 15-24 nova et sublimiora subjungit consolationis motiva promittendo tum missionem Spiritus sancti jugiter cum ipsis mansuri, tum proprium suum reditum, tum denique inhabitationem Patris et Filii. Prius textum explicemus ut dein de mutua habitudine harum promissionum et de earum reali contento verbulum habeamus.

1/ **Promissio missionis Spiritus Paracliti jugiter mansuri** (v. 15-17).

Huic promissioni duplex præmittitur conditio, amor erga Jesum et exhibitio illius amoris in observatione mandatorum Jesu, v. 15 : *Si diligitis me : mandata mea servate ;* his conditionibus purgatis, dicit Jesus, v. 16-17 : *Et ego rogabo Patrem, et alium paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum, Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum. Vos autem cognoscitis* (Vulg. cognoscetis) *eum : quia apud vos manet* (Vulg. manebit) *et in vobis est* (Vulg. erit).

---

(1) Cfr supra, p. 130 ss.

Hucusque Jesus fuerat paraclitus seu opitulator (1) suorum discipulorum ; consummato autem opere sibi injuncto, mox suos relinquet, at curabit ut suo loco alius opitulator mittatur, qui non solummodo apostolis assistat, sed et ad finem sæculorum omnibus diligentibus Jesum adsit. Ille Paraclitus est Spiritus sanctus, a Jesu distinctus, quem a Patre mitti Jesus hic dicit, sed quem paulo infra etiam a se mitti declarabit (2).

Spiritus sanctus dicitur Spiritus veritatis cum ipsius munus sit repellere spiritum erroris (3) ; ut infra Jesus explicabit, Spiritus docebit discipulos (4), mundum arguet de peccato et de justitia et de judicio (5) et testimonium perhibebit de Christo (6). Divinum illum Spiritum mundus perversus, ductus a spiritu erroris, non valet accipere cum stulta ei appareat fides in Spiritum quem oculis corporis videre non potest ; apostoli autem, quando veniet Spiritus agnoscent eum nam apud ipsos manebit, nec solummodo ab extrinseco eis aderit, sed et in eis erit (7).

Hac promissione prædicitur jugis et interna præsentia Spiritus sancti in anima justi.

2/ **Promissio unionis cum Jesu** (v. 18-21).

Nec ab ipsius Jesu præsentia privabuntur apostoli, v. 18 : *Non relinquam vos orphanos*, nam *venio* (Vulg.

---

(1) Παράκλητος in Novo Testamento apud solum Joannem occurrit ; uno textu excepto (*I Jo.*, II, 1), semper dicitur de Spiritu.

Sensu etymologico vocis ille designatur qui advocatur; sed apud scriptores profanos vox magis habet sensum activum, signat np. illum qui advocatur, præcise quatenus subsidia præstat. Sensus hic activus etiam vocabulo subjacet apud Joannem ita ut vertamus oportet « opitulator ». Interpretatio sat vulgata « consolator » nec historia vocabuli nec contextu in scriptis Joannis commendatur.

(2) *Jo.*, XVI, 7.

(3) *I Jo.*, IV, 6 coll. V, 6.

(4) *Jo.*, XIV, 26; XVI, 13.

(5) *Ib.*, XVI, 8.

(6) *Ib.*, XV, 26.

(7) Vulgata habet tempus futurum verbi, textus græcus autem tempus præsens sed, ut videtur, sensu futuri instantis.

veniam) *ad vos*; hic reditus adeo imminet ut iterum Jesus præsens pro futuro usurpet. Post instantem mortem suam Jesus se nonjam manifestabit mundo qui eum non cognovit, denuo autem se manifestabit discipulis, v. 19 : *Adhuc modicum : et mundus me jam non videt. Vos autem videtis me*, i. e. mox videbitis me. Ratio cur Jesus iterum se manifestet est : *quia ego vivo* ; nam Jesus non manebit in morte sed resurget ad vitam : addit autem : *et vos vivetis* ; hæc juxtapositio vitæ Jesu et vitæ apostolorum nexum causalitatis indicat et docet Jesum redivivum vitam novam communicaturum esse cum suis discipulis (1).

Effectus ilius vitæ communicatæ statim delineantur, v. 20 : *In illo die vos cognoscetis quia ego sum in Patre meo, et vos in me, et ego in vobis ;* tunc scilicet agnoscent Christum uniri cum suis fidelibus et in ipsis esse, simul intelligent Jesum esse consubstantialem Patri (2).

Hæc promissio unionis cum Christo ejusque cognitionis non limitatur iterum ad solos apostolos sed ad omnes diligentes Jesum extenditur, v. 21 : *Qui habet mandata mea, et servat ea : ille est, qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur a Patre meo : et ego diligam eum, et manifestabo ei meipsum.*

Itaque præsentia amorosa quam Jesus hic pollicetur est unio quædam mystica (3), qua commoratur in suis et interne se manifestat illis ; titulus autem hujus præsentiæ est communicatio vitæ Christi.

3/ **Promissio inhabitationis Patris et Filii** (v. 22-24).

Orationem Jesu Judas Thaddæus interrumpit quærens

---

(1) Communicatio vitæ supernaturalis seu pars positiva justificationis, sicut saepe apud s. Paulum, hic directe tribuitur Christo tamquam resuscitato; de hoc valore salvifico resurrectionis Christi lege dogmaticos.

(2) Unitas patris et Filii est exemplar unionis mysticæ Jesu cum suis, cfr *Jo.*, XVII, 21-23.

(3) Alias explicationes confutatas vide apud *Collat. Brugen*, XXI (1921), p. 458.

quale factum intercesserit ut Jesus messianicæ manifestationi coram mundo renuntiet ; indirecte Jesus respondet iterando et evolvendo præcedentem affirmationem, v. 23-24 : *Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus : qui non diligit me, sermones meos non servat. Et sermonem quem audistis, non est meus : sed, ejus qui misit me, Patris.* Judæ Jesus respondet se non locutum esse de quadam manifestatione externa sed de intima quadam manifestatione amorosa, simultanea cum manifestatione Patris ; hæc manifestatio mundo denegabitur cum Jesum non diligat nec ejus sermonem servet, qui simul est sermo Patris. Genuini autem amatores Jesu redamabuntur a Patre et a Filio, qui suum amorem manifestabunt habitationem eligendo apud eos et in iis stabile condendo domicilium.

Nota de mutua habitudine et de reali contento harum promissionum.

Seorsim sumptus, textus uniuscujusque promissionis haud ægre explicatur, difficilior autem quæstio exsurgit ubi habitudinem harum promissionum ad invicem earumque reale contentum inspicere volumus.

Tertia promissio a secunda nobis non videtur diversa cum in contexta oratione non sit nisi accuratior determinatio secundæ, cui quæstio Judæ ansam præbuit ; promittebat secunda promissio unionem cum Jesu, dicit tertia hanc præsentiam Jesu obtineri inhabitatione Patris et Filii ; hoc ceterum jam innuebatur secunda promissione eo quod Jesus dicebat v. 20 : « in illo die vos cognoscetis quia *ego sum in Patre meo* », et clarius forsan eo quod Jesus declarabat v. 21 : « qui diligit me, *diligetur a Patre meo* », v. 23 enim explicite dicit hunc amorem Patris secum ferre inhabitationem Patris.

Quod primam promissionem attinet, missio sancti Spiritus in hac prædicta formaliter diversa est ab inhabitatione Patris et Filii. Attamen si textum inspicimus,

advertimus primo uniuscujusque promissionis verificationem easdem præcise postulare conditiones, amorem scilicet affectivum et effectivum erga Jesum ; et secundo videmus præsentiam Spiritus etiam exhiberi ut inhabitationem : de Spiritu dicitur v. 16 : « apud vos manet, μένει » sicut v. 23 de Patre et Filio dicitur quod facient « mansionem, μονὴν ». Propter hunc parallelismum illas uniones tum cum Spiritu, tum cum Patre et Filio ut simultaneas describi censemus ita ut tres promissiones ad hanc reducantur : si quis Jesum diligit, ad eum mittetur Spiritus sanctus et in eo inhabitabunt tres Personæ ss. Trinitatis.

Hisce verbis promissa inhabitatio divinarum Personarum non est præsentia quædam ratione productionis donorum gratiæ seu, juxta formulam græcorum ἐνοίκησις κατ' ἐνέργειαν, sed est præsentia substantialis et personalis, ἐνοίκησις κατ' οὐσίαν. Si autem ulterius hanc præsentiam explorare volumus, in duas vias abire videmus theologos ; obviam enim habemus quæstionem inter theologos jamdudum agitatam de indole unionis justi cum Spiritu sancto (1). Hanc quæstionem dogmaticis relinquendam habemus cum non e solis textibus hic explicatis solvi debeat ; juvat tamen ad pleniorem textuum intelligentiam utriusque scholæ interpretationem proponere.

Prima sententia, quam plures theologi ut salvent textus Scripturæ a Patribus græcis et inter latinos præsertim a s. Augustino mutuati sunt, textus tenorem magis ad litteram explicat ; dicunt hi habitationem ss. Trinitatis obtineri eo quod justus speciali unione uniatur cum persona Spiritus sancti (2), quæ unio propter unitatem divinæ naturæ secum fert præsentiam Patris et Filii. In hunc sensum revera textus nostri facere videntur ; dicitur enim Patrem et Filium Spiritum

(1) Cfr ILL. AC REV. WAFFELAERT, *Disquisitio dogmatica de unione justorum cum Deo*, apud *Collat. Brugen*, XV (1910), p. 441 ss. ; J. VAN DER MEERSCH, *Tract. de divina gratia*, 2 ed., Brugis, 1924, p. 119 ss.

(2) Hanc sententiam tuetur ILL. AC REV. WAFFELAERT, *o. c.*

Paraclitum tamquam donum missuros esse ad amatores Jesu, Christus equidem redibit ad suos, non autem ut missus a Patre ; ita magis directa proindeque specialis asseri videtur applicatio Spiritus sancti ad animam justi ; præsentia Patris et Filii tunc non est nisi consectarium præsentiæ Spiritus. Addunt hi auctores hanc unionem personalem cum Spiritu seu hanc missionem gratiæ increatæ donum esse proprium Novi Testamenti primo concessum in die Pentecostes, juxta dictum Joannis : « nondum enim erat Spiritus datus, quia Jesus nondum erat glorificatus » (1) ; justi Veteris Legis erant amici Dei gratia sanctificante donisque annexis, non autem habebant Spiritum sanctum inhabitantem. Iterum huic explicationi textus nostræ pericopæ favent ; obvie enim explicatur quomodo apostolis in statu gratiæ versantibus (2) Jesus promittere potuerit pro futuro missionem Spiritus et inhabitationem ss. Trinitatis.

Altera sententia, nostris diebus communior (3) alio prorsus modo rem explicat ; prætendentes impossibilitatem talis unionis justi cum una Persona divina, dicunt hi auctores unionem justi æqualiter terminari ad tres Personas, ac proin nonnisi per appropriationem tribui Spiritui ; hoc statuto, inhabitationem formaliter in hoc reponunt quod Deus, utique præsens qua auctor donorum gratiæ, in anima adsit tamquam objectum supernaturalis cognitionis et amoris ; cum hæc inhabitatio etiam in Vetere Testamento apud justos adfuerit, textus hic explicandos interpretantur de promissione uberiorum gratiarum post glorificationem Jesu. Huic sententiæ textus non unam difficultatem facit ; non perspicitur enim cur solemnis declaratio necessaria fuerit ut hæc inhabitatio intentionalis cognosceretur nec ita obvie explicatur cur Jesus loquatur acsi habitatio hæc nondum esset actualis.

M. De Jonghe.

---

(1) *Jo.*, vii, 39.

(2) Jesus, solum excipiens proditorem, omnes dixerat mundos, *Jo.*, xiii, 10.

(3) Huic sententiæ adhaeret J. Van der Meersch, *l. c.*

II.

Conditiones ad meritum de condigno.

Q. *Paucis explica conditiones requisitas ad meritum de condigno ex parte subjecti operantis.*

R. — Quoniam adhuc in sequentibus responsis de merito nobis dicendum erit, quædam per modum prænotaminis adnotare juvabit.

Imprimis observandum venit agi de merito *apud Deum*, et quidem in ordine supernaturali nunc existente. Nomen porro meriti de se indifferens est ad bonum vel ad malum, et in sacris litteris dicitur homo per peccatum mereri pœnam et iram Dei (1); dicitur etiam homo justificatus per bona opera mereri vere augmentum gratiæ habitualis necnon gloriam æternam, uti in præcedenti quadam responsione jam vidimus (2). Nunc autem meritum sine addito, sumitur plerumque *meritum bonum* et de hoc solo heic tractamus; meritum vero pœnæ vel supplicii jam consuevit appellari demeritum vel etiam meritum malum, uti v. g. s. Augustinus loquitur (3).

Quamvis concilium tridentinum affirmans verum meritum in textibus, quos in præcedenti responsione citavimus, non definiverit hoc meritum esse *de condigno*, nihilominus verba concilii communiter nunc audiunt theologi de tali merito (4), quod, aiunt, est solum meritum vere et proprie dictum; meritum *de congruo* non nisi sensu latiori et improprio sic nominatur, unde statim

---

(1) *Job*, VI, 2; *Hebr.*, X, 29.

(2) Vide supra, p. 110 s.

(3) S. Augustinus, *De gratia et libero arbitrio*, V, 12 (MPL, XLIV, 889).

(4) Cfr *Sum. theol.*, I-II, q. 109, a. 5, c. coll. q. 114, a. 2, c. — Negat Durandus a S. Portiano hominem promereri posse de condigno gloriam æternam (*Super sent. theol. P. Lombardi comment.* lib. II, d. 27, q. 2. (ed. Parisiis, 1550, fol. 153), propter difficultatem explicandi meriti ex parte Dei, ad quem reapse non est hominis justitia secundum absolutam æqualitatem, sed tantum secundum proportionem, uti exponitur *Sum. theol.*, I-II. q. 114, a. 1, c.

liquet divisionem tritam et sæpius usurpatam in meritum de condigno et de congruo non esse univocam sed analogam tantum.

Meritum sumi potest *in abstracto*, pro ipsa ratione meriti, et sic est ipsa dignitas operis ad retributionem, vel *in concreto* et sic est ipsum opus aliqua mercede dignum.

Hac porro ratione consideratum, videlicet concrete, meritum de condigno dici potest opus quod eam habet æqualitatem cum præmio ut hoc illi debeatur aliquo modo *ex justitia*, saltem aiunt multi theologi, accedente Dei promissione (1).

Porro ex sola hac Dei promissione totam rationem meriti, totam condignitatem operis repeti posse autumat Scotus, saltem de potentia Dei absoluta, ita ut quodvis opus honestum, ab homine in puris etiam naturalibus elicitum, vitam æternam vere mereri posset, si modo divina promissio haberetur (2).

Hæc autem condignitas *mere extrinseca* communissime jam rejicitur, ut admittatur condignitas *etiam intrinseca*, quæ habetur tum ex ipso opere supernaturali, tum ex supernaturali dignitate operantis (3).

---

(1) Cfr Van der Meersch, *Tract. de divina gratia*, n. 360; Mazzella, *De gratia Christi*, n. 1160 s., p. 820, Romæ, 1880². — Viget controversia inter theologos utrum requiratur promissio Dei formalis an sufficiat ordinatio qua Deus reddit homines divinæ naturæ consortes, et ideo concedit gratiam, ut eorum opera intrinsece existant proportionata cum fine supernaturali; verum hæc disputatio minoris est momenti practici, quoniam non deest promissio formalis, uti satis constat ex iis, quæ diximus supra, p. 111 s.

(2) J. D. Scotus, *In I Sent*, d. 17, q. 3, n. 29 (ed. Antverpiæ, 1620, p. 260); ipse alioquin doctor subtilis addit: « Sed non creditur (Deus) ita disposuisse, quod naturam puram, vel actum ejus acceptet »; cfr etiam *Sum. theol.*, I-II, q. 114, a. 3, c.

(3) Ad opus condignum requiritur itaque valor operis intrinsecus, qui quandoque dicitur meritum *in actu primo*; requiritur etiam acceptatio divina, qua constituitur opus condignum in *actu secundo*, uti aiunt, et, ita consideratum, meritum *ab extrinseco* dependet. Sedulo nota nunc agi de merito condigno; ad meritum congruum, uti dicemus in alia responsione, non postulatur status gratiæ, seu dignitas supernaturalis operantis.

De conditione illa meriti de condigno, ex parte Dei, qui debet opus habere acceptum, nihil disputamus, quoniam ad responsionem non pertinet. In præsenti responsione evolvimus conditiones requisitas ad meritum stricte dictum ex parte personæ operantis ; in sequenti vero de conditionibus ex parte operis ab ipsa præstandi tractabimus (1).

Conditiones ad meritum proprie dictum *ex parte operantis* hac brevi formula possumus enuntiare : oportet operans sit adhuc viator et insuper in statu gratiæ (2).

1/ Requiritur *status viæ*, qui habetur quamdiu homo hac in terra vivit.

a/ Quod spectat præmium essentiale, ipsam *visionem beatificam*, res est prorsus indubia, uti in tractatu de novissimis ex professo probatur (3).

b/ Non datur pariter meritum post mortem quoad *augmentum gratiæ et gloriæ essentialis*. Hoc est certum et eruitur ex verbis s. Pauli, ubi exhibet præmium cœleste tanquam determinatum et proportionatum operibus, quæ homo tempore vitæ suæ terrestris fecerit (4).

c/ Probabilius non datur ullum meritum post hanc vitam, ne quidem ad *præmium accidentale*, quod theologi communius nunc, post s. Thomam, docent (5).

2/ Requiritur *status gratiæ*, uti continetur omnino in

---

(1) Notemus jam non posse hominem mereri *de condigno* nisi *sibi*, uti dicemus in alia responsione, in qua pressius determinabimus objectum meriti.

(2) Cfr Van der Meersch, *o.c.*, n. 361 s.

(3) Vide B. Jungmann, *Tract. de novissimis*, n. 7, p. 9, Tornaci, 1871. — Doctrinam Ecclesiæ habes in *Prof. fidei M Palæologi* (*Enchir.*, n. 464 ; *Thesaurus*, n. 1455) et in *Constit.* « Benedictus Deus », Benedicti XII, a. 1336 (*Enchir.*, n. 530 ; *Thesaurus*, n. 1458).

(4) Lege *II Cor.*, v, 10, ad quem textum etiam provocat Benedictus XII, in constitutione sua.

(5) Cfr *Sum. theol.*, I, q. 62, a. 9, ad 3 necnon II-II, q. 13, a. 4, a. 2, et observa s. Thomam hisce duobus locis tacite retractare oppositam sententiam, quam adhuc legere est in supplemento, q. 98, a. 6, c.

revelatione (1); et constat ex documentis Ecclesiæ, quæ hanc damnavit propositionem Baii : « Sentiunt cum Pelagio, qui dicunt esse necessarium ad rationem meriti ut homo per gratiam adoptionis sublimetur ad statum deificum » (2). Alioquin, damnando quasdam alias Baii propositiones, aperte declaravit Pius V rationem meriti quam intimum habere nexum cum gratia justificationis (3), et idem omnino supponit concilium tridentinum ubi doctrinam de justificatione et de merito proponit (4).

Et hoc facile intelligitur, siquidem ut meritum habeatur condignum, requiritur quædam æqualitas, vel saltem proportio, præmium dandum inter ac opus præstitum. Jam autem valor operis obsequii dependet imprimis a dignitate personæ operantis, nec aliunde quam ex infinita dignitate personæ Christi, ejus opera accipiunt infinitum merendi valorem.

Nunc autem homo, respectu Dei, naturaliter est *servus ;* per gratiam vero et inhabitantem Spiritum sanctum fit particeps divinæ naturæ, vere deiformis, *filius Dei adoptivus*, adeoque ejus opera, jam proportionantur bono, quod est ipsius Dei proprium, visioni videlicet faciali et beatificæ, quæ tanquam præmium operum ipsi destinatur (5).

H. Lamiroy.

---

(1) Lege v. g. *Jo.*, xv, 4 ; in multis testimoniis Scripturæ sacræ dicitur regnum cœlorum hereditas propria filiis, conjuncta cum filiatione divina ; cfr *Rom.*, viii, 15 s. ; *Gal.*, iv, 7, 30 ; *Ephes* , i, 5 ; *Coloss.*, iii, 2, 24 s. ; *Hebr.*, i, 14 ; *I Petr.*, i, 4.

(2) Prop 17 damnata a Pio V, in *Bulla* « Ex omnibus afflictionibus », a. 1567 (*Enchir.*, n. 1017 ; *Thesaurus*, n. 894).

(3) Vide prop. 12, 13 et 15.

(4) *Conc. trid.*, œcum. XIX, sess. VI, de justificatione cap. 16 et can. 32 (*Enchir.*, n. 809, 842 ; *Thesaurus*, n. 889, 892).

(5) Cfr Suarez, *De gratia Dei*, lib. XII, cap. xiv, n. 14 (ed. Vivès, Parisiis, 1858, p. 87) ; Mazzella, *o. c.*, n. 1157 s., p. 818 s. ; Van der Meersch, *o. c.*, n. 365.

III-IV.

De absolutione a peccatis reservatis.

Q. — *Quandonam peccatum mortale ratione sui reservatum a communi confessario absolvi potest* 1) *directe*, 2) *indirecte ?*

R. — *Praenota.* 1) Quid sit absolutio *directa*, quid *indirecta* supra exposuimus (1). 2) Adverte agi de peccato *ratione sui* reservato, non autem de peccato *ratione censuræ* reservato. 3) Agitur de *omni* peccato ratione sui reservato, adeoque *etiam* de unico peccato ratione sui *S. Sedi* reservato, nempe *de crimine falsæ denuntiationis*, de quo in can. 894.

Ad I^{um}.

A/ *In periculo mortis*, etiamsi præsens sit sacerdos facultatem habens absolvendi a reservatis, omnes sacerdotes, licet ad confessiones non approbati, *directe* absolvere possunt a quibusvis reservatis. Ita, juxta can. 882.

B/ *Extra periculum mortis*, vi can. 900, simplex confessarius a quovis peccato ratione sui reservato *directe* absolvere potest:

1° *Cum confessionem peragunt sive ægroti qui domo egredi non valent, sive sponsi matrimonii ineundi causa.*

Propter benignam mentem legislatoris, *ægroti qui domo egredi non valent* censentur omnes qui, ob quamcumque *corporis infirmitatem*, puta ob senium aut fracturam cruris, difficulter exire possunt. Communis itaque confessarius ægrotos illos absolvere valet a reservatis, quamvis forsan confessarius privilegiatus sub eodem tecto habitet.

Sponsus est qui in eo est ut matrimonium contrahat, sive sponsalia præcesserint sive non. Non refert quanam die confessio instituatur, dummodo peragatur intuitu matrimonii, sive ipsa die nuptiarum aut pridie, sive in

(1) Cfr *Collat. Brugen.*, XXVI (1926), p. 39 s.

ordine ad primam proclamationem bannorum. Pluries itaque intuitu ejusdem matrimonii confessio institui potest.

2° Quoties a/ *vel legitimus Superior petitam pro aliquo determinato casu absolvendi facultatem denegaverit.*

Legitimus *superior* est omnis qui potestate ordinaria aut delegata potestatem absolvendi a reservatis concedere valet. Proinde, Ordinarius loci et, apud nos, vi statuti 50, vicarius foraneus.

Reservatio non cadit nisi pro casu particulari, pro quo recursus est institutus. Uti advertit Vermeersch (1), tunc vis reservationis huc demum recidit ut pœnitens qui reservatum commisit simplicem confessarium bis adire cogatur; et sic maturiores confessarios quærere suadeatur quos facultatibus instructos merito præsumere possit.

Quoties b/ *vel prudenti confessarii judicio, absolvendi facultas a legitimo superiore peti nequeat sine gravi pœnitentis incommodo, aut sine periculo violationis sigilli sacramentalis.*

α) Dicitur « *prudenti confessarii judicio* ». Itaque, ipsius confessarii est, omnibus circumstantiis perpensis, judicare an tale incommodum aut periculum adsit. In quo judicio efformando duo extrema vitare debet, ex una parte nimiam severitatem, ex alia parte nimiam indulgentiam. In dubio probabili absolvere potest (2).

β) Quod spectat grave incommodum, juxta cl. Desmet incommodum illud obtinet quando pœnitens ad eundem confessarium redire non nisi difficulter valet, puta ob magnam distantiam, ipsique *simul* grave est alium adire confessarium ut denuo confiteatur (3).

Fere omnes benigniorem dant explicationem. Ita Vermeersch : « grave pœnitentis incommodum est, v. g.

---

(1) Vermeersch, *Theologia moralis*, III, n. 470. Romæ, 1923.

(2) Cfr Cappello, *De Sacramentis*, II, n. 554. Taurinaurum Augustæ, 1926.

(3) Desmet, *De absolutione complicis et sollicitatione*, n. 140. Brugis. 1921.

gravis difficultas redeundi ad confessarium, necessitas celebrandi, difficultas abstinendi communione sine aliqua nota vel suspicione ; immo, ni fallimur, ipsum notabile animæ detrimentum quod ob minus bonam voluntatem pateretur, si timendum sit ne recedat indispositus » (1). Secundum Cappello grave incommodum pœnitentis moraliter æstimandum est, attentis scil. circumstantiis ætatis, sexus, conditionis pœnitentis. Dein, incommodum potest esse cujuslibet generis, sive spirituale, sive morale, sive corporale, sive œconomicum, tam ipsi pœnitenti, quam suis imminens. Postulatur et sufficit ut sit probabile. Verificatur in his præsertim circumstantiis : si difficulter redire possit pœnitens ad eundem confessarium, si durum sit remanere in peccato mortali per tres vel duos aut unum diem, imo, in peculiaribus adjunctis, per paucas horas ; si absolutio moraliter differri nequeat per tempus necessarium ad facultatem petendam *mediis ordinariis*, i. e. *oretenus* vel *litteris*, propter necessitatem celebrationis aut communionis quæ omitti nequit sine periculo infamiæ aut scandali... (2).

Rationes ob quas cl. Desmet strictius interpretatur præcipue hae sunt : quia secus penitus enervatur disciplina reservationis, cum incommodum, de quo in sententia benigniore, passim obtineat, et quia incommodum afficiat oportet *petitionem* facultatis, non autem absolutionis dilationem. Nec datur paritas cum censuris reservatis, quia in similibus adjunctis censuræ absolvuntur *cum onere* recurrendi infra mensem ad S Sedem (3). Attamen, sententia benignior, quæ est fere communis, practice tuta est.

γ) *Periculum violationis sigilli* adest si superior, a quo petenda est a simplici confessario facultas absolvendi a casu reservato, posset, attentis peculiaribus adjunctis, in suspicionem venire personæ pœnitentis.

---

(1) *O. c.*, n. 470.
(2) *O. c.*, n. 554.
(3) *O. c.*, n. 142.

3° *Extra territorium reservantis, etiamsi dumtaxat ad absolutionem obtinendam pœnitens ex eo discesserit.*

Quare parochus proprius suum parochianum, extra diœcesim, a peccatis suo Ordinario loci reservatis absolvere valet. Similiter, confessarius peregrinos absolvere potest a peccatis in proprio eorum diœcesi commissis et ibidem reservatis, idque etiamsi in fraudem reservationis alienam diœcesim petierint ad confitendum. Sed simplex confessarius absolvere nequit a peccatis in diœcesi reservatis peregrinum qui hujusmodi peccata confitetur, etiamsi si in alia diœcesi ea commiserit ibique non reserventur.

Ad IIum.

Solutio pendet a controversia exposita sub 2°/ β/.

Qui tenent sententiam severiorem, indirecte absolvunt a reservatis pœnitentem qui quidem redire potest ad confessarium, sed pro quo urget hic et nunc danda absolutio. Porro, juxta illos urgentia obtinet, si periculum scandali aut infamiæ est in mora, ac etiam forte, quando durum est pœnitenti remanere in peccato mortali per tempus necessarium ad facultatem petendam.

Secundum benignioris sententiæ patronos, cum censeant simplicem confessarium in casu urgentiori posse a reservatis absolvere *directe*, negant recurrendem esse ad absolutionem indirectam, quæ, uti aiunt, perspecta *hodierna* Ecclesiæ disciplina, vitanda est.

V. Coucke.

V.

Paus Honorius en het monothelisme.

V. *Welke houding nam Paus Honorius aan tegenover het monothelisme ?*

A. — 1/ *Aanleiding.* — De leer van het monothelisme door Sergius van Constantinopel opgesteld, en met veel bijval door Cyrus bisschop van Alexandrië voorge-

houden, gaf te veel toe aan de ketters om geen opspraak te verwekken (1). De eerste die verzet aanteekende was een monnik uit Palestina, Sophronius, vermaard om zijn geleerdheid en zijn heilig leven, en die destijds te Alexandrië verbleef. De nieuwe geloofsformule kwam hem voor als een verfijnde vorm van het monophysisme. Daar zijn protest echter geen gehoor vond bij Cyrus, wendde hij zich tot Sergius, die, niet zonder weerzin, erin toestemde de uitdrukking μία ἐνέργεια uit de formule weg te laten.

Kort daarop werd Sophronius tot patriarch van Jerusalem verkozen (633 of 634), en moest hij volgens het bestaande gebruik zijn verheffing aan de andere patriarchen en aan den Paus kenbaar maken. De sluwe Sergius, vreezende dat de jonge bisschop in zijn synodaal schrijven de kwestie van het opkomend monothelisme niet onvermeld zou laten, richtte zich dan ook dadelijk tot Rome, en deed den Paus een uiteenzetting der zaken geworden, die zekerlijk ver van onpartijdig was (2). Met veel lof en niet minder overdrijving werden de weidsche plannen van keizer Heraclius, en de welgeslaagde pogingen van Cyrus beschreven. Wilde men Sergius gelooven, dan zou men gaan denken dat de ketters van geheel Egypte, dank zij de nieuwe geloofsformule reeds allen tot de moederkerk waren teruggekeerd. Ook de ongewenschte tusschenkomst van Sophronius wordt vermeld en in een ongunstig daglicht gesteld. De monnik komt voor als een ruststoorder en een halsstarrige. Men heeft hem teksten uit de Vaders gevraagd die zijn beweringen zouden staven, en niets heeft hij kunnen aanbrengen : « ille autem hoc facere penitus non valuit » (3).

---

(1) Zie hierboven, bl. 147. Voor de bibliographie zie bl. 143, n. 1.

(2) De brief van Sergius aan Paus Honorius is te vinden bij Mansi, *Conc. ampliss. coll*, XI, 530 ss., of Hardouinus, *Coll. concil.*, III, 1311 ss.

(3) Het is klaar dat Sergius overdrijft. — Sophronius heeft later een verzameling van teksten opgesteld ten voordeele van het dyothelisme, maar die is thans verloren (Cfr Hefelé-Leclercq, *Histoire des Conciles*, III, 1, p. 345, n. 1).

Om wille van den vrede, en ook omdat het beter is alle nieuwigheden in zake geloof te vermijden, is men het eens geworden, voortaan noch van één noch van twee energiën te spreken. Toch besluit de slimme patriarch met zijn eigen gedachten vooruit te schuiven, en tracht te bewijzen dat het beter is ééne energie te aanvaarden, aangezien men anders twee tegenstrijdige willen in Christus zou plaatsen (1).

2/ *De tusschenkomst van Paus Honorius.* — Het schrijven van Sergius bereikte zijn doel. De toenmalige Paus was Honorius, een begaafd man, volgens het getuigenis van een zijner tijdgenooten : « Sagax animo, vigens consilio, doctrina clarus, dulcedine et humilitate pollens » (2). Waren het misschien deze twee laatste hoedanigheden, die den Paus beletten den list van Sergius te ontdekken, en de gewichtigheid van den toestand te vatten ? Dat is mogelijk Het antwoord van Honorius bleef niet lang uit.

Laten we een oogenblik stil staan bij dit belangrijk dokument (3). Volgens den Paus heeft Sophronius ongelijk gehad met den vrede te komen storen ; integendeel, het bekeeringswerk door Sergius en Cyrus aangevat, moet geprezen : « Scripta fraternitatis vestræ suscepimus per quæ contentiones quasdam et novas vocum quæstiones cognovimus introductas per Sophronium quemdam... adversus fratrem nostrum Cyrum Alexandriæ antistitem unam operationem Domini nostri Jesu Christi conversis ex hæresi prædicantem ».

Wat de leer zelf betreft, die kan samengevat als volgt :

a/ In Christus zijn twee naturen, volledig en ongeschonden, en op een wonderbare wijze vereenigd ; het H. Evangelie zelf leert ons : « quod divinitati unita est

---

(1) Sergius gaf daardoor blijk van zijn gemis aan klare begrippen, zie hierboven, bl. 146.

(2) Jonas, *Vita s. Bertulphi*, bij Baronius, *Annales*, ad ann. 626, n. 39.

(3) Mansi, *o. c.*, XI, 538 sq. ; Hardouinus, *o. c.*, III, 1319 sq.

caro passibilis ineffabiliter atque singulariter, ut discrete atque inconcusse sic indivise videretur conjungi, ut nimirum stupenda mente mirabiliter manentibus utrarumque naturarum differentiis cognoscatur uniri ».

b/ Eén wil nochtans belijden we in Christus, omdat in Hem de menschelijke natuur vrij is geweest van alle ongeregeld verlangen : « Unde (1) et unam voluntatem fatemur Domini nostri Jesu Christi, quia profecto a divinitate assumpta est nostra natura non culpa, illa profecto quæ ante peccatum creata est, non quæ post prævaricationem vitia... Non lex alia in membris aut voluntas diversa non fuit vel contraria salvatori, quia super legem natus est humanæ conditionis ».

c/ Eindelijk, wat de ἐνέργεια aangaat, is het best noch van ééne noch van twee werkdadigheden te spreken, aangezien daarover niets bepaald werd door h. Schrift noch door conciliën : « non oportet ad dogmata hæc ecclesiastica retorquere ».

Eenigen tijd later kwam het synodaal schrijven van den patriarch Sophronius te Rome toe, met een nauwgezette uiteenzetting van den leer over de twee werkdadigheden. Maar Honorius was reeds voorgoed voor den vrede gewonnen, en in een tweede brief van Sergius verzocht hij nogmaals beide partijen het twistpunt van de energiën totaal van kant te laten (2). De vreedzame paus stierf drie jaar later in 638.

Besluit : Het zou met de geschiedenis strijdig zijn Honorius van ketterij te beschuldigen (3). Bij hem is er

(1) Dit « unde » verzendt naar de wonderbare vereeniging van godheid en menschheid, waarvan er zooeven spraak was in den aangehaalden tekst, en schijnt dus te beteekenen : Aangezien God een menschelijke natuur heeft aangenomen, kan deze laatste niet onvolmaakt zijn noch zondig ; in Christus is dus maar één wil (sensu morali). Cfr HEFELÉ LECLERCQ, *o. c*, III, 1, bl. 361.

(2) MANSI, *o. c.*, XI, 579. en HARDOUINUS, *o. c.*, III, 1351, (alleen twee fragmenten).

(3) Hefelé, die in de eerste uitgaaf van zijn *Conciliengeschichte* Honorius van ketterij verdacht, heeft « na grondig onderzoek » zijn zienswijze in zijn tweede uitgaaf veranderd (Cfr HEFELÉ-LECLERQ, *o. c.*, III, 1, p. 357).

enkel spraak van éénen wil in den zedelijken zin. Hij is ook niet de leer van de ééne energie toegedaan zooals Sergius ; trouwens over geheel die kwestie van de werkdadigheden in Christus wil hij niet de minste uitspraak doen. Door de fraaie woorden van den sluwen Sergius bedrogen, en door het schitterend vooruitzicht van den terugkeer der ketters verblind, zag hij het kwaad niet in, dat schuilde onder de verzoeningsformule. Zijn vredelievendheid zelf was het, die hem, buiten zijn beste weten, onrechtstreeks deed medewerken aan de opkomende dwaalleer. Dit werd hem later zoo zeer ten kwade geduid, dat zijn naam met het « Anathema sit » werd onteerd (1).

A. Dondeyne.

VI.

De tempore ministrandi s. communionem

Q. *Quibusnam diebus et horis licet ministrare s. Communionem ?*

R. — Ad quaestionem respondent sequentes rubricæ quæ, non in præcedentibus, sed in ultima Ritualis Romani editione typica, tit. IV, c. 1, n. 16, inseruntur et ad verbum desumptae sunt ex Codicis can. 867. In his agitur 1/ de die, 2/ de hora :

1/ « Omnibus diebus licet sanctissimam Eucharistiam distribuere.

« Feria tamen VI majoris hebdomadae solum licet sacrum Viaticum ad infirmos deferre.

« In Sabbato Sancto sacra communio nequit fidelibus ministrari nisi inter missarum solemnia vel continuo et statim ab iis expletis.

2/ « Sacra communio iis tantum horis distribuatur quibus Missæ sacrificium offerri potest, nisi aliud rationabilis causa suadeat.

---

(1) Zulks gebeurde vooral in de VIe algemeene kerkvergadering (680-681). Over den juisten zin van deze veroordeeling zullen we het hebben in het volgende antwoord.

« Sacrum tamen Viaticum quacumque diei aut noctis hora ministrari potest » (1).

Prænotamen. S. Communio eucharistica, etiam extra Missam suscepta, natura sua intrinsecam semper servat relationem cum Missæ sacrificio : ab eo ortum habet et ejus est aliquatenus complementum ; unde etiam per multa sæcula regulariter nonnisi in missa ministrabatur ; postea tamen invaluit usus ut sæpius distribueretur extra missam.

Ex his logice sequitur dies et horas in quibus licet celebrare esse etiam tempus *normale* ministrandi s. Communionem, cum aliqua tamen majori libertate ex posteriori usu nata.

I. **Quibusnam diebus ?**

A. *Regula* est : « omnibus diebus licet ». Pariter statuit canon 820 : « missæ sacrificium omnibus diebus celebrari potest, exceptis iis qui proprio sacerdotis ritu excluduntur (2) ».

B. *Restrictiones.* 1/ *Feria VI in Parasceve,* sicut non celebratur sacrificium, ita etiam non licet in ecclesia distribuere s. Communionem. (3) A qua prohibitione excipitur, ut sponte intelligitur, sacrum Viaticum, quod quavis die ac hora ministrari potest. Non videtur dubitandum rationem hujus exceptionis esse præceptum recipiendæ communionis, quo tenentur fideles in periculo mortis (can. 864). Ergo non licet in Parasceve deferre Viaticum ex devotione ad infirmos qui illud jam ex præcepto receperunt.

2/ *Sabbatum Sanctum* olim stricte et aliquo sensu etiam hodiedum est dies aliturgica, seu dies in qua Missa non

---

(1) Cfr F. M. Cappello. *Tractatus canonico-moralis de sacramentis,* 1, nn. 430-441.

(2) In ritu ambrosiano omnes feriæ sextæ per Quadragesimam sunt aliturgicæ, seu in eis non celebratur Missa, sed non prohibetur s. Communio.

(3) C. Gennari Card., *Questions de mor. de droit can., de liturgie,* trad. Boudinhon, IIIe partie, t. II, 62-67 : Est-il permis d'administrer la communion le vendredi-saint ?

celebratur. Officium enim quod hodie in sabbato agitur primis sæculis celebrabatur in nocte, ita ut Missæ sacrificium in mane diei dominicæ offerretur. Pedetentim autem cœpit illud officium anticipari, adeo ut nunc in mane sabbati jam celebretur missa quæ est proprie resurrectionis seu diei sequentis. Antiquiori ergo disciplinæ aliquantum mitigatæ conformis est rubrica hodierna :

« S. Communio *nequit* fidelibus ministrari » [en regula fundamentalis] nisi [ponitur nempe duplex exceptio] *a*) inter Missarum sollemnia vel *b*) continuo ac statim ab iis (sollemniis) expletis ».

Ex modo loquendi apparet necessariam poni connexionem inter s. Communionem distribuendam et celebrationem Missæ quæ in Sabbato Sancto unica permittitur.

In ecclesiis itaque ubi Missa non celebratur, s. Communionem dispensare non licet. In ecclesiis autem ubi celebratur, *a*/ non licet *ante* Missam; *b*/ licet vero *in* Missa, h. e. ad Communionem, vel statim *post* Missam « continuo ac statim a missarum sollemniis expletis ».

His ultimis verbis certe non indicatur, quod quidam tamen putant (1) totum tempus antemeridianum inde a fine missæ. Decreto enim 28 apr. 1914, ad II, declaraverat s. Rit. Cong. licere « inter missarum solemnia s. Eucharistiam distribuere, et *etiam expleta Missa* » (2), quæ ultima verba poterant habere supradictam significationem; sed ex industria significatio restricta est, additis verbis « *continuo et statim* ab expleta . ». Ergo non pluries ante meridiem sed semel et ita quidem ut communio sit missæ nexu continuo conjuncta.

Finita enim Missa, celebrans (vel alius sacerdos) in superpelliceo a loco in quo servabatur ss. Eucharistia, eam defert ad tabernaculum, et tunc licet distribuere

---

(1) Cfr *Ephem. Liturg* , XXXIII (1919). p. 295 298.
(2) *Collat. Brugen.*, XIX, p. 487.

s. Communionem fidelibus in ecclesia et forte etiam deferre ad infirmos eodem tecto conclusos (1).

Notatu dignum est citatum decretum a. 1914 declarasse: « inter Missarum sollemnia *et etiam* expleta Missa »; Codex autem hæc verba mutavit in « ...*vel*... » Unde concludendum videtur *semel* tantum et non bis licere s. Communionem ministrare, h. e. *vel* in Missa, *vel* immediate post Missam. (2) Nonnulli tamen auctores, non attendentes ad verbum *vel*, æstimant utrumque licere: *et* in Missa *et* immediate post Missam.

Si quæratur *quare Missæ sacrificium non celebretur* in Parasceve, solent auctores unanimiter allegare rationem convenientiæ quam s. Thomas ita exponit: « Veniente veritate, cessat figura... et ideo in die quo ipsa passio dominica recolitur prout realiter gesta est, non celebratur consecratio hujus sacramenti » (3). Sed hujusmodi rationes congruentiæ in liturgia solent inveniri ad explicandum usum jam existentem. Et ratio minus congruit Sabbato Sancto, in quo olim etiam non celebrabatur. Testatur enim Papa Innocentius I (401-417), *Epist. ad Decentium Eugubinum*, XXV, c 2, « Apostolos in tantum jejunasse biduo memorato, ut traditio Ecclesiæ habeat isto biduo sacramenta penitus non celebrari ».

Quærenda est igitur ratio quæ conveniat utrique diei et antiquitati. Hæc autem est *disciplina antiqua jejunii*. Novimus enim — vide v. g. textum citatum Innocentii - in primitiva Ecclesiæ biduum ante dominicam resurrectionis fuisse sanctificatum jejunio stricto et solemni, quod nempe a feria VI protrahebatur absque interruptione per totum sabbatum et solvebatur tantum ad missam matutinam dominicæ Paschatis. Jamvero missa nunquam celebrabatur jejunio durante sed tantum in fine jejunii ad illud solvendum. Iejunium enim naturale aequo passu gradiebatur ac jejunium eucharisticum. Testatur Tertullianus quod « statio [seu jejunium] solvenda sit accepto Corpore Domini » (*De orat.*, 19). Ideo

---

(1) A. Vermeersch, J. Creusen, *Epitome juris can.*, t. II, n. 136, Brugis, 1927.

(2) Th. Van Oppenraaij, *Het uitreiken der H. Communie op Paaschzaterdag*, *Nederlandsche Kathol. Stemmen*, 1920, p. 112-117.

(3) *Sum. theol.*, III, q. 83, a. 2, ad 2.

missam semper celebrabant diebus jejunii ad horam — post meridiem vel ad vesperam — qua jejunium solvebatur; in Parasceve autem et Sabbato Sancto, quia jejunium erat ininterruptum, missa penitus non celebrabatur.

II. **De hora distribuendi s. Communionem.**

A. *Tempus normale* est totum illud quo licet celebrare Missam. Hoc autem determinatur canone 821, § 1: « Missæ celebrandi initium ne fiat citius quam una hora ante auroram (1) vel serius quam una hora post meridiem ».

1) Quod si quis obtinuerit *privilegium* anticipandi vel serius celebrandi, hoc censetur etiam extendi ad s. Communionis distributionem.

2) Quum autem in *Nativitate Domini* media nocte inchoari possit Missa conventualis aut parœcialis, vel etiam, in religiosis domibus, prima ex tribus ritualibis Missis (can. 821, § 2, 3), eodem tempore etiam distribui potest s. Communio.

3) *Feria V in Coena Domini*, peracta hujus diei functione, jam non licet aliam Missam celebrare. Ceterum rubrica Missalis hoc die dicit: « sacerdos reservat etiam aliquot particulas consecratas, si opus fuerit, *pro infirmis* ». Et particulæ consecratæ reconduntur in sacristia.

Ex quibus merito concludunt auctores et praxis communis s. Communionem jam non esse distribuendam *sanis* in ecclesia, post Missam hujus diei, in qua omnes, etiam clerici et sacerdotes, invitantur ad communicandum de manu celebrantis, ad expressius imitandum quod factum est in ultima Cœna (2).

B. *Extenditur* ultra tempus Missæ celebrandæ facultas

---

(1) Aurora est momentum quo, ante solis ortum, prima claritas in terra apparet. Diversum est illud momentum pro diveris locorum latitudinibus et anni temporibus. Astronomice determinatur. Vide tabulam nostris regionibus congruentem. ap. De Herdt, *S. Liturg. praxis*, I, n. 102.

(2) Si tamen aliquis s. Communionem peteret immediate post officium ejusdem diei, antequam s. pyxis ad sacristiam deferatur, non esset cur pio desiderio non fieret satis.

ministrandi s. Communionem, si hoc « rationabilis causa suadeat ».

Hæc causa attendi potest tam ex parte communicantium quam ex parte ministri. Nec debet esse gravis, ut esset impossibilitas physica aut moralis, sed sufficit incommodum alicujus momenti, iter suscipiendum, major commoditas aut devotio. Nunquam ergo s. Communione privandus esset, qui eam jejunus peteret diu post meridiem.

Tandem « *s. Viaticum* quacumque diei aut noctis hora ministrari potest ». Hæc tamen componenda sunt cum alia rubrica Ritualis, IV, IV, 13 : « *noctu* autem hoc Sacramentum deferri non debet, nisi necessitas urgeat ». Quæ facile conciliantur quatenus s. Viaticum *praeceptum* semper permittitur noctu deferri, quia ipsum præceptum periculo mortis innixum de se est necessitas ; Viaticum autem *ex devotione* non licet noctu ministrare.

C. Callewaert.

De Laudibus matutinis

(Sequitur. — Cfr *Collat. Brugen.*, supra, p. 152).

Capitulum. Psalmos immediate subsequitur brevis lectio, quam *capitulum* vocare solemus. Tam in romanis quam in monasticis breviariis etiam antiquis est : in die dominica jubilans exclamatio laudis ex Apocalypsi (VII, 12) desumpta : *Benedictio et claritas...*, in feriis autem est magis practica invitatio alludens ad horam diei, ex epistola ad Romanos (XIII, 12-13) : *Nox praecessit dies autem...* Illi textus breves adæquate respondent præscriptioni *Regulae* : « Dominico die... lectio de Apocalypsi una ex corde » (c. XII) ; « diebus autem privatis..: lectio una Apostoli memoriter recitanda » (c. XIII).

Notatu omnino dignum est s. Benedictum hic breviter sed dilucide determinare numerum lectionum : « unam » ; fontem textus : « de Apocalypsi », « Apostoli » ; tandem modum recitationis : « ex corde », « memoriter ». Indicans autem capitulum ad Parvas Horas, simpliciter dicit (c XVII) : « lectio » sine addito. Ex quo discrimine videtur potius concludendum capitulum in officio romano fuisse ignotum ad Laudes sed usitatum ad Parvas Horas. Verum huic conclusioni obstare videtur Amalarius qui diserte commemorat capitulum ad Laudes tum dominicales quam feriales (1). Item in fragmentis antiphonarii gallicani a R. P. G. Morin (2) edito legitur textus capituli ad Laudes tum festi Purificationis (p. 344) tum temporis passionis (p. 351).

Unde solent auctores habere capitulum ad Laudes tanquam elementum constitutivum antiqui officii romani (3).

Verum capitulum non fuisse ab initio admissum in officio romano elucet ex attenta lectione *Ordinis officiorum ecclesiae Lateranensis*. Multis enim locis adamussim determinantur tria capitula, ad Tertiam, Sextam et Nonam; nullum autem verbum occurrit de capitulo sive ad Laudes sive ad Vesperas. Una datur exceptio, ubi nempe agit auctor (n. 4) de officio B. Mariae Virginis : sed notissimum est adventitium illud offiicium fuisse recentioris introductionis. Unde concludimus officium romanum tempore s. Benedicti nondum habuisse capitulum ad Laudes (et Vesperas). Primus illud induxit s. Benedictus. Subsequenti autem tempore capitulum ex officio monastico assumptum est in officium romanum et ab Urbe transmigravit in Galliam et per totum Occidentem.

Hæc admissio capituli ad Laudes et Vesperas satis cito facta fuisse videtur saltem in officio basilicæ s. Petri.

---

(1) *De ord. antiph.* 2; *6; De eccl. offi.* IV, 7; 9.
(2) *Revue Bénédict.*, t. XXII (1905), p. 327-356.
(3) P. Batiffol, *Hist. du Brév. rom.*, p. 113; 129.

Hoc enim officium translatum est sæc. VI-VII in Angliam. Jamvero Beda Venerabilis (673-735) jam testatur « morem inolevisse pulcherrimum, ut per *singulas divinæ psalmodiæ* horas [intellige diurnas] lectio una de Veteri sive de Novo Testamento, cunctis audientibus ex corde dicatur... sed *nocturnis horis* cum a laboribus cessatur operum, liberæ auditui lectionum divinarum aures accommodentur ». (1)

Item jam admissum fuisse capitulum ad Laudes in Gallia ante reformationem Pipini elucet ex supra citato antiphonario. In basilica autem Lateranensi nondum erat introductum sæculo XII.

Mirantur nonnulli, et merito quidem, cur in festis soleat idem capitulum ter repeti, ad Laudes nempe, ad Vesperas et ad Tertiam. Ex dictis, ni fallamur, elucet responsum: ad capitula nova Laudibus et Vesperis inserenda secuti sunt viam faciliorem, assumendi nempe capitulum jam recitatum ad Tertiam. Et eo magis pronum erat ita agere, quod in festis soleant tria capitula desumi ex epistola missæ: ad Tertiam legitur initium epistolæ, ad Nonam sumitur finis, et ad Sextam, aliqua phrasis intermedia. Sed interdum epistolæ sunt adeo breves ut pro quinque diversis capitulis vix esset sufficiens materia (2).

Responsorium post Capitulum a *Regula* præscribitur uno verbo, absque ulla determinatione. Et tamen hodiedum illud deest in breviario romano, et expresse excluditur ab Amalario (3). Si autem textum hujus responsorii tum in dominicali aut feriali officio, tum etiam in antiquissimis solemnitatibus inspiciamus, apparet ratio concinnitatis s. Benedicti. Solet enim esse textus responsorii brevis quod in officio romano cantatur ad

---

(1) *In Ezram allegoricæ exposit.*, lib. III, c. 28.

(2) In dominicis Passionis et Palmarum tribus capitulis exhauritur tota epistola. In festo s. Joannis apostoli de epistola vix aliquid superest.

(3) *De eccles. off.*, IV, 7 (MPL, CV, 1180).

Tertiam. S. Benedictus, probabiliter ad simplificandas Parvas Horas, suppressit responsoria brevia ad Tertiam, Sextam et Nonam (c. XVII) et quum indigeret responsorio ad Laudes (et ad Vesperas) transtulit responsorium Tertiæ ad Laudes (et generatim responsorium Sextæ ad Vesperas).

Romani, ut vidimus, post s. Benedictum admiserunt ad Laudes (et Vesperas) Capitulum Benedictinum. Quæri potest cur neglexerint accipere etiam responsorium, quum in liturgia romana tam in missa quam in officio lectionibus soleat adnecti responsorium aliquod. Responsum, ni fallamur, sequitur ex dictis. Responsorium benedictinum Laudum jam habebant Romani ad Tertiam. Ne ergo bis idem cantarent aut ne nova componere deberent, maluerunt servare Capitulum sine responsorio. Addi tamen potest nonnullas ecclesias, texte Amalario, admisisse responsorium post Capitulum Vesperarum. (1)

Ambrosianum juxta *Regulam* cantatur immediate post Capituli responsorium. Quo nomine intelligit s. Benedictus *hymnum* vel al ipso s. Ambrosio vel saltem ad normam metri ambrosiani compositum. (2)

---

(1) *De eccles. off.*, IV, 7 (MPL, CV, 1180): « Audivi olim responsorios apud quosdam post lectionem ***vespertinalem***, qui continentur in aliquibus antiphonariis; sed apud nonnullos modo ac pene omnes, post lectionem sequitur conjunctim versus. Saepe enim revolvi apud me, si cantari oportet responsorium post lectionem ***vespertinalem***, quare non simili modo decantetur post lectionem ***matutinalem*** » ?

(2) Hymnum in Vigilia, Laudibus matutinis et vesperis vocat s. Benedictus semper « ambrosianum » sine addito; ad Parvas autem Horas et ad Completorium præscribit « Hymnum ejusdem Horæ ». Unde concludit c. l. Blume (*Der Cursus s. Benedicti*, p. 31) a s. Benedicto priores hymnos, non vere ceteros ipsi s. Ambrosio auctori adscribi. Sed alia videtur nobis esse diversæ denominationis ratio. Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nonæ et Completorio assignantur hymni proprii ***immutabiliter iidem***, qui sine allusione ad diem aut festum determinatum, compositi sunt ***intuitu solius horæ diei*** in qua cantandi sunt. Unde individuatim et adæquate denominantur singuli : hymnus ejusdem Horæ. Sed non ita ad Horas majores, in quibus hymni mutantur pro diversitate dierum et festorum: his igitur convenit denominatio magis generica, qualis erat « ambrosianus », Hoc enim nomine designare solebant quosvis hymnos ad imitationem metri et modi s. Ambrosii compositos.

Ceterum proprium est hymnis ut sint compositi vel adaptati intuitu determinatæ Horæ vel festo, adeo ut de eorum usu nullus detur ambigendi locus.

Quamvis hymni in monasteriis etiam Urbis et forte in nonnullis ecclesiis fuissent in usu, in præcipuis tamen basilicis Urbis et in officio stricte romano, non fuerunt admissi ante sæculum XII

Versus in Regula ad singulas Horas præscribitur, quin unquam ulla addatur determinatio. Censendum ergo est s. Benedictum versum simpliciter ex usu romano assumpsisse. Et revera omnes officii romani fontes versum similiter commemorant et solet esse idem textus in utroque officio : die dominica *Dominus regnavit*, in feriis autem *Repleti sumus mane.*

Notat tamen Amalarius, *De ord. antiph.*, VI (MPL, CV, 1254 s.) : « Nostra provincia solita est per omnes quotidianas noctes canere in isto ordine semper versum *Repleti sumus mane misericordia tua.* In romano vero antiphonario inveni plures. Idcirco cœpit ex hoc canere versum matutinis *Domine meditabor in te* per secundum feriam et tertiam ; *Repleti sumus mane misericordia tua* per quartam et quintam feriam ; *Auditam fac mihi mane* per sextam et septimam ».

Canticum de Evangelia est locutio satis indeterminata quæ ter in *Regula* occurrit : in cap. XII et XIII de Laudibus, ubi designat *Benedictus* et in cap. XVII de Vesperis ubi exprimit *Magnificat.* Uno tantum verbo specificatur canticum « de Evangelia », eodem modo quo supra indicaverat cantica consuetudinaria « ex Prophetis ». Merito ergo concludere licet etiam hæc duo cantica Novi Testamenti esse in usu – sicut cetera de Laudibus in officio romano. Si esset praxis quædam nova, sine dubio dixisset Regula « canticum Zachariæ » et « canticum Mariæ » vel aliquid simile, sicut supra dixerat « canticum Deuteronomium » (c. XIII). Praxis nova a s. Benedicto inducta est usus canticorum in tertio nocturno domini-

cali. Et ecce quanta cura determinet: « tria cantica de « Prophetarum » quæ instituerit abbas; quæ cantica cum « Alleluia » psallantur » (c. XI), Apparet ergo *Benedictus* et *Magnificat* fuisse in usu officii Romani ante s. Benedictum.

Canticum *Benedictus* tum ob generale suum argumentum, tum ob verba *Illuminare his qui in tenebris*... omnino convenit orationi matutinæ. Unde in antiqua liturgia matutina latissime sparsum est. In liturgia gallicana et in mozarabica cantabatur in principio missæ, ubi postea locum cessit hymno *Gloria in excelsis*. In antiphonario Bangor ponitur in Laudibus; in ritu ambrosiano, ad initium Laudum, sed in officio pro defunctis ad finem. In Oriente ecclesia Græca mane quotidie cantare consuevit *Benedictus* et *Magnificat*, Armeniaca vero in unum conjungebat tria cantica evangelica. Hæc admisit etiam Ecclesia Romana, sed sicut distribuit septem cantica Veteris Testamenti in singulos dies hebdomadæ, ita assignavit singula cantica evangelica tribus diversis Horis officii quotidiani: *Benedictus* ad Laudes, *Magnificat* ad Vesperas et *Nunc dimittis* ad Completorium. Duo priora « cantica de evangelia » ex usu Romano assumpsit S. Benedictus, non vero tertium.

(Continuabitur). C. CALLEWAERT.

Acta SS. Congregationum

E S. Congr. Rituum

Decreto *Ordinis cleric. regular. a Somascha*, diei 14 martii 1928 (1), sanctus **Hieronymus Æmiliani** « orphanorum et derelictæ juventæ Patronus universalis electus et declaratus est ».

Simili decreto, *Dioec. et Vicariatuum apostolic. in missionibus*, diei 14 dec. 1927 (2), **s. Teresia ab Infante Jesu** declaratur « peculliaris missionariorum omnium, sive virorum sive mulierum, necnon missionum in toto orbe existentium Patrona æque principalis cum s. Francisco Xaverio, cum omnibus juribus et privilegiis liturgicis quae huic titulo conveniunt ».

Decretum *Urbis et Orbis*, diei 14 mart. 1928 (3), ejusdem **s. Teresiæ** « missam propriam jam pro Carmelitarum Excalceatorum Ordine approbatam ad universam extendit Ecclesiam ; et ut juxta rubricas lectiones tertii nocturni evangelio Missæ conformes sint relatas superius lectiones in officio ejusdem beatæ virginis inserendas esse decrevit » (4).

Decretum *Urbis et Orbis*, diei 14 mart. 1928, « *officium et missam*, necnon elogium in Martyrologio romano inserendum sancti **Joannis Baptistæ Mariæ Vianney**, confessoris, approbat et ab universali Ecclesia adhibendum concedit » (5).

---

(1) *Acta Apost. Sedis*, XX (1928), p. 147.

(2) *Ibidem*, p. 147.

(3) *Ibidem*, p. 153.

(4) Missa quæ incipit *Veni de Libano* et habet evangelium Matth., XVIII, 1-4 : *Accesserunt discipuli*, exhibetur, una cum officio, apud *Acta Apost. Sedis*, XX (1928), pp. 148-153.

(5) *Acta Apost. Sedis*, XX (1928), p. 156. Est missa *Os justi*, cum oratione propria. Oratio et lectiones propriæ secundi nocturni exhibentur apud *Acta Apost. Sedis*, XX (1928), p. 154 ss. In tertio nocturno lectiones de Communi primo loco. — Præfata officia prostant in domo editrice C. Beyaert, Brugis.

E S. Pœnitentiaria Apostolica

(OFFICIUM DE INDULGENTIIS)

Pius XI, 1 junii 1928 (1), sequentes indulgentias in perpetuum adnexuit actui reparationis, seu precationi piaculari ad ss. Cor Jesu, adjecto litteris encyclicis *Miserentissimus Redemptor :*

1/ *In die festo ss. Cordis Jesu :* indulgentiam 7 annorum et totidem quadragenarum pro fidelibus qui recitationi laudati actus cum litaniis ss. Cordis Jesu coram ss. Sacramento solemniter exposito, in qualibet ecclesia aut oratorio, etiam (pro legitime utentibus) semi publico, adstiterint, vel indulgentiam plenariam, si præterea confessionem peregerint et s. communionem susceperint.

Supprimuntur autem similes indulgentiæ quæ pro actu solemnis dedicationis humani generis ss. Cordi Jesu ad libitum eliciendo concessæ fuerant.

2/ *Quovis tempore et pro quavis recitatione* ejusdem actus reparationis, indulgentiam 300 dierum ; plenariam autem semel in mense, pro quotidiana recitatione per integrum mensem, cum confessione, communione et ecclesiæ aut publici oratorii visitatione (2).

---

(1) Cfr *Acta Apost. Sedis*, XX (1928), p. 207.

(2) Ex successivis documentis romanis concludendum est indulgentiam 7 annorum et totidem quadragenarum, vel indulgentiam plenariam, de quibus in textu sub 1/, deinceps acquiri posse hinc in festo Christi Regis pro renovatione dedicationis generis humani ss. Cordi Jesu, inde in festo ss. Cordis Jesu pro actu reparationis, adhibita in utroque casu formula a Pio XI præscripta. Utrique autem huic formulæ quovis tempore et quovis modo usurpatæ adnexa est 1. indulgentia 300 dierum toties quoties, et 2. indulgentia plenaria semel in mense pro recitatione quotidiana, additis, pro actu consecrationis, suetis conditionibus, pro actu vero reparationis, confessione, communione et visitatione, ut in textu sub 2/ dicitur.

E Pontificia Commissione ad can. cod. authentice interpretandos

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA (1)

I. — De forma celebrationis matrimonii

D. An canon 1098 ita intelligendus sit ut referatur tantum ad physicam parochi vel Ordinarii loci absentiam.

R. *Affirmative.*

II. — De matrimoniis mixtis illicitis

D. An canone 1102 § 1 revocata sit facultas, alicubi a S. Sede concessa, passive assistendi matrimoniis mixtis illicitis.

R. *Affirmative.*

Datum Romæ, die 10 mensis martii anno 1928.

Adnotationes. — 1/ Can. 1098 sic sonat : « *Si haberi vel adiri nequeat sine gravi incommodo parochus* vel Ordinarius vel sacerdos delegatus qui matrimonio assistant ad normam canonum 1095, 1096 : 1° in mortis periculo validum et licitum est matrimonium contractum coram solis testibus ; et etiam extra mortis periculum, dummodo prævideatur eam rerum conditionem esse per mensem duraturam ; 2° in utroque casu, si præsto sit alius sacerdos qui adesse possit, vocari et, una cum testibus, matrimonio assistere debet, salva conjugii validitate coram solis testibus ».

Verba « *si haberi vel adiri nequeat sine gravi incommodo parochus* » authentice interpretatur pontificia commissio et docet verba illa stricte esse interpretanda de sola *physica* parochi absentia, adeoque tunc tantum esse locum applicationi canonis 1098 quando, propter aliquod

(1) *Acta Apost. Sedis*, XX (1928), p. 120.

grave incommodum, parochus loci (Ordinarius aut delegatus eorum) nequit ipse adire nupturientes et nequit adiri a nupturientibus, ita ut gravi aliquo incommodo impediatur hoc ipsum quod est *convenire*, *præsentia donari* illius qui ad valorem matrimonii consensum nupturientium exquirere et recipere debet.

Quamobrem, statim ac præsentia illa physica sine gravi incommodo obtineri potest, jam non usu venit can. 1098 : speciatim, si incommodum serium obstat, non physicæ parochi præsentiæ, sed *assistentiæ ejus dumtaxat* ad matrimonium celebrandum.

Hac igitur authentica interpretatione dirimitur controversia aliqua, diu agitata (1) de applicatione can. 1098, in casu quo sponsi formalitates civiles (in locis in quibus lex viget anterioritatis matrimonii civilis) adimplere non valent, aut non tempestive, et exinde ab adeundo parocho retinentur, eo quod prohibetur sacerdos, sub gravis pœnalitatis sanctione, quominus nuptiis assistat. Talis casus non fruitur privilegio canonis 1098.

Quod autem attinet naturam incommodi gravis de quo in can. 1098, hæc adverte : *a*/ Non postulatur incommodum commune, *regionale ;* sufficit imo et requiritur ut sit *personale*, ita ut non sufficiat incommodum commune alicui regioni quod, per accidens, non afficeret tales vel tales nupturientes. *b*/ Natura incommodi non determinatur ; postulatur et sufficit quodcunque incommodum æquivalens morali impossibilitati, dummodo, uti diximus, referatur ad physicam parochi absentiam. Sic, obtinet privilegium can. 1098 quando parochi desunt aut facilis ad eosdem et tutus non patet accessus, quando ob persecutionem vel ob alias rationabiles causas non est christianis facilis aditus ad missionarium. Distantia locorum, asperitas viarum, morbus contagiosus incommodum illud causare possunt. Ni fallimur, etiam defectus medii *ordinarii*, quo delegatio a parocho vel Ordinario

(1) Cfr Desmet, *De Matrimonio*, nº 130 ss., Brugis, 1927[4].

competente obtineri possit ; ita ut, si ne litteris quidem ad eos recurri possit, sed sola via telegraphica vel telephonica, juxta multos, locus esset applicationi privilegii. Attamen, si sponsi, deficiente parocho parœciæ in qua hic et nunc degunt, facile adire possent parochum parœciæ vicinæ et ibi matrimonium contrahere, non esset privilegio locus. Similiter non applicatur can. 1098, si, extra mortis periculum, incommodum de quo supra, non prævidetur per mensem duraturum.

2/ Ante codicem, post decretum *Ne Temere*, quod attinet matrimonia mixta illicite, recusatis scil. cautionibus aut spreta vel denegata dispensatione, celebranda, de venia S. Sedis tolerabatur in aliquibus Germaniæ, Austriæ et Hungariæ regionibus, parochi assistentia *passiva*, quando sacerdos ad eam cogebatur, vel quando timebatur ne ex denegata assistentia plura matrimonia celebrentur coram ministro acatholico. Matrimonia extra illas regiones cum assistentia *passiva* celebrata erant *invalida* (Decretum S. C. S. Off., 2 aug. 1916), obstante impedimento clandestinitatis.

Inde a Codice, præscripto can. 1102, § 1 « in matrimoniis inter partem catholicam et partem acatholicam interrogationes de consensu fieri debent secundum præscriptum can. 1095, § 1, n° 3 », i.e. parochus debet exquirere et excipere consensum, adeoque non sufficit assistentia *passiva* parochi, idque *universim*, abrogata scil. exceptione olim facta pro regionibus Germaniæ, Austriæ et Hungariæ supra dictis. Id jam declaraverat S. C. S. Officii in decreto 26 nov. 1919, quod tamen decretum in Act. Apost. Sedis non est insertum ; *authentice* nunc idipsum declarat præsenti responso commissio pontificia.

V. Coucke.

Consultatio

Quæritur : *quum ab Episcopo Brugensi duæ nunc expresse injungantur collectæ imperatæ*, 1/ *quonam ordine sint dicendæ* : 2/ *utrum una — et quænam — possit omitti in missis quæ habent aliunde jam tres orationes ;* 3/ *an una — et quænam — possit aut debeat substitui orationi ad libitum ?*

Responsum ad I clare indicatur in *Additiones et Variationes in rubricis Missalis*, tit. VI, n. 5, et in Prænotandis Calendarii nostri liturgici, p. 17 (1).

Ambæ collectæ sunt communes seu non pro re gravi. Collecta Pro peregrinantibus, *Adesto Domine*, desumitur ex *Missa votiva pro peregrinantibus et iter agentibus* ; imperata vero Pro quacumque necessitate, *Deus refugium* ponitur inter « *Orationes diversæ* », n. 12. Et ex rubrica superius indigitata ea quæ desumenda est « ex missis votivis diversis » præcedere debet illam quæ desumitur « ex orationibus quæ in fine Missalis habentur ». Prima ergo est *Pro peregrinantibus ;* secunda vero *Pro quacumque necessitate.*

Ad II. Eadem rubrica (tit. VI, n. 4) statuit : collectæ communes « omitti debent... quoties in Missa, juxta Rubricas, *jam quatuor* dictæ sint Orationes ».

Quamvis verba « juxta rubricas .. quatuor » a quibusdam stricte intelligantur de orationibus quæ præceptive et directe ab ipsis rubricis injunguntur et determinantur, solent tamen auctores ea extendere etiam ad orationes votivas lato sensu, quæ a rubricis quidem ordinantur,

(1) Cfr nostrum *Cæremoniale* (ed. 1928), n. 162, C. 2, b.

sed non directe a rubricis præcipiuntur, quales sunt oratio in commemoratione propriæ ordinationis, collecta de ss. Sacramento (quæ olim in quibusdam adjunctis poterat sed non debebat addi). Et ejusdem generis est imperata, quæ, posito mandato Ordinarii, a rubricis injungitur dicenda.

Si ergo Missa de se habet jam tres orationes, addi debet *prima* ex duabus imperatis, sed secunda est omittenda. Et hoc confirmatur ex eo quod novæ rubricæ intenderunt notabiliter restringere campum collectæ ab Ordinario imperatæ.

Ad III. Ex iisdem Rubricis novis (tit. VI, n. I) « orationi ad libitum pro diversitate temporum assignatæ substitui *potest* collecta, si qua exstet, ab Ordinario imperata ». Est *facultas* concessa celebranti (1), a cujus libitu pendet electio hujus orationis. Ergo potest hic ex imperatis unam — non necessario primam — eligere, vel etiam aliam omnino diversam præferre.

C. Callewaert.

(1) Nisi tamen agatur de « missis cantatis et conventualibus » in ecclesiis ubi adest Capitulum vel Communitas. In his enim « eligitur ad libitum Præfecti Capituli vel Superioris communitatis » (*Addit. et Variationes*, tit. VI, n. 1). Nomine superioris communitatis non intelligitur Parochus.

Notæ bibliographicæ

Bertault, Ph. *Bossuet intime.* Bruges, Desclée, De Brouwer et C°, 1927. — In 8, XI-163 p.

Ce seul titre « Bossuet intime », mais plus encore la table des matières excitent à un haut degré l'intérêt et la curiosité du lecteur. Voyez plutôt la table : I. A la table de M. de Meaux. — II. Dans les jardins de M. de Meaux ou Bossuet et la nature. — III. L'amitié de Bossuet. — IV. Une amitié féminine de Bossuet : Mad. d'Albert. « Comme il y a un Napoléon, il y a un Bossuet de la légende. Au rebours de celui-là, celui-ci y a perdu. On persiste à ne le considérer que campé majestueusement au millieu de son siècle, à la Rigaud, pompeux et superbe, dans une attitude de défi ; c'est le Bossuet des batailles, c'est le grand Bossuet. Pourtant, il y eut le Bossuet de tous les jours, bon, serviable, affectueux, sensible, affable, humain en un mot, tel qu'il se révèle à travers sa correspondance » p. VII. On sait que cette correspondance à été publiée en 15 volumes par les soins de Charles Urbain et E. Levesque. C'est à cette source de première valeur que l'auteur a puisé tous les détails sur la vie intime de Bossuet. Ajoutons qu'en faisant descendre Bossuet de ce piédestal où notre imagination se plaît à le hisser à demeure, tel un stylite, en le faisant vivre comme un humain parmi les hommes, l'auteur n'a en rien diminué cette gloire de l'Église. Quant à l'amitié décrite dans le dernier chapitre, il s'agit de l'amour du père spirituel à l'égard d'une religieuse richement douée par la nature et par la grâce, de cet amour dont il est dit p. 151 : « Les êtres élus de Dieu ne doivent se toucher que comme les lys, par leurs parfums », ainsi que le disait un vieux prêtre, qui refusait de serrer la main d'une de ses pénitentes.

Cayré, F. (A.A.). *La contemplation augustinienne.* Principes de la spiritualité de saint Augustin. Paris, Blot, 1927. — In 8, XII-337 p. — Pr. 20 fr.

Les fils de saint Augustin se préparent à célébrer dignement en 1930 le XVe centenaire de la mort de leur fondateur († 430). Ils font appel à tous les savants qui s'intéressent aux études patristiques pour mettre en pleine lumière, dans une série de monographies, la doctrine du grand Docteur d'Hippone. Le P. Cayré ouvre la série par une étude approfondie de la doctrine mystique de saint Augustin, doctrine qui occupe dans la pensée du grand Docteur une place centrale, et qui doit être considérée comme la plus caractéristique

de son génie et de sa méthode. Faute de remarquer cette importance, beaucoup d'auteurs qui se sont inspirés des œuvres de saint Augustin, ont tronqué sa pensée, s'ils n'ont pas abouti à des erreurs doctrinales, telles l'ontologisme et le jansénisme. Si bien qu'on peut dire que le livre du P.C. constitue une initiation doctrinale à la lecture des œuvres de l'évêque d'Hippone.

Dans une première partie, l'auteur analyse méthodiquement et classe les éléments de la doctrine augustinienne sur la contemplation.

Les trois premiers chapitres indiquent les caractères généraux de la connaissance contemplative : elle est une *sagesse lumineuse*, une *sagesse surnaturelle*, œuvre de l'Esprit Saint dans les âmes, une *connaissance réaliste*, venant d'une certaine expérimentation de Dieu par l'amour. Les trois chapitres suivant, les plus importants, précisent la nature de cette connaissance, en la considérant dans ses éléments essentiels : elle est la connaissance de Dieu produite par l'*image surnaturelle* parfaite, qui est le fruit de la rénovation spirituelle de l'homme ; elle est une certaine *vision de Dieu*, grâce à laquelle l'homme *trouve* Dieu pour *jouir* de Lui ; elle est une *vision médiate*, une vision dans les idées premières de l'esprit humain, illuminées par les rayons de la grâce. Les trois derniers chapitres étudient la contemplation à certains points de vue accessoires : la contemplation suppose normalement une certaine *recherche de Dieu* qui dispose l'âme à recevoir la lumière de la sagesse ; elle est le principe d'une *intelligence spirituelle* très élevée, qui est le prolongement actif de la sagesse contemplative ; enfin elle est le fondement de la *théologie parfaite*, qui est une sagesse active, puisant dans la sagesse surnaturelle et infuse ses plus pures clartés, sans négliger les lumières qu'apporte la raison.

Dans la seconde partie, synthétique, l'auteur met en parallèle la doctrine de saint Augustin et celle de quelques autres grands maîtres de la spiritualité, saint Thomas, sainte Thérèse et saint Jean de la Croix, et compare les résultats acquis aux classifications habituellement employées dans les ouvrages de spiritualité contemporains.

Notons les principales conclusions auxquelles l'auteur aboutit dans sa synthèse. 1° *Définition théologique de l'ascétique et de la mystique.* La théologie *ascétique* est la science surnaturelle de l'activité de l'homme relative à la perfection chrétienne, soit qu'il y tende avec l'aide des grâces communes, (ascétisme inférieur: lutte contre le péché, effort pour combattre les défauts et acquérir les vertus morales), soit qu'il en produise les actes les plus élevés avec l'appui des grâces éminentes ou mystiques, (ascétisme supérieur ou purification active : exercice parfait des vertus théologales, effort pour le parfait accomplissement de la volonté de Dieu, renoncement parfait par la sainte indifférence). Ainsi la théologie ascétique en ses sommets, doit être éclairée par la théologie mystique. La théologie *mystique* est la science surnaturelle de l'activité spéciale de l'Esprit Saint dans les âmes avancées, pour les aider, par des grâces éminentes, à atteindre l'union parfaite et à y progresser. Cette activité divine se ramène à l'exercice des dons de sagesse et d'intelligence. D'après cette conception la mys-

tique devient le complément normal, bien qu'infus, et le couronnement de l'ascétique, qu'elle aide à atteindre son but. Ainsi les vertus chrétiennes sont mises au premier plan, la charité occupe la place qui lui revient, la première, et toutes les vertus et tous les dons sont ordonnés vers elle. 2° La *contemplation*, qui est la synthèse des grâces mystiques, et que s. Augustin distingue des visions, non seulement corporelles et imaginatives, mais aussi des visions intellectuelles, peut se définir, d'après sa doctrine, une connaissance intuitive et expérimentale de Dieu perçu à la fois comme réalité transcendante et comme vérité et bonté, connaissance qui accompagne d'ordinaire la charité parfaite, et qui permet d'en faire très souvent des actes sans le secours du raisonnement. Cette vision de Dieu, bien inférieure à la vision faciale du ciel, est une vision au sens large, in *speculo*, par la sagesse surnaturelle. « La sagesse surnaturelle est une image de Dieu du fait qu'elle perfectionne l'âme en ses plus hautes intuitions. Les notions d'être, de vérité et de bien, dans lesquelles elle voit tout, en définitive, sont une image naturelle de Celui qui est l'Etre, la Vérité, le Bien par essence. Sous les touches de l'Esprit Saint, qui fait goûter et palper en quelque sorte Dieu, ces notions s'éclairent, en se chargeant de la plus pure réalité pour l'âme purifiée par la foi et la charité. Le miroir de l'âme dans lequel l'image de Dieu naturelle, très défraichie, était à peine remarquée auparavant, se trouve porter alors, sous l'action de la grâce, une image lumineuse et translucide, où Dieu, présenté par la foi, se montre, se laisse voir. La foi est ainsi complétée, mais non remplacée, par une vision in speculo » (p. 121). Cette vision de Dieu a aussi pour condition et pour principe la charité, et une charité qui le fasse en quelque manière toucher et sentir. Saint Thomas a fait la synthèse de toute cette doctrine par la formule : la connaturalité divine : circa res divinas.... rectum judicium habere... secundum quamdam connaturalitatem ad ipsas, pertinet ad sapientiam secundum quod donum est Spiritus Sancti... Hujusmodi autem compassio, sive connaturalitas ad res divinas fit per charitatem » (II-II, qu. XLV, art. II).

C'est le Verbe, Sagesse éternelle du Père, qui communique à l'âme cette sagesse surnaturelle : par l'étude des œuvres du Christ comme homme, l'âme s'élève à la contemplation de ses perfections comme Dieu. Mais si le Verbe est le maître intérieur surnaturel, le Saint-Esprit est l'illuminateur et ce rôle est inséparable de celui du Verbe.

3° *La solution augustinienne du problème mystique* peut se ramener à ces deux propositions : I. Les dons mystiques, ne sont pas en droit une grâce extraordinaire. Ils rentrent dans le plan ordinaire de Dieu pour la sanctification des âmes, c.à d., ils sont nécessaires à la perfection. Mais', s'ils rendent la perfection possible, ils ne la constituent pas ; celle-ci réside dans la pratique des vertus, surtout théologales, que les dons eux-mêmes contribuent à développer. 2. Il n'y a qu'une espèce de contemplation ; elle est infuse, étant le fruit des dons du Saint-Esprit ; mais elle revêt deux formes : l'une, qui est éminemment passive, donne une connaissance admirative très générale ou indistincte de Dieu ; dans l'autre, qui est active, et que l'auteur

propose de nommer méditation contemplative, cette connaissance admirative de Dieu est plus distincte et particulière, grâce à une certaine activité intellectuelle qui l'accompagne.

Cet aperçu, encore que bien incomplet, mieux que de grands éloges, donnera, nous l'espérons, à beaucoup de nos lecteurs l'envie de se procurer ce beau livre. Ils y trouveront plus que l'examen théorique d'un point de doctrine: ses conclusions doctrinales comportent en effet de multiples applications pratiques qui contribueront à faciliter l'union dans une même vie de la contemplation la plus pure à l'action la plus intense.

Collectanea Franciscana Neerlandica. Uitgegeven bij het zevende eeuwfeest van Sint Franciscus, 1226-1926. 'sHertogenbosch, Teulings-uitgeversmaatschappij, 1927. — In 8, 460 bl.

Ter gelegenheid van het zevende eeuwfeest van Sint Franciscus' afsterven († 1226) werden veel en schoone gedenkboeken uitgegeven. Wij kennen er geen prachtiger dan deze verzameling van franciscaansche bijdragen uitgegeven door de Minderbroeders van Nederland. Wij moeten ons vergenoegen den inhoud van het werk over te schrijven en onze lezers die in hunne studiën zich speciaal met een of ander dezer vraagstukken bezig houden, naar het boek te verwijzen. *De oudste Ikonografie van Maria 's Ontvangenis,* door R. Lichtenberg : de dogmatische leer, de liturgie, de ikonografie (9 afbeeldingen). *De kultuurhistorische beteekenis van den H. Franciscus van Assisie,* door F. Van den Borne : Franciscus en de pauselijke curie, F. en de vòòr - franciscaansche armoede - beweging, F. en den « Armoede strijd » der Minderbroedersorde, F. en het H. Evangelie, F. als persoonlijkheid. *De vroegere mis-formulieren op de feesten van s. Fr. vòòr het jaar 1570,* door E. Bruning. *De H. Bonaventura als « tweede stichter » van de orde der Minderbroeders,* door I. Onings. *Zonde en genade volgens Johannes Duns Scotus,* door N. Sanders : over de verhouding van de erfzonde, de actueele en de habitueele doodzonde en de genade, en speciaal over de kwestie, of volgens Scotus zonde en genade samen kunnen bestaan. *David van Augsburg en de invloed van zijn « Profectus » op de moderne devotie,* door C. Smits. We hebben deze studie met bijzonder genoegen gelezen. Benevens de drie voorbeelden die Sch. aanhaalt, komen er nog een groot aantal plaatsen voor in de Imitatio Christi, vooral in het eerste boek, die duidelijke reminiscenties vertoonen aan den Profectus, zooals de bevoegde Kan. Mahieu het ons mededeelde : vergelijk b. v. David 1, 1 met Imit. 1, 25 ; D. 1, 12 — Im. 1, 20 ; D. 1, 13 — Im. 1, 5, 1, 20 ; D. 1, 16 — Im. 1, 4, 1, 20 ; D. 1, 20 — Im. 1, 1 ; D. 1, 22 — Im. 1, 20, 11, 3 en 2 ; D. 1, 24 — Im. 1, 8 ; D. 1, 40 — Im. 1, 16 ; D. 1, 41 — Im. 11, 8. *Alfonsus a Castro als bron voor Hugo De Groot's « Mare liberum »,* door D. Beaufort. *Franciscaansche lectuur van de H. Theresia,* door M. Lamers, waarin de invloed aangetoond wordt door franciscaansche schrijvers uitge-

oefend op s. Theresia. *Bernardino de Sahagun († 1590) en zijn wetenschappelijken missiearbeid onder de Azteken*, door J. Bouwman, een studie over de eerste franciscaansche missionarissen in Mexico. *Florentius Leydanus (Van Oyen) en zijn Novorum martyrum historia*, door J. Doedens : geschiedenis van de Nederlandsche Minderbroeders-Martelaren van de XVIe eeuw. *Franciscus Feuardent († 1610) en de patrologie*, door D. Franses : de Irenaeus en de Arnobiusuitgave. *De Minderbroeders in de Hollandsche zending en het concordaat van 1624 met de regulieren*, door P. Polman. *De gregoriaansche zang bij de Minderbroeders, voornamelijk in Nederland*, door G. Lohuis. *De chronographia provinciæ Germaniæ inferioris van Franciscus Peri (1771)*, door D. Hoevenaars. *Marcellino da Civezza als geschiedschrijver van de franciscaansche missiën*, door P. Maarschalkerweerd. *De Bonaventura-uitgaven van Quaracchi (1882-1902)*, door B. Kruitwagen en W. Lampen. Een algemeen alphabetisch register sluit deze *Collectanea*. Wij eindigen dit zakelijk overzicht met de schrijvers en de uitgevers geluk te wenschen met het prachtig werk dat zij hier geleverd hebben.

Les Elites en pays de Mission. Compte rendu de la cinquième semaine de missiologie de Louvain (1927). Museum Lessianum, section missiologique n. 8. Louvain, 11 rue des Récollets, 1927. — In 8, 254 p.

La cinquième semaine de missiologie de Louvain a choisi comme programme de ses délibérations la question de la formation des élites en pays de mission. Dans son rapport d'ouverture, le R. P. Charles, S. J., expose les efforts faits par les protestants pour organiser les masses imposantes de leurs recrues dans leurs missions : 1° utilisation immédiate de l'indigène pour le travail de consolidation et même pour la conversion de ses congénères ; 2° mobilisation au service des missions non seulement des dévouements, mais des compétences de nos européens, en vue de satisfaire aux exigences intellectuelles de la masse païenne, et afin de garder le contact étroit avec l'élite intellectuelle des pays de mission ; 3° préparation de l'élite indigène à prendre en mains la direction des églises natives, tandis que le personnel missionnaire européen se confinerait dans une position plus effacée, en raison de l'éveil de plus en plus violent de la conscience nationale et même raciale chez les peuples évangélisés. Suivent alors vingt rapports des personnalités des plus marquantes, sur les efforts faits par les missionnaires catholiques dans toutes les régions, pour la création et l'éducation d'une élite Impossible, on le comprend, de résumer ces rapports : il faut les lire. A ces exemples magnifiques de nos frères les missionnaires, nos prêtres trouveront abondamment à s'instruire et à s'édifier ; et à la lecture de ces Actes de nos apôtres modernes, ils puiseront un renouveau de zèle apostolique.

Janssens, R. *Begrippen van gregoriaanschen zang.* Mechelen, Dierickx-Beke, 1927. — In 8, 116 bl. — Pr. 6 fr.

We zijn gelukkig dit eerste nederlandsch handboek over gregoriaanschen zang aan onze lezers bekend te maken en warm aan te bevelen. Het doel van Schr. is vooral praktisch : daarom, na eenige inleidende begrippen en eene korte geschiedenis van den kerkzang, handelt hij breedvoerig over regels en uitvoering van dezen zang. Mochten deze regels beter gekend en nageleefd worden in al onze opvoedingsgestichten ! Dan zouden we ook mogen verhopen eens den droom te beleven in onze kerken den heerlijken gregoriaanschen zang door het kristen volk te hooren uitvoeren. Hadden we maar meer liefde voor den kerkzang, den zang, het heilig « lied », waarin onze Moeder de H. Kerk gansch de menschenziel uitzingt tegenover God !

Pichenot (Mgr). *L'évangile de l'Eucharistie* ou la vie de N.-S. Jésus-Christ continuée et reproduite au saint Sacrement de l'Autel. Paris, Téqui, 1925. — In 8, XLIII-401 p. — Pr. 10 fr.

Ces conférences données à la cathédrale de Sens par l'abbé Pichenot ont eu un grand succès; à preuve cette septième édition. A cela il n'y a rien d'étonnant vu le sujet et la manière dont il est traité. Sur un ton qui intéresse la piété et qui édifie les cœurs, le pieux conférencier retrace la vie du sublime inconnu de nos tabernacles. C'est tout l'Evangile qu'il fait ainsi revivre dans l'Eucharistie. Nous croyons que beaucoup de nos prêtres seront heureux de nourrir à cette source leur dévotion eucharistique, et d'y trouver d'utiles sujets pour leurs conférences et instructions sur ce divin sacrement.

Het grootste goed. Gent, Van Fleteren, 1928. — In 12, 54 bl. — Pr. 4 fr.

In dat klein boekje bedoelt Schr. ons groote dingen te leeren, te weten, de kunst om gelukkig te zijn, door vroolijkheid van hart, vroomheid van gemoed, door deugd en afschrik van 't kwaad en door 't berusten op God. Deze schoone gedachten worden zeer simpel voor eenvoudige lezers voorgehouden. Het werkje wordt verkocht ten voordeele der missiën.

A. LEGRAND.

Honnay, V. (S. J.) *Les cercles sociaux de doctrine catholique.* Méthode de formation sociale. 2e éd. Louvain, Éditions de la Jeunesse catholique, 1926. — In 8, XVI-387 p.

L'action catholique, qui se développe de nos jours si activement à l'appel du Souverain Pontife et de NN. SS. les Evêques, exigera certes de façon de plus en plus urgente une organisation vigoureuse et le con-

cours d'une élite sociale catholique plus nombreuse et mieux formée. Or cette élite ne devra-t-elle pas se recruter pour une maîtresse part parmi la jeunesse intellectuelle et foncièrement chrétienne de nos établissements d'éducation, en particulier de nos collèges catholiques ?

C'est précisément pour ceux-ci que ce livre est écrit par le R. P Honnay, homme d'une expérience très riche et d'une rare compétence, et c'est à nos prêtres éducateurs des collèges diocésains que nous voudrions recommander cet excellent ouvrage où ils trouveront un stimulant pour leur zèle et une mine abondante de sages conseils et de renseignements utiles.

L'A. insiste spécialement sur la nécessité d'une formation sociale non seulement pratique et occasionnelle, mais avant tout, pour commencer, théorique, doctrinale. « Doctrine d'abord ! » pour fonder une saine pratique. Cette science ne doit pas être fournie de façon décousue, fragmentaire, à l'aide de quelques « conférences « variées et sans lien, ou de lectures prises au hasard, mais elle doit former l'objet d'un véritable *enseignement* concentrique et synthétique. Ceci permettra de traiter en premier lieu les points essentiels et nécessaires, d'après les grandes encycliques sociales de l'Église ; ensuite de façon large et sans parti-pris les divergences et les tendances diverses qui existent entre les différentes écoles catholiques, afin de faire apprécier ce que les unes et les autres offrent de bon et d'utile. « In necessariis unitas, in dubiis libertas, in omnibus charitas ».

Comme moyen éminemment efficace pour donner cette formation théorique et la faire aller de pair avec une première initiation pratique, l'A. préconise un organe spécial, distinct des classes, notamment les *Cercles d'études sociaux* à organiser librement dans les collèges parmi les élèves des classes supérieures. L'enseignement méthodique et synthétique y serait complété par les travaux personnels, les discussions des élèves, et par les lectures « avant tout *catholiques* et *compétentes* » sagement coordonnées au même but.

De nombreuses annexes (I à IX) variées et utiles, un double « résumé-guide » de lecture (fascicule mobile), enfin des tables onomastiques et analytiques contribuent à faire de l'ouvrage du R. P. Honnay un « vade-mecum » excellent pour ceux qui s'occuperont de la formation sociale et économique de notre jeunesse catholique.

E. Willems

Collationes Brugenses

Animadversiones quædam in unam alteramve thesim recenter Lovanii propositam.

Thesis aliqua sic sonat :

« Ex eo quod Christus ratione gratiæ sanctificantis non sit filius Dei adoptivus, inferre non licet filiationem divinam adoptivam non esse effectum formalem gratiæ sanctificantis ».

Hæc thesis ponit seu involvit duplicem errorem : nempe 1° conceptum falsum causalitatis *formalis* ; 2° subjectum filiationis adoptivæ esse naturam, cum istud subjectum sit *persona*, non vero *natura*.

Ad 1m. Causa formalis non est, sicut causa efficiens, extrinseca subjecto, sed intrinsece illud afficit, quatenus id efficit formaliter tale Unde causa formalis ex ipsa natura seu notione sua esse nequit nec cogitari potest sine effectu suo *formali*. Igitur, si gratia sanctificans est causa *formalis* adoptionis in filium Dei, in quovis subjecto in quo inest, necessario habet in eodem effectum illum *formalem*. Neque dicas gratiam sanctificantem respectu unius subjecti, puta hominis justi, esse causam formalem adoptionis in filium Dei ; respectu vero alterius subjecti, nempe Christi, non esse causam formalem ejusdem adoptionis ; etenim vel intrinsere afficit subjectum, inducendo in illud talem *formam* et sic est causa *formalis*, vel non ita afficit subjectum seu non inducit ejusmodi formam, et jam non est causa *formalis*. Causa formalis inesse quidem potest in aliquo subjecto, et non inesse in alio ; sed cum inest in aliquo, repugnat ipsi notioni causalitatis *formalis* ut non habeat in eodem suum effectum *formalem*. Unde ex eo quod gratia sanctificans non efficit in Christo, ipsum esse filium Dei adoptivum, jure infertur eamdem gratiam non esse causam *formalem* divinæ adoptionis. Quod et clarius apparebit ex sequentibus in 2°.

Ad 2m. Gratia sanctificans directe et immediate afficit naturam, quam facit consortem divinæ naturæ. Et hoc quidem consortium supponitur filiationi adoptivæ in homine justo, quia non adoptatur in filium persona quæ non sit consors naturæ adoptantis. Itaque hoc sensu gratia sanctificans est causa, nequaquam formalis adoptionis, sed inducens dispositionem requisitam in natura ut persona adoptari possit per aliam causam formalem.

Filiatio adoptiva cadit directe in personam : non enim natura sed persona adoptatur.

Igitur in Christo duplex est consortium naturæ humanæ cum natura divina : alterum supremum et quoad esse, per gratiam increatam, quatenus natura humana unitur cum divina natura in unitate personæ divinæ ; alterum ex gratia creata et quoad operari, quatenus natura humana, manens distincta a natura divina, per gratiam sanctificantem in supremo quodam gradu consors est divinæ naturæ. Unde gratia sanctificans est in Christo causa formalis, sicut proportione servata in homine justo, istius alterius consortii divinæ naturæ ; nullus vero locus est filiationi adoptivæ, quæ cadat in personam divinam, Filium natura Unigenitum Dei Patris ; quia, etsi gratia sanctificans est causa dispositionis prærequisitæ in justo ut adoptetur in filium Dei, nullatenus eadem gratia est causa *formalis* adoptionis in justo, nec esse potest in Christo, siquidem repugnat adoptari Filium natura Dei Patris.

Ex his notulis intelliges quoque quid sentiendum sit de duabus thesibus sequentibus, deque earum redactione parum clara atque accurata :

« Per gratiam sanctificantem justus est filius Dei adoptivus ». — Ut causam *formalem ?*

« Christus secundum naturam humanam est filius Dei per gratiam, quamvis non sit filius adoptivus » — Per gratiam sanctificantem creatam, an per gratiam increatam ?

Tandem quid de thesi, ubi timide quidem, ponitur : « Non videtur admittenda unio specialis animæ justi cum ipsa Persona Spiritus Sancti, quæ non esset ad alias SS. Trinitatis Personas ». « Anima justi », an persona justi, an natura ?

An negatur probabilitas hujusmodi unionis, an affirmatur impossibilitas ?

Non putamus demonstrari posse repugnantiam unionis personalis cum Persona Spiritus sancti cum ullo dogmate, e contrario ; et de facto plures Patres, præsertim græci, non viderunt ullam cum dogmate aliquo repugnantiam, et asserunt hujusmodi unionem personæ humanæ justi cum Persona Spiritus Sancti. Et certe, alia causa *formalis* filiationis adoptivæ quærenda est, distincta a gratia sanctificante.

Alia thesis connexa de inhabitatione speciali Dei in justis, explicationem quæ aptior videtur proponit sat miram : « tum ex præsentia, ut aiunt, immensitatis » — sed hæc est communis omnibus rebus, et injustis æque ac justis — « tum ex præsentia Dei objectiva seu intentionali ». Quid hoc ? Intentionali, scilicet per cognitionem et amorem, ut puto asseri. Sed hæc valde generice dicta sunt, neque mens auctoris theseos clare apparet.

† G. J. Episc. Brugen.

RESPONSA

ad quæstiones in conferentiis mensis aprilis propositas.

—

I.

De restauratione judaïca (VI).

Q. *Compendiose narra duplicem missionem Nehemiæ.*

R. **Prænotanda** de successione chronologica factorum.

Libri Esdræ et Nehemiæ, prout nobis asservati sunt, missionem Esdræ in septimo anno alicujus regis Artaxerxis anteponunt duabus missionibus Nehemiæ, quarum prima fuit in vigesimo anno similiter alicujus Artaxerxis. Omnes olim biblistæ et nostris diebus non pauci hunc ordinem servant et missiones Esdræ et Nehemiæ ponunt sub regno ejusdem Artaxerxis ; hic juxta plerosque fuisset Artaxerxes I (465-424), juxta quosdam Artaxerxes II (404-359).

Ab illa sententia communi recessit ex. A. Van Hoonacker, quem nostris diebus plerique sequuntur ; tenet recentior sententia Nehemiam præcessisse Esdræ; ponitur scilicet missio utraque Nehemiæ regnante Artaxerxe I, missio Esdræ vero regnante Artaxerxe II ; cum prima missio Nehemiæ facta sit anno vigesimo Artaxerxis et missio Esdræ anno septimo et cum in fontibus libri neuter Artaxerxes ulterius determinatus fuerit, obvie explicatur illum, qui libros Esdræ in forma nobis asservata redegit, omnia sub eodem rege ordinasse (1).

(1) Hanc sententiam inde ab anno 1890 A. Van Hoonacker exposuit et vindicavit in pluribus dissertationibus; compendium argumentorum legendum est in ejus articulo *Notes sur l'histoire de la restauration juive,* apud period. *Revue bibl.*, 1901, p. 5 ss., 175 ss. Sententiam

Non possumus hic controversiam hanc dirimere ; confidenter tamen calculum adjicimus sententiæ recentiorum, quæ maxima probabilitate nobis gaudere videtur (1).

Adjuncta historica.

De illis quæ evenerunt restaurationem templi inter et missionem Nehemiæ pauca admodum scimus. De regimine Zorobabel post cultum restauratum nihil nobis nuntiatur : legimus ante Nehemiam plures fuisse duces Juda, vassales regis persarum, qui bono suorum subditorum non adeo studebant, comedebant « annonas ducatus » et gravabant populum variis tributis (2).

Restaurato templo, anhelabant plerique judæi ad vitam magis securam et magis liberam inter circumviventes populos ; hoc autem non poterat obtineri nisi restitue-

---

aliquatenus mutavit M.-J. Lagrange ponendo Nehemiam in regno Artaxerxis II et Esdram in regno Artaxerxis III ; detectis autem papyris Elephantinæ, statim amplexatus est sententiam professoris lovaniensis. Controversiam expositam videsis apud E. Ruffini, *Chronologia V. et N. Testamenti*, Romæ, 1924, p. 38 ss.

(1) Ut tamen quædam tradamus, exscribimus hic præcipua argumenta, prout ea concinne colligit E. Tobac, *Les prophètes d'Israël*, II-III, Malines, 1921, p. 541 :

« a/ Si Esdras avait précédé Néhémie, comment expliquer que le restaurateur des murs de Jérusalem n'ait pas fait la moindre allusion à la mission d'un personnage aussi important ?

b/ Si la mission d'Esdras était antérieure à celle de Néhémie, comment expliquer que l'attitude de celui-ci dans la question des mariages mixtes soit beaucoup moins énergique que celle d'Esdras...

c/ D'après la prière d'Esdras, le peuple a déjà, au moment où la caravane revient dans la patrie, une enceinte à Jérusalem ; or on sait que la construction de cette enceinte fut l'objet principal du premier voyage de Néhémie.

d/ Le grand prêtre contemporain de Néhémie s'appelle Eliasib. Le grand prêtre contemporain d'Esdras était Johanan ; or Johanan nous est présenté dans la généalogie de *Neh.*, xii, 19, 11, comme le petit-fils d'Eliasib. La mission d'Esdras est donc postérieure à celle de Néhémie.

e/ Les papyrus d'Elephantine nous apprennent que Johanan était grand prêtre l'an 14 de Darius, en 410. Il est grand prêtre quand revient Esdras l'an 7 d'Artaxerxès. Il ne peut être question que d'Artaxerxès II, et par voie de conséquence Néhémie et Eliasib remontent à l'époque d'Artaxerxès I. »

(2) *Neh.*, v, 14 ss.

rentur muri Jerusalem. Initio regni Xerxis seu Assueri I (485-465), faventibus rebellionibus ægyptiorum contra persas et bellis infaustis persarum contra græcos, judæi conati sunt muros restaurare sed circumviventes populi « scripserunt accusationem adversus habitatores Judæ et Jerusalem » et opus intermissum est (1).

Opus iterum aggressi sunt regnante Artaxerxe I (465-424), qui initio regni sui per viginti annos incessatis bellis detinebatur ; at iterum « populi terræ » rem denuntiaverunt satrapi et secretario regio provinciæ trans Euphraten ; hi, re delata ad regem, responsum acceperunt : « prohibeatis viros illos ut urbs illa non ædificetur » ; festini hoc nuntiaverunt judæis et « prohibuerunt eos in brachio et robore » (2).

Prima missio Nehemiæ (*Neh.*, I-XII).

1/ *Mandatum regis.*

Nehemias, filius Helchiæ, vivebat ad aulam regiam in Susis ibique fungebatur honorifico munere pincernæ regis. Certior factus ab Hanani fratre suo de misero statu suorum contribulum in Judæa, anno vigesimo Artaxerxis I, a. 445, a rege impetrat ut tollatur prohibitio restaurationis murorum (3) et ut ipse possit tendere in Judæam ad urbem sepulcrorum patrum suorum reædificandam. Artaxerxes annuit et pro tempore duodecim annorum Nehemiam constituit *tirschata* seu *pecha*, id est ducem Juda, simul mandans ut Asaph, custos silvarum regis, ministret ligna necessaria ad restaurationem murorum,

(1) *Esdr.*, IV, 6; hic versiculus truncatus ibidem extra locum suum ponitur, ut probavimus supra, *Collat. Brugen.*, XXVII (1927), p. 410.

(2) *Esdr.*, IV, 7-23. De hac pericopa eadem valent quæ de IV, 6 diximus in nota præcedenti.

(3) VAN HOONACKER censet Hanani præcise nuntiasse Nehemiæ hanc violentam cessationem operis consequenter ad prohibitionem regiam (*a. c.*, p. 10 s. in publicatione separata); J. TOUZARD vero autumat decretum Artaxerxis latum esse initio regni, pluribus ergo annis ante missionem Nehemiæ (*Les juifs au temps de la période persane*, apud *Revue bibl.*, 1915, p. 102).

ad restitutionem arcis juxta templum et domus ipsius Nehemiæ.

2/ *Exstructio mœnium.*

Quin judæos de suis propositis moneat, Nehemias noctu cum modico comitatu explorat ruinas mœnium et mox laborem ordinat, advocato ad hoc opus omni populo. Statim autem ortæ sunt difficultates quas Nehemias præsenserat ; vivebant enim judæi medios inter varios populos, qui Judæam occupaverant post excidium Jerusalem et abductionem judæorum ; inter hos populos in specie nominantur samaritani, ammonitæ, arabes et azotii ; his præerant hoc tempore Sanaballat Horonites (7), Tobias ammonita et Gosem arabs, qui simul de facto dominabantur judæis (8) et qui timebant ne exstructio civitatis finem imponeret suo dominio. Multi ceterum judæi eorum partibus studebant, præsertim inter optimates, qui affinitate matrimoniali cum illis juncti erant (9).

Attamen nec minæ, nec arma, nec omnimodæ insidiæ potuerunt deterrere Nehemiam a grandi opere quod faciebat ; et post quinquaginta duos dies restaurati erant muri et appositæ portæ ; mœnium custodiam Nehemias deinceps committit suo fratri Hanani et Hananiæ, præfecto arcis Jerusalem.

3/ *Incolis civitas augetur.*

« Civitas autem erat lata nimis et grandis, et populus parvus in medio ejus, et non erant domus ædificatæ » (4); soli optimates quidam domos suas ibi exstruxerant (5). Intuitu numeri incolarum augendi Nehemias recensionem facit judæorum, inspecto catalogo illorum qui cum Zoro-

---

(1) Ex Beth-horon in Samaria ; ex epistolis Elephantinæ scimus Sanaballat quemdam fuisse præpositum Samariæ a. 407.

(2) Cfr *Neh.*, XIII, 4 s.

(3) *Neh.*, VI, 17.

(4) *Ib.*, VII, 4.

(5) *Ib.*, XI, 1 coll. *Agg.*, I, 4.

babel venerant, adaucto forsan nominibus illorum qui postea Jerusalem petierant (1).

Statuitur in urbe habitaturam esse decimam partem populi, quam sortes indicabunt; præter illos ultro quidam sedem in civitate eligunt et propter hoc laudem merentur apud suos (2).

Solemnis habita est dein dedicatio murorum.

4/ *Restauratio religiosa* (3).

Nec sola murorum exstructione munus suum adimpletum censebat Nehemias; jam primo tempore suæ præsentiæ increpaverat divites judæos et sacerdotes, qui, exacto nimio fœnore propter pecuniam mutuo datam, opprimebant pauperiores cives iisque non solventibus servitutem minabantur. Ipse Nehemias exemplum omnimodæ integritatis præbuit et per duodecim annos sui muneris nullam retributionem nullumque emolumentum accepit (4).

Præsertim autem curavit dux de restauratione illa religiosa, quam præparaverant judæi in exsilio sed quæ propter adjuncta et negligentiam signanter sacerdotum adhuc in mora erat; templum fuerat reædificatum sed cultus negligenter peragebatur et vita religiosa restaurata non erat.

In hunc finem septimo quodam mense, mense scilicet majorum festivitatum (5), congregatus est populus in platea quæ est ante portam aquarum; coram populo universo legitur et explicatur liber legis, magna cum lætitia per dies octo celebratur festum tabernaculorum

---

(1) De hoc catalogo qui, cum minimis discrepantiis, etiam legitur *Esdr.*, II diximus supra *Collat. Brugen.*, XXVII (1927), p. 333.

(2) *Neh.*, XI XII. Narrationem interrumpunt capita VIII-X de lectione legis et de renovatione fœderis; est novum exemplum turbati ordinis pericoparum in libris Esdræ.

(3) De statu religioso judæorum, præter ea quæ ex *Neh.* notamus, vide prophetiam Malachiæ, qui probabiliter prædicavit a 450 445.

(4) *Neh.*, V.

(5) De hoc mense *tischri*, vide supra t. XXVII, p. 407, n. 8.

et die vigesima quarta mensis fit magna dies jejunii expiatorii. Post hæc populus renovat fœdus cum Deo ; scripto documento sigillum suum apponunt principes populi dum omnes jurejurando promittunt se legem Moysis esse servaturos (1). Quædam in specie, partim nova determinantur ; prohibentur in posterum omnia matrimonia cum aliis gentibus (2) ; statuitur negotiationem omnem et laborem prohiberi diebus sabbati et festivis et promittitur observatio anni sabbatici ; determinantur contributiones pecuniariæ vel in natura præstandæ ad subveniendum cultui et ministris templi (3).

Secunda missio Nehemiæ (*Neh.*, XIII).

Elapsis duodecim annis suo muneri præfixis, Nehemias a. 433 rediit ad regem ; post aliquot annos, circa a. 428 ut supponitur, nova accepta licentia, regressus est Jerusalem ubi post brevem absentiam antiquos abusus iterum grassari invenit.

Eliasib, summus sacerdos, in ipsis ædibus templi cubicula quædam cesserat Tobiæ ammonitæ ; hunc statim expellit Nehemias. Audit levitas non accepisse promissas retributiones et plures cultum templi reliquisse ut alia munera obirent ; curat Nehemias ut iste abusus tollatur. Nec requies sabbatina ab omnibus servabatur ; increpat Nehemias judæos hac die laborantes et, clausis portis

---

(1) *Neh.*, VIII-X. Hanc restaurationem religiosam VAN HOONACKER, *a. c.*, p. 19, reponit tertio vel quarto anno missionis Nehemiæ, ergo a. 443-442 ; TOUZARD, *a. c.*, p. 110 ss. censet hanc restaurationem locum habuisse sub Esdra circa a. 398 ; narrationi primitivæ additum fuisset pluribus in locis nomen Nehemiæ. Omnino putamus rem melius explicari durante prima missione Nehemiæ, cum facta secundæ missionis ejusdem hanc restaurationem supponant.

(2) Extenditur ita prohibitio legis Moysis solas nuptias vetans cum chananæis (*Deut.*, VII, 1 s.) ; soli summo sacerdoti prohibebantur nuptiæ cum extranea (*Lev.*, XXI, 13 ss.).

(3) *Neh.*, X, 30 ss. ; XII, 43 ss. Ex hoc legitime deducitur cultum antea negligenter valde fuisse peractum, partim saltem ob defectum redituum.

civitatis, cavet ne mercatores judæi vel tyrii diebus sabbati sarcinas advehant ad urbem. Maxime autem lugebat dux de non servata prohibitione matrimoniorum mixtorum ; reos punit, imo unum ex illis exsilio damnat; hic erat nepos summi sacerdotis Eliasib et nupserat filiam Sanaballat.

M. De Jonghe.

II.

Conditiones operis ad meritum condignum.

Q. *Quænam sunt conditiones requisitæ ex parte ipsius operis ad meritum proprie dictum? Paucis explica responsum.*

R. — Theologi conveniunt omnes in assignandis hisce tribus conditionibus ex parte operis ad meritum proprie dictum seu condignum, nimirum oportet ut opus sit *liberum*, *moraliter bonum*, et *supernaturale*. De duabus prioribus conditionibus nulla specialis difficultas ; de tertia vero conditione viget controversia, quam paucis contrahere conabimur (1).

1/ Opus meritorium debet esse *liberum*, libertate proprie dicta seu libertate electionis, qua homo vere est dominus actus sui (2) ; sic enim præstat aliquid quod est suum et per mercedem compensari potest (3).

In hac conditione sæpius insistit s. Thomas, præcipue ubi explicat quomodo Christus, gaudens visione faciali Dei, nihilominus mereri potuerit (4). Nota hanc damnatam fuisse propositionem Jansenii : « Ad merendum et

---

(1) Cfr Van der Meersch, *Tract. de divina gratia*, n. 366 s. ; *Collat. Brugen.*, XII (1907), p. 96 s.

(2) Lege *Sum. theol*, I, q. 22, a. 2, ad 5 ; q. 82, a. 1, s. ; I-II, q. 10, a. 1 s. ; *Quæst. disp. de malo*, q. 6, a. unic. necnon ill. ac rev. Waffelaert, *Medit. theol.*, n. 204 s., apud *Collat. Brugen.*, V (1900), p. 585 s.

(3) Cfr ill. ac rev. Waffelaert, *o. c.*, n. 205, p. 592.

(4) *Sum. theol*, III, q. 18, a. 4, ad 3 coll. I-II. q, 21, a. 4, ad 2 necnon *Quæst. disp. de veritate*, q. 29, a. 6, ad 1.

demerendum in statu naturæ lapsæ, non requiritur in homine libertas a necessitate, sed sufficit libertas a coactione » (1).

2/ Opus meritorium debet esse *moraliter bonum*, et quidem ratione tum objecti, tum finis, tum etiam circumstantiarum, juxta tritum axioma, quod apud Dionysium areopagitam legimus : « Bonum ex una integraque causa, malum autem ex multis singularibusque defectibus » (2).

Non requiritur autem, ut sat facile intelligitur, specialis quædam *duratio* (3), aut determinatus quidam *gradus intensitatis* actus (4), neque etiam debet actus esse *supererogatorius*, id est, aliunde non obligatorius ; etenim merces in sacris litteris promittitur æque actionibus jam præceptis quam non præceptis (5), et absque ulla distinctione docet concilium tridentinum opera bona promereri vitam æternam (6). Quinimmo, censet Suarez, ceteris paribus, opus præceptum esse magis meritorium

---

(1) Prop. tertia, damnata ut hæretica ab Innocentio X, in Const. « Cum occasione », a. 1653 (*Enchir.*, n. 1094 vel *Thesaurus*, n. 903).

(2) Dionysius areopagita, *De Nominibus divinis*, cap. IV (ed. Parisiis, 1615, p. 216). — Ad hunc textum observat s. Thomas, *Sum. theol.*, I-II, q. 71, a. 5, ad 1, peccatum contingere, sive aliquis faciat quod non debet, sive etiam non faciat, quod debet, et simul advertit ad meritum plura requiri ; cfr adhuc *Sum. theol*, II-II, q. 79, a. 1, ad 2 ; a. 3, ad 4 et *Quæst. disp. de malo*, q. 2, a. 1, ad 3.

(3) Cfr Suarez, *De gratia Dei*, lib. XII, cap. viii, n. 3 (ed. Vivès, Parisiis, 1858, t. X, p. 43).

(4) Ex hoc capite potest *augeri* gradus meriti, sicut etiam ex gradu libertatis, ex specie bonitatis moralis, quæ inest actui, et adhuc, secundum multos theologos, ex ipsa dignitate supernaturali personæ agentis, uti exponit Van der Meersch, *o. c*, n. 369 s. Nota speciatim difficultatem operis *per se* non esse rationem augmenti meriti, quamvis *per accidens* difficultas possit esse *occasio* majoris meriti ; cfr *Sum, theol*, II-II, q. 27, a. 8, ad 3.

(5) Cfr *Mt.*, v, 12 ; *Lc.*, vi, 35 ; *II Tim.*, iv, 7 coll. *Ephes.*, vi, 8.

(6) *Conc. trid.*, œcum. XIX, sess. VI, de justificatione cap. 16 (*Enchir*, n. 809 vel *Thesaurus*, n. 889) et cfr *Sum. theol.*, I-II, q. 114, a. 1, ad 1.

quam non præceptum, quandoquidem, ex circumstantia obedientiæ, revera melius haberi potest (1).

3/ Opus meritorium debet esse *supernaturale*, quoniam in præsenti ordine providentiæ nulla datur operatio vere salutaris, quin sit supernaturalis, ut in tractatu de gratia signatim demonstratur (2).

Atque res facile intelligitur : nisi sit actus intrinsece proportionatus mercedi supernaturali, non erit vere meritorius. « Hoc [enim] est ex institutione divina ut nihil agat ultra suam virtutem », observat s. Thomas et statim addit : « Vita autem æterna est quoddam bonum excedens proportionem naturæ creatæ... Et inde est quod nulla natura creata est sufficiens principium actus meritorii vitæ æternæ, nisi superaddatur aliquod supernaturale donum, quod gratia dicitur » (3).

Inde etiam communiter docent theologi necessarium esse ad supernaturalitatem operis ut *procedat ex gratia*, et adhuc ut *in Deum finem supernaturalem* referatur.

a/ Debet opus meritorium *procedere ex gratia*, non tantum *habituali*, quæ dignificat personam, et requiritur tanquam conditio meriti ex parte operantis, sed etiam *actuali*, quæ est motio supernaturalis, uti supra jam diximus (4).

b/ Debet opus meritorium *referri in Deum finem supernaturalem*, quod omnes admittunt doctores, sed varia ratione deinde explicant.

Imprimis animadverte agi de homine justo, qui proinde ornatus existit gratia habituali necnon virtutibus infusis ; hic autem, prælucente fide, quæ « dirigit intentionem

---

(1) Suarez, *o. et l. c.*, cap. v, n. 4, p. 26 s. — Sic etiam in *Sum. theol.*, II-II, q. 86, a. 6, c., dicitur votum quo nos obligamus augere meritum ; q. 104, a. 1, ad 3, notatur obedientiam certo non minuere meritum.

(2) Cfr Van der Meersch, *o. c.*, n. 43 s.

(3) *Sum. theol.*, I-II, q. 114, a. 2, c.

(4) Vide supra, p. 46 et cfr *Sum. theol.*, I-II, q. 109, a. 9, c. ; q, 110, a. 2, c. necnon ill. ac rev. Waffelaert, apud *Collat. Brugen.*, XVIII (1913), p. 15.

respectu finis ultimi supernaturalis » (1), quum usum rationis est adeptus, jam elicuit actum caritatis, quo se suaque omnia in Deum ordinavit; pluries præterea, durante vita, hunc actum fidei ac caritatis renovabit, et quandoque urgente præcepto, ut in tractatu de fide, et iterum de caritate ex professo dicitur (2). Jam autem manet hæc ordinatio, quamdiu per peccatum non retractatur.

Hisce rite perspectis, dicendum videtur: actus ut sint meritorii *referri* debent in Deum finem supernaturalem, *implicite* saltem seu *virtualiter*, eo sensu quo s. Doctor communis hanc relationem virtualem intelligit (3).

Hoc autem importat duo: primo, *habitualem ordinationem* hominis ad Deum *per caritatem* (4); deinde, *operationem cum intentione finis, qui sit referibilis in Deum*. Aliis verbis, meritum acquirit homo *conversus ad Deum per caritatem*, quoties aliquid *agit* quod est *moraliter bonum;* neque necesse est quod hic actus dependeat etiam mediate ab actu caritatis præcedente, *ex cujus influxu* procedat, ast satis est ut finis operis, intentus ab agente, *natura sua* tendat ad finem ultimum.

Apposite hæc præclara testimonia s. Thomæ ex variis ejus operibus.

α/ « Ad hoc quod aliquis sit actus meritorius in habente caritatem, non requiritur quod actu referatur in Deum, sed sufficit quod actu referatur in aliquem finem convenientem, qui habitu refertur in Deum (5); sicut si

(1) Cfr *Sum. theol.*, II-II, q. 10, a. 4, ad 2 coll. II-II, q. 2, a. 3; q. 63, a. 4; q. 72, a. 5 et q. 89, a. 6.

(2) Cfr Bouquillon, *De virtutibus theologicis*, n. 175 s. et n. 450 s., Brugis, 1878.

(3) Vide apud Van der Meersch, *o. c*, n. 375, alium modum loquendi posteriorum theologorum.

(4) Dicitur *habitualis* ordinatio, secundum terminologiam s. Thomæ, quatenus est ab homine instructo *habitibus* infusis; cfr. *Quæst. disp. de caritate*, a. 11, ad 3 et *Sum. theol.*, II-II, q. 14, a. 8.

(5) Hæc intellige juxta dicenda ab ipso s. Thoma, in textibus statim citandis.

aliquis volens peregrinari propter Deum, emat equum, nihil actu de Deo cogitans, sed solum de via quam jam in Deum ordinaverat : hoc est enim meritorium. Sed constat quod ille qui habet caritatem, se et omnia sua ordinavit in Deum, cui inhæret ut ultimo fini. Ergo quidquid ordinat vel ad se, vel ad quodcumque aliud sui, meritorie agit, etiam si actu de Deo non cogitet ; nisi impediatur per aliquam inordinationem actus, qui non sit referibilis in Deum. Sed hoc non potest esse quin sit peccatum saltem veniale » (1).

β/ Alioquin « dicendum [est], quod omnia actu referre in Deum, non est possibile in hac vita, sicut non est possibile quod semper de Deo cogitetur ; hoc enim pertinet ad perfectionem patriæ. Sed quod omnia virtute referantur in Deum, hoc pertinet ad perfectionem caritatis ad quam omnes tenentur. Ad cujus evidentiam considerandum est, quod, sicut in causis efficientibus virtus primæ causæ manet in omnibus causis sequentibus, ita etiam intentio principalis finis virtute manet in omnibus finibus secundariis ; unde quicumque actu intendit aliquem finem secundarium, virtute intendit finem principalem ; sicut medicus dum colligit herbas actu, intendit conficere potionem, nihil fortassis de sanitate cogitans, virtualiter tamen intendit sanitatem, propter quam potionem dat. Sic igitur, cum aliquis seipsum ordinat in Deum, sicut in finem, in omnibus quæ propter seipsum facit, manet virtute intentio ultimi finis, qui est Deus ; unde in omnibus mereri potest, si caritatem habeat. Hoc igitur modo Apostolus præcepit quod in omnia in Dei gloriam referantur » (2).

γ/ Sane « non sufficit omnino habitualis ordinatio actus in Deum, quia ex hoc quod est in habitu, nullus meretur, sed ex hoc quod actu operatur (3). Nec tamen oportet

(1) *Quæst. disp. de malo*, q. 2, a. 5, arg. 11, quod probatur.

(2) *Quæst. disp. de caritate*, a. 11, ad 2; explicat ibidem I Cor., x, 31.

(3) Uti dicitur *De caritate*, a. 11, ad 3, etiam in dormiente manet habitualis relatio, sicuti pariter in eo qui venialiter peccat.

quod intentio actualis ordinans in finem ultimum sit semper conjuncta cuilibet actioni quæ dicitur in aliquem finem proximum ; sed sufficit quod aliquando actualiter omnes illi fines in finem ultimum referantur, sicut fit quando aliquis cogitat se totum ad Dei dilectionem dirigere : tunc enim quidquid ad seipsum ordinat, in Deum ordinatum erit. Et si quæratur quando oporteat actum referre in finem ultimum, hoc nihil aliud est quam quærere quando oportet habitum caritatis exire in actum : quia quandocumque habitus caritatis in actum exit, fit ordinatio totius hominis in finem ultimum, et per consequens omnium eorum quæ in ipsum ordinantur ut bona sibi » (1).

5. Igitur in habente caritatem, omne opus deliberatum vel meritorium, vel demeritorium erit ; etenim quod spectat nunc meritum, « cum caritas imperet omnibus virtutibus, sicut voluntas omnibus potentiis, oportet quod quidquid ordinatur in finem alicujus virtutis, ordinetur in finem caritatis ; et cum omnis actus bonus ordinetur in finem alicujus virtutis, in finem caritatis ordinatus remanebit, et ita meritorius erit. Et sic comedere et bibere, servato modo temperantiæ, et ludere ad recreationem, servato modo eutrapeliæ,... meritorium erit in eo qui caritatem habet, qua Deum ultimum finem suæ vitæ constituit. » (2)

Nunc autem quoniam Angelicus, in hisce verbis ultimo loco citatis, loquitur de imperio voluntatis, et iterum in Summa theologica scribit : « Meritum vitæ æternæ primo pertinet ad caritatem, ad alias autem virtutes secundario spectat, secundum quod earum actus a caritate imperantur » (3), volunt quidam doctores, ad mentem etiam ipsius Aquinatis, *necessarium esse imperium caritatis* ad meren-

(1) *Comm. in II Sent.*, dist. 40, q. 1, a. 5, ad 6.

(2) *Ibidem*, a. 5, c. coll. *De malo*, q. 2, a. 5, ad 7 ; vide *Collat. Brugen.*, XII (1913), p. 13 s.

(3) *Sum. theol.*, I-II, q. 114, a. 4, c. coll. *Quæst. disp. de potentia*, q. 6, a. 9.

dum (1), hoc nimirum sensu quod quilibet actus alius virtutis debet *in ipso suo exercitio* dependere ab imperio actus caritatis præcedentis.

Atvero satis jam constat ex contextu, secundum s. Thomam, hoc imperium nihil aliud importare quam prædictam et supra descriptam *ordinationem in Deum*. Ceteroquin, agens de ratione qua caritas dici potest forma omnium virtutum, ipse s. Doctor communis hæc habet : « Unde cum omnes aliæ virtutes ordinentur ad finem caritatis, ipsa imperat actus omnium virtutum » (2).

Quidam vero theologi volunt insuper ad actum meritorium esse necessarium ut fiat *ex motivo supernaturali* (3), quatenus, aiunt, oportet α/ ut bonum apprehensum intellectu, quod vere movet voluntatem ad eliciendum actum deliberatum bonum, sit *fide cognitum ;* aut

---

(1) Quidam theologi contenderunt etiam actum meritorium esse *eliciendum a caritate*, uti refert SUAREZ, *o.* et *l. c.*, cap. VIII, n. 5, p. 43, adductis simul eorum argumentis ; uti vero ostendit doctor eximius, n. 9 s., p. 44 s., talis sententia debet prorsus rejici, utpote minus omnino conveniens cum testimoniis Scripturæ sacræ, ss. Patrum et magisterii ecclesiastici, ut puta in conc. trid., sess. VI, de justificatione cap. 16 (*Enchir.*, n. 809 ; *Thesaurus*, n. 889). Ita etiam aperte s. Thomas : « Non solum actus caritatis est meritorius, sed etiam actus aliarum virtutum, secundum quod gratia informantur, licet meritorii esse non possint, nisi secundum quod reducuntur in finem caritatis. Non autem oportet quod semper actus in finem illum reducantur, sed sufficit ad efficaciam merendi, quod in fines aliarum virtutum reducantur ». (*Comm. in II Sent.*, *l. c.*, ad 3).

(2) *De caritate*, a. 3, c. et ad textum Summae adverte a. 1 et 2 ; vide etiam S. SCHIFFINI, *De gratia divina*, n. 370, Frib. Br., 1901, quo loco habes alias adhuc difficultates, propositas præsertim a Bellarmino, et ibidem etiam solutas.

(3) Alia quæstio est *an* et *cur* judicium ex quo procedit actus voluntatis meritorius de condigno debeat esse entitative supernaturale ; quam quæstionem videsis propositam et solutam apud *Collat. Brugen.*, XII, p. 395 s. Breviter responderi potest : *affirmative*, quia est *dispositio positiva* ad ipsum actum salutarem. Sedulo simul nota hoc judicium non esse actum fidei, quæ fides proprie loquendo est in intellectu speculativo (*De veritate*, q. 14, a. 4 coll. *Sum. theol.*, I-II, q. 14, a. 16 et II-II, q. 4, a. 1) ; sed est actus elicitus a virtute prudentiæ ; cfr *Sum. theol.*, II-II, q. 47, a. 8 ; ILL. AC REV. WAFFELAERT, *De prudentia*, n. 4, Brugis, 1889 ; *Collat. Brugen.*, VI (1901), p. 409.

saltem β/ finis operis naturalis *explicite* referatur ad bonum quoddam supernaturale, *fide* denuo *notum*, utputa homo sumere velit cibum ut possit allaborare in salutem animarum ; aut denique γ/ finis proximus naturalis *explicite* referatur ad rationem aliquam *fide hic et nunc apprehensam*, v. g. ut homo manducet, quia revelatione novit hanc esse voluntatem divinam ut sumat cibum ad vitam et sanitatem conservandam (1).

Agedum hoc nullatenus videtur necessarium, neque, quod affatim patet ex testimoniis supra recitatis, tale quid expostulat Angelicus ab homine justo, qui per fidem habet intentionem finis supernaturalis, et tamdiu versus eumdem finem movetur, quamdiu non revocavit intentionem suam per peccatum.

Nonne etiam scribit Apostolus : « De cetero, fratres, quæcumque sunt vera, quæcumque pudica, quæcumque justa, quæcumque sancta,... hæc cogitate... Et Deus pacis erit vobiscum » ? (2) Inde, nonne inferendum ab operatione salutari nullum excludendum esse actum honestum, quacumque tandem ratione ut talis appareat ?

Adverte insuper singulas virtutes infusas ordinari reapse ad eliciendos omnes actus bonos, qui in ambitu continentur virtutis correspondentis acquisitæ ; unde theologi, quando determinandum habent quinam sint actus, qui ad talem vel talem virtutem infusam pertineant, respiciunt imprimis ad ipsum finem operis, qui naturali lumine rationis cognoscitur (3).

Igitur ad merendum non est necessarium ut homo justus in singulis operibus eliciat actum fidei, aut renovare studeat intentionem finis supernaturalis, neque

---

(2) Cfr Suarez, *o.* et *l. c.*, cap. x, p. 15 s., p. 57 s., cujus sententia connectitur cum ejus opinione de essentia ipsius actus supernaturalis.

(3) *Philipp.*, iv, 8 s.

(4) Cfr ill. ac rev. Waffelaert, *De temperantia*, n. 11 s. et n. 31, Brugis, 1889.

etiam requiritur in quolibet opere bono exercendo cogitet expresse hunc actum in specie esse revelatum a Deo tanquam salutarem. Omnes boni christiani sciunt legis etiam naturalis observationem esse propositam a Deo uti viam ad finem supernaturalem, atque interrogati cur demum bene agant, responderent : Quia volo tendere in cœlum (1).

Ergo homo justus, qui secundum rectam rationem utitur cibis, quia vult sanitatem servare, et nihil aliud cogitat, bene agit et meritorie ; ponit actum, qui connaturaliter virtute infusa, abstinentia videlicet, elicitur et qui virtualiter per caritatem, ratione supra explicata, ad Deum finem supernaturalem ordinatur (2).

In præcedentibus vero vidimus quænam sint *stricte necessaria*, ex parte operis, ad meritum condignum. Jam evidens apparet *melius* esse atque *perfectius*, ut christiani semper magis magisque satagant agere in spiritu fidei et caritatis (3) ; unde facile etiam intelligitur omnino commendandam esse piorum praxim, qua saltem initio diei se suasque actiones omnes, in unione cum Christi meritis, ad gloriam Dei referant.

H. Lamiroy.

III-IV.

De concubinario et franco-muratore moribundo.

Q. – *Indica modum agendi confessarii cum moribundo 1) concubinario, 2) franco-muratore.*

R. — Quoad I^um^.

Prænota : Concubinatus est modus vivendi maritaliter,

---

(1) Cfr Pesch, *De gratia*, n. 408 s., p. 253 s., Frib. Br., 1916[4].

(2) Recole testimonia s. Thomæ supra citata, addito textu qui ponitur, p. 280, n. 1.

(3) Lege ill. ac rev. Waffelaert, *Pretiosa quædam consilia in ordine ad vitam mysticam*, apud *Collat. Brugen.*, XXVII (1927), p. 403 s.; Van der Meersch, in t. XII (1907), p. 172 et adverte sic perveniendum esse ad perfectionem patriæ, in qua semper cogitatur de Deo, qui semper etiam amatur (*De caritate*, a. 11, ad 2).

inter virum determinatum et mulierem determinatam, valido matrimonio non junctos.

Hoc præmisso, distinguimus has duas hypotheses :

Prima hypothesis : moribundus est sensibus destitutus.

Quæstio est de sola *absolutione* et *extrema unctione*. Administratio viatici est practice impossibilis.

Hæc attendantur *principia* :

1/ Sacramenta, ob reverentiam quæ ipsis debetur, ministrari non possunt in dubio de valore aut fructuositate, nisi gravi urgente causa. In extremis, gravissima sane urget causa, ita ut sufficiat *aliqua* spes fructuosæ susceptionis. In casu moribundi sensibus destituti, talis spes deesse censetur in sola quasi hypothesi quod, post vitam absque fide transactam, moribundus, antequam sensibus destitueretur, sacerdotem ad se accedentem contumeliose rejecit (1).

2/ In dubio *de valore*, sacramentum conferatur *sub conditione*, ad ostendendam nostram reverentiam ; non autem in dubio de fructuositate, ne reviviscentia impediatur (2).

3/ Vitanda est offensio populi, quæ merito timenda est si peccatori *publico*, sacramentum administratur vivorum, ante *publicam* scandali reparationem.

Casum igitur quod attinet :

a/ Quia administratio *sacramenti pœnitentiæ* dubii valoris est, *aut* propter dubiam intentionem suscipiendi hoc sacramentum, *aut* propter dubiam attritionem, *aut* saltem propter probabilem defectum confessionis dolorosæ, quæ probabiliter ad essentiam signi sacramentalis pertinet, concubinarius absolvatur conditionate, *sub conditione quod omnia adsunt quæ ad valorem postulantur*. Non est *scilicet* timenda offensio populi ex *absolutione* publica.

Non absolvatur concubinarius si, post vitam absque

(1) Cfr Desmet, *De sacramentis in genere*, Brugis, 1925², n, 162. Vide tamen can. 942, quoad extremam unctionem.

(2) *Ibidem*, n. 150 s.

fide transactam, antequam sensibus destitueretur, sacerdotem ad se accedentem contumeliose rejecerit.

b/ Ad valorem *extremæ unctionis* postulatur ex parte suscipientis 1/ periculum mortis ex causa intrinseca procedens, ex morbo scil. aut senio, 2/ intentio olim habita et non retractata suscipiendi sacramentum.

Dubia aliquando erit illa intentio, quo casu, si tamen aliquatenus sperari potest eam non deesse, moribundus inungatur *conditionate*. Quodsi, antequam sensus amiserit, rogavit ultima sacramenta, unctiones *absolute* fiant.

In casu concubinatus *publici*, sacramentum secreto administretur, propter offensionem populi.

Nota. Si concubinarius ad usum sensuum redit, quoad confessionem et viaticum necnon quoad remotionem occasionis peccati et reparationem scandali, attendantur quæ nunc statim exponenda veniunt. Extrema unctio, nisi dubii vel nullius valoris fuerit, non iteretur.

Altera hypothesis : moribundus sensibus nondum est destitutus.

Hæc præsertim attendantur *principia*.

1/ Ut peccator sit dispositus ad absolutionem oportet ut relinquat occasionem peccati proximam (1) simul et *liberam*. Quodsi occasio necessaria est, ita ut sine gravi incommodo vitari nequeat, paratus sit oportet ad media opportuna adhibenda quibus periculum minuitur, ita ut occasio proxima reddatur *remota*.

In casu concubinarii, confessarius abstinere non potest a monendo pœnitente de hac obligatione relinquendi vel removendi occasionem peccati, quia bona fides vix possibilis est, scandalosa pro populo et nimis periculosa pro ipso pœnitente, nisi mors omnino immineat et casus sit occultus.

2/ Occasio peccati cessat penitus per matrimonium

(1) Occasio proxima hic sumitur pro circumstantiis externis in quibus valde frequenter peccatur, adeoque certo vel valde probabiliter postea peccabitur.

concubinariorum, aufertur saltem momentanee per eorum separationem quoad habitationem, minuitur variis adhibitis cautelis, de quibus postea.

3/ Si concubinatus est *publicus*, oportet ut scandalum reparetur et quidem, propter offensionem populi, ante publicam administrationem viatici et extremæ unctionis.

4/ Si concubinatus est *occultus*, oportet vitetur infamia.

Hisce perspectis, varios distinguimus casus :

I. *Concubinatus est occultus et concubinarii sub diverso tecto habitant.*

Sufficit ut moribundus serio promittat in casu recuperatæ valetudinis se derelicturum esse occasionem peccati proximam. Quodsi, v. g. propter negotia communia, occasio prævidetur post recuperatam valetudinem fore per aliquod tempus necessariam, paratus sit oportet ad eam reddendam remotam, vitando omnes circumstantias quibus solus esse possit cum sola. Pariter, durante morbo, accessus concubinæ ad ægrotum prohibeatur. Id fiat prudenter, parcendo famæ concubinariorum.

Aliquando, ad consulendum conscientiæ aut ad legitimandam prolem matrimonium contrahendum est. De quo, vide casum sequentem.

II. *Concubinatus est occultus et concubina sub eodem tecto habitat.*

a/ *Si separatio est possibilis,* sine magno incommodo aut infamia, concubinarii separandi sunt. Sic, in casu concubinatus inter famulum et heram, inter ancillam et herum, deferatur famulus aut ancilla ad nosocomium.

b/ *Si separatio est impossibilis*, occasio proxima reddatur remota : concubinarius vivide sibi repræsentet mortem imminentem, judicium, pœnas æternas ; non accipiat concubinam in suo cubiculo solam ; auferatur e cubiculo imago concubinæ ; adsit persona aliena, religiosa, quæ continuo curam habeat infirmi etc.

c/ *Si matrimonium valide iniri potest*, hoc medio penitus cessat occasio peccati, legitimatur proles nata vel

nascenda et minuitur infamia concubinæ forte prægnantis, divulgato matrimonio post mortem vel recuperatam sanitatem. Attamen, si moribundus convalescit difficulter celari poterit matrimonium initum esse *in extremis*, propter causam aliquam infamantem. Quare recurrendo ad matrimonium in casu concubinatus *occulti* difficulter vitabitur aliqua infamia, nisi mors sat brevi secutura sit, nulla proles nata vel nascenda sit et a matrimonio civili in extremis abstineri possit, *vel* nisi agatur de matrimonio *convalidando*.

Quod attinet neglectum formalitatum civilium, *unica conditio* quæ ad vitandas pœnalitates postulatur hæc est : quod nempe mortis discrimen adeo urgeat ut merito timeatur tempus deesse ad formalitates illas præmittendas ; attendendo ad eas non posse procedi nisi prævie obtenta dispensatione procuratoris regii super publicationibus et dilatione legali, obtentis etiam, pro variis adjunctis, obitus prioris compartis authentica attestatione, vel consensu parentum (1).

In hoc negotio confessarii relate ad matrimonium moribundi, tres canones præ oculis habendi sunt, quos hic referimus :

Canon 1098 : « Si haberi vel adiri nequeat sine gravi incommodo parochus vel Ordinarius vel sacerdos delegatus qui matrimonio assistant ad normam canonum 1095, 1096 : 1° In mortis periculo validum et licitum est matrimonium contractum coram solis testibus... 2° ...Si præsto sit alius sacerdos qui adesse possit, vocari et, una cum testibus, matrimonio assistere debet, salva conjugii validitate coram solis testibus ».

(1) Cfr Desmet, *De matrimonio*, Brugis, 1927[4], n. 898, ubi advertitur non postulari ut, antequam matrimonium religiosum celebretur, constet, per medici attestationem, de urgenti mortis periculo ; nec opus esse ut, post factum, de peracta matrimonii religiosi celebratione certioretur procurator regius vel officialis civilis ; nec tandem ullam adesse obligationem ut, si moribundus supervixerit aut præter spem convaluerit, civiliter etiam contrahat. Vide etiam *ibidem* quod spectat formalitates matrimonii civilis *domi* celebrandi.

Canon iste non applicatur statim ac tempestive et mediis ordinariis, puta litteris, adiri potest Ordinarius, parochus, aut delegatus eorum, quamvis forsan casus ipsis submitti nequeat propter sigillum (1).

Canon 1043 : « Urgente mortis periculo, locorum Ordinarii, ad consulendum conscientiæ et, si casus ferat, legitimationi prolis, possunt tum super forma in matrimonii celebratione servanda, tum super omnibus et singulis impedimentis juris ecclesiastici, sive publicis sive occultis, etiam multiplicibus, exceptis impedimentis provenientibus ex sacro presbyteratus ordine et ex affinitate in linea recta, consummato matrimonio, dispensare proprios subditos ubique commorantes et omnes in proprio territorio actu degentes, remoto scandalo, et, si dispensatio concedatur super cultus disparitate aut mixta religione, præstitis consuetis cautionibus ».

Duplex in hoc canone indicatur causa dispensandi, quæ in casu concubinarii facile aderit : *necessitas conscientiæ*, si matrimonio occasio peccati supprimitur, *legitimatio prolis*, dummodo non sit adulterina vel sacrilega, quia hæc non legitimatur matrimonio.

Facultas illa, datur, pro utroque foro, tam in ordine ad matrimonium *convalidandum*, quam in ordine ad matrimonium *contrahendum*. Periculum mortis esse potest vel personæ quæ impedimento ligatur vel compartis.

Canon 1044 : « In eisdem rerum adjunctis de quibus in can. 1043 et solum pro casibus in quibus ne loci quidem Ordinarius adiri possit, eadem dispensandi facultate pollet tum parochus, tum sacerdos qui matrimonio, ad normam can. 1098, n. 2, assistit, tum confessarius, sed hic pro foro interno in actu sacramentalis confessionis tantum ».

Si Ordinarius loci adiri potest, parochus, sacerdos et confessarius de quibus in hoc can. 1044, nullam potestatem accipiunt. Ordinarius adiri non potest, juxta pleros-

---

(1) Vide supra, p. 253.

que (1) auctores, quando ad ipsum recurri non potest nisi violato sigillo aut secreto professionali.

Confessarius dispensare valet super forma matrimonii, præstat tamen ut nuptiæ etiam tunc celebrentur coram duobus testibus, vel coram ipso sine testibus. Præterea dispensare valet super impedimentis fori interni, natura scil. *et* facto occultis, non autem, sicut parochus et sacerdos assistens in casu can. 1098, super impedimentis fori externi, natura scil. *vel* facto publicis.

Hisce prænotatis, en modum agendi confessarii relate ad matrimonium concubinarii *occulti.*

1/ *Si nullum adest impedimentum.*

α/ *Vel adest tempus recurrendi ad Ordinarium loci:* Petatur dispensatio super forma matrimonii vi can. 1043. Hæc solutio adhibeatur quando mors prævidetur valde probabiliter secutura et nulla datur proles legitimanda, vel quando matrimonium est *convalidandum* in forma, coram parocho aut sacerdote delegato et testibus (2). De licentia tamen pœnitentis, præsens sit confessarius quando matrimonium celebratur, ob characterem sacrum rei quæ agitur. Continget etiam ut Ordinarius dispenset in sola præsentia testium et delegationem det confessario ut assistat matrimonio. Semel pro semper dictum sit 1) necessariam esse licentiam pœnitentis ut confessarius utatur scientia sacramentali cum gravamine pœnitentis aut periculo violationis sigilli ; 2) curandum esse ut ante matrimonium nupturientes statum gratiæ acquirant.

β/ *Vel consentit pœnitens in matrimonium conscientiæ.* Recurratur ad *Episcopum* (3) et consensus præstetur coram parocho (aut confessario rite delegato) ac duobus testibus familiaribus, variis adhibitis cautelis ad hoc ut secretum servetur. Hæc solutio præferenda est in casu prægnantiæ concubinæ.

---

(1) Post responsum Commissionis pontificiæ circa can. 1098, de quo p. 253, forsan severior sententia prævalebit.

(2) Vide can. 1136-1137.

(3) Cfr can. 1104.

γ/ *Si loci Ordinarius adiri non potest*, vi can. 1044, ipse confessarius, in actu confessionis, dispensare potest super forma matrimonii. Vide quæ diximus sub α/.

δ/ *Si non adest tempus recurrendi ad parochum, Ordinarium aut eorum delegatum*, valet matrimonium coram duobus testibus, vi can. 1098. Confessarius assistat, qua sacerdos, nisi gravis ratio obstet, puta difficultas servandi formalitates civiles.

Confessarii est, inspectis prudenter omnibus adjunctis præsentibus et futuris, eligere unam e solutionibus propositis.

2/ *Si adest impedimentum natura et facto occultum.*

α/ *Si recurri potest ad Ordinarium loci*, illæso sigillo vel consentiente pœnitente, petatur dispensatio vi can. 1043, super impedimento et, si id videatur opportunum, super forma matrimonii, quod secus celebrari deberet coram parocho loci aut sacerdote (confessario) a parocho aut Ordinario delegato et duobus testibus, in forma matrimonii conscientiæ, de licentia ipsius *Episcopi*. In casu matrimonii invalide contracti ob impedimentum occultum et convalidandi, non opus est dispensatione super forma matrimonii, sed applicatur can. 1135, § 2, 3.

β/ *Si recurri non possit ad Ordinarium loci*, ipse confessarius, in actu confessionis, dispensare valet, vi can. 1044, super forma matrimonii et super impedimento. Ad valorem sufficit ut nominet impedimentum et declaret se dispensare (1).

---

(1) En formulam dispensationis pro foro interno sacramentali :

« Dominus N. J. C. te absolvat et ego auctoritate Ipsius te absolvo ab omni vinculo excommunicationis et interdicti, signanter ab excessibus admissis, necnon a pœnis et censuris quas ob præmissa forsan incurristi, in quantum possum et tu indiges.

Insuper, potestate vi can. 1044 mihi tributa, dispenso tecum super (forma matrimonii et super) impedimento... ut eo non obstante cum muliere quam ducere intendis, matrimonium contrahere, consummare et in eo permanere valeas. Eadem potestate prolem (susceptam et) suscipiendam exinde legitimam fore nuntio et decerno. In nomine P. et F. et Sp. S... Amen.

Deinde ego te absolvo a peccatis tuis, in nomine P. et F. et Sp. S... ».

γ/ *Quodsi Ordinarius, parochus aut delegatus tempestive adiri nequeunt*, usu venit can. 1098 et 1044 : confessarius, qua sacerdos assistens, dispensare valet in foro externo, non-sacramentali, super impedimento, et matrimonium celebretur coram duobus testibus et confessario.

Confessarii est, de consensu pœnitentis, unam e solutionibus pro adjunctis eligere.

3/ *Si adest impedimentum natura (vel facto) publicum.*

α/ *Si adest tempus recurrendi ad Ordinarium loci* et in id consentiat pœnitens (quia adest periculum violationis sigilli), recurratur ad ipsum 1) pro dispensatione, vi can. 1043, super impedimento, necnon 2) pro matrimonio conscientiæ aut pro dispensatione super forma matrimonii contrahendi, vel convalidandi (can. 1135, § 1).

β/ *Si ad Ordinarium recurri nequeat*, parochus dispensare valet vi can. 1044, in foro externo (1). Quare, si confessarius est parochus loci, de licentia pœnitentis, agat extrasacramentaliter ut parochus. Aliquando aderit *casus perplexus* (2).

γ/ *Si*, quod raro contingit, *usu venit can. 1098*, tunc confessarius, *qua sacerdos assistens*, vi can. 1044, dispensare valet in foro externo.

δ/ *Si adest tempus recurrendi ad Ordinarium loci*, et id non permittat pœnitens propter periculum infamiæ, matrimonium est impossibile. Aliquando aderit *casus perplexus*.

4/ *Si adest impedimentum tum fori externi, tum fori interni.*

α/ *Si recurri potest*, consentiente pœnitente, *ad Ordinarium* loci, procedatur uti dictum est sub 3/ α/.

β/ Si tempestive, aut propter sigillum, *ad Ordinarium recurri nequeat*, parochus dispensare valet vi can. 1044.

---

(1) Pro foro externo dispensetur scripto, nisi tempus deficiat, quo casu instrumentum conficiatur postea. Vide formulam dispensationis apud Desmet, *o. c.*, n. 894.

(2) *Ibidem*, n. 838 s.

Hæc solutio practica est si parochus est simul confessarius moribundi. Dispenset parochus in foro externo super impedimento publico, in foro interno, non-sacramentali, super impedimento natura et facto occulto, simul convalidando dispensationem invalide concessam in foro externo, si impedimentum illud est majoris gradus (1).

γ/ *In casu can. 1098,* confessarius, qua sacerdos assistens, dispensare valet, vi can. 1044, pro utroque foro.

III. *Concubinatus est publicus et concubina sub diverso tecto habitat.*

a/ Non sufficit mera promissio derelinquendi occasionem proximam liberam et removendi necessariam, sed scandalum reparandum est, publica et extrasacramentali vitæ scandalosæ retractatione, coram confessario et duobus testibus, scripto vel verbis. Attamen, satis esse potest, attentis adjunctis, ut coram confessario extrasacramentaliter retractatio fiat, ante publicam reliquorum sacramentorum administrationem opportune divulganda.

b/ Si concubinarii velint matrimonium inire et non obstet impedimentum indispensabile, procedatur ad celebrationem matrimonii in extremis. Quocirca adverte :

α/ *Si nullum adest impedimentum,* matrimonium contrahatur, cum dispensatione in bannis (2), in forma can. 1094, nisi tempus desit ad delegationem obtinendam, quo casu applicatur can. 1098.

β/ *Si adsunt impedimenta solius fori interni,* confessarius dispensare valet vi can. 1044, si loci Ordinarius adiri nequit.

γ/ *Si adsunt impedimenta fori externi,* confessarius, qua talis, dispensare nequit sed, si Ordinarius adiri nequit, dispensare valent *tum* parochus, *tum,* in casu can. 1098, confessarius qua sacerdos assistens, idque in utroque foro et, si simul adsit impedimentum fori interni, convalidare

---

(1) Cfr can. 1042, 1054.

(2) Banna omittantur *ex epikeia,* si tempus desit ad dispensationem petendam.

debent in foro interno non-sacramentali dispensationem forsan invalide ab ipsis concessam in foro externo, juxta dicta supra. Aliquando aderit *casus perplexus.*

Attendatur oportet ad legem anterioritatis matrimonii civilis

IV. *Concubinatus est publicus et concubina sub eodem tecto habitat.*

Si recurri nequeat ad matrimonium, ut supra, separatio si fieri possit statim instituatur, ejiciendo concubinam vel transferendo moribundum in aliam domum, puta apud familiam vel ad nosocomium. In casu enim concubinatus *publici* communiter loquendo concubinarius absolvi nequit, si non statim separationem instituat. Ratio est quia præter occasionem peccati fugiendam, necessaria est satisfactio scandalo proportionata, publica scil. separatio.

Si hoc fieri nequeat, promittere debet concubinarius se ejecturum esse mulierem statim ac poterit et interim se adhibiturum esse remedia ad reddendam occasionem peccati remotam. Nam, si concubinarius graviter decumbens mulierem dimittere non potest, v. g. si adeo sit derelictus ut ea dimissa neminem habeat, qui ipsi necessaria præstet et ad nosocomium transferri nequeat, tunc in casu tantæ necessitatis absolvendus est, et aliis sacramentis muniendus, modo vere contritus judicetur, et coram adstantibus promittat se mulierem ejecturum esse, statim ac periculum mortis evanescat ; in tali enim necessitate scandalum reparatur eo modo quo reparari potest. Quodsi agatur de concubina in domo amasii moribunda et quæ transferri nequeat, absolvenda est modo bene disposita, saltem extrasacramentaliter coram confessario vitæ scandalosæ retractationem opportune divulgandam instituerit. Interim curetur ut alia persona semper adsit in cubiculo, puta religiosa, removeantur quæcunque passionem excitent et timor judicii vivide inculcetur. In his tamen circumstantiis, generatim, ob

offensionem populi, viaticum et extrema unctio secreto ministrentur.

QUOAD II^um^.

Quod attinet *franco-muratorem* moribundum, tres casus distinguimus :

Prima hypothesis : moribundus est sensibus destitutus.

Quæstio est de sola *absolutione* et *extrema unctione.* Juxta principia supra exposita pro casu concubinarii sensibus destituti et hic quoque practica :

1/ Sacramentum *pœnitentiæ* dubii valoris est et sub conditione administrandum, nisi moribundus, antequam sensibus destitueretur, sacerdotem ad se accedentem contumeliose rejecerit, quo casu absolvi nequit.

2/ Si absolvitur, potest deinde *extremam unctionem* recipere, secreto et conditionate, nisi sacerdotem rogaverit, quo casu absolute inungatur et, adjunctis opportune divulgatis, etiam publice.

3/ Si postea ad usum sensuum redit, attendantur nunc statim exponenda :

Secunda hypothesis : moribundus, occultus franco-murator, est sui compos.

Confessarius hæc præsertim præ oculis habeat : 1/ « Nomen dantes sectæ massonicæ aliisve ejusdem generis associationibus quæ contra Ecclesiam vel legitimas civiles potestates machinantur, contrahunt ipso facto excommunicationem Sedi Apostolicæ simpliciter reservatam » (can. 2335). Ignorantia, si non fuerit crassa aut supina, excusat ab excommunicatione (can. 2229, § 3, 1°).

2/ « In periculo mortis omnes sacerdotes, licet ad confessiones non approbati, valide et licite absolvunt quoslibet pœnitentes a quibusvis peccatis aut censuris, quantumvis reservatis et notoriis, etiamsi præsens sit sacerdos approbatus, salvo præscripto can. 884, 2252 » (can. 882). Non agitur hic de absolutione complicis (can. 884), et quia non agitur de censura ab homine, aut de censura specialissimo modo Sedi Apostolicæ reservata (can. 2252),

absolutio est definitiva, sine obligatione recurrendi post convalescentiam. Absolutio censuræ, in foro sacramentali, continetur in consueta forma absolutionis peccatorum (can. 2250, § 3), in qua pro opportunitate post verba « ab omni vinculo excommunicationis » inseratur « in specie ab eo quod contraxisti nomen dando sectæ massonicæ » et dein pergatur dicendo « et interdicti, in quantum possum et tu indiges... ».

Hæc absolutio spectat ad forum *internum*, sed etiam in casu publico regulariter sufficit, quia delictum non solet ad forum externum deduci. Attamen in tali casu divulgetur oportet factum *confessionis* in periculo mortis, adeoque coram sacerdote facultatem habente absolvendi a censuris, peractæ.

3) Ut franco-muratores a peccatis suis et, si eam contraxerunt, a censura absolvantur, generatim injungendum est ut a secta « omnino se separent eamque abjurent ac denuncient, juxta can. 2336, § 2, personas ecclesiasticas et religiosas, si quas eidem adscriptas noverint ; libros, manuscripta ac signa eamdem respicientia, si qua retineant, in manus absolventis tradant, ad s. officium quamprimum caute transmittenda aut saltem, si justæ gravesque causæ id postulent, destruenda » (1). Non postulatur ut abjuratio coram testibus fiat, siquidem casus est occultus. Advertatur hæc imponenda esse in quantum moribundus prævidetur obtemperaturus. Sunt enim dispositiones juris positivi quæ, *ut tales*, urgeri non debent cum periculo amissionis salutis æternæ. Patet tamen separationem a secta semper esse exigendam, eamque perpetuam, et, si statim fieri possit, non differendam, nisi gravissima mala inde pœnitenti immineant, scandalo cautum sit et gravi damno spirituali, nullumque sectæ adjumentum præstetur.

4) Quod attinet pœnitentiam, ratio habenda est condi-

(1) Ad analogiam cum casu absolutionis vi *Indulti* concessi Ordinario brugensi, apud *Collat Brugen.*, XXIII (1923), p. 161 s. Vide etiam Desmet, *De sacramentis in genere*, n. 162.

tionis pœnitentis, qui est moribundus. Exigatur aliquid adimplendum statim et aliquid adimplendum post recuperatam sanitatem v. g. ut per aliquot hebdomadas quotidie tunc recitet ter *pater* et *ave* et semel actus fidei, spei, charitatis et contritionis.

Tertia hypothesis: moribundus est sui compos et francomurator notorius.

Non sufficit in hoc casu retractatio secreta, coram confessario et sigillo tecta, sed postulatur, etiamsi censuram non contraxerit pœnitens, ut extrasacramentaliter coram confessario et duobus testibus, scripto vel verbis, declaret se vitæ criminosæ renuntiare, sectam abjurare et paratum esse Ecclesiæ stare mandatis. Satis esse potest, spectatis adjunctis, ut coram solo confessario prædictam retractationem et ejurationem faciat, ante vel post confessionem, et, antequam viaticum et extremam unctionem recipiat, divulgandam. De cetero, applicentur dicta in hypothesi secunda. V. Coucke.

V.

De benedictione apostolica in articulo mortis.

Q. Quid intelligitur nomine benedictionis apostolicæ cum indulgentia plenaria in articulo mortis? Quisnam eam impertiri potest, quibusnam, quoties, quanam formula? Da conditiones ad lucrandam indulgentiam plenariam huic benedictioni annexam.

R. — I. Notio.

Benedictio apostolica de qua hic agimus, est benedictio vel ab ipso summo pontifice, vel, ejus nomine, a sacerdote debita instructo facultate impertita ægrotis qui in vero mortis periculo versantur (1), et cui adnexa est indulgentia plenaria in articulo mortis.

(1) Cfr *Raccolta*, 1895, p. 528. De indulgentia plenaria in articulo mortis ex professo egimus apud *Collat. Brugen.*, t. XXVIII, 1928, p. 30 ss. Olim benedictio de qua tractamus vocabatur aliquando absolutio generalis, vel absolutio in articulo mortis, vel absolutio generalis papalis. Cfr Beringer-Steinen, *Die Ablässe*, 1921, t. I, p. 569, nota 2.

II. **Ministratio.**

1° *Minister.* — Ante Benedictum XIV facultas impertiendi laudatam benedictionem episcopis erat concessa ad tempus determinatum, cum potestate eam delegandi paucis tantum sacerdotibus et quidem pro casu veræ necessitatis et pro tempore nocturno (1). Ipse autem Benedictus XIV facultatem episcoporum extendit ad totum tempus episcopatus eorum, et potestatem eam delegandi multum ampliavit (2).

Codex vero juris canonici hanc facultatem tribuit omnibus sacerdotibus infirmis assistentibus, canone 468 § 2 : « Parocho aliive sacerdoti qui infirmis assistat, facultas est eis concedendi benedictionem apostolicam cum indulgentia plenaria in articulo mortis, secundum formam a probatis liturgicis libris traditam, quam benedictionem impertiri ne omittat » (3).

2° *Subjectum.* — Laudata benedictio concedi potest, ubi periculum mortis adest, quamquam nondum imminens, (4) infirmis usum rationis adeptis (5), « qui vel illam petierint, dum sana mente et integris sensibus erant, seu verisimiliter petiissent, vel dederint signa contritionis,... etiamsi postea linguæ ceterorumque sen-

---

(1) Cfr decr. s. C. Ind., 22 sept. 1710, *Decr. auth*, n. 29. Beringer, *o. c.*, t. I, p. 570 ss., n. 1022 ss.

(2) Cfr Bulla *Pia Mater*, 5 april. 1747, *Decr. auth.*, p. 471 ss.; decr. s. C. Ind., 23 sept. 1775, *Decr.*, *auth.*, n. 237 et 23 nov. 1878, *ibid.*, n. 440.

(3) Unde hæc facultas jam non debet ab episcopo delegari sacerdotibus, uti in editione germanica Beringer-Steinen, p. 571, dici videtur, sed ipsis ab ipso jure tribuitur, uti in versione gallica Beringer-Mazoyer, p. 591, corrigitur.

(4) Cfr decr. s. C. Ind., 18-19 dec. 1885, *Acta s. Sedis*, t. XVIII, p. 414, ubi, ad quæstionem utrum benedictio apostolica dari possit post collata extrema sacramenta, quum periculum quidem mortis adest, non tamen imminens, respondetur : affirmative, et additur « quam responsionem *ex natura rei* pro omnibus ægrotis christifidelibus in mortis periculo constitutis valere dixerunt » (scil. cardinales).

(5) Ad quæstionem utrum laudata benedictio etiam dari possit pueris qui ratione ætatis ad primam communionem nondum erant admissi, responsum est affirmative, dummodo pueri sint rationis capaces. Cfr Beringer-Steinen, *o. c.*, t. I, p. 574 et loc. ibid. cit.

suum usu sint destituti, aut in delirium vel amentiam inciderint. Excommunicatis vero, impœnitentibus, et qui in manifesto peccato mortali moriuntur, est omnino deneganda » (1). Effectus tamen benedictionis, seu indulgentia plenaria, in ipso tantum mortis articulo obtinetur.

3° *Iteratio.* — Uti pluries inculcavit s. Sedes, nonnisi semel in eadem infirmitate concedi potest benedictio apostolica, sive ab uno, sive a pluribus sacerdotibus, nec iterari potest etiamsi ægrotus eam acceperit in statu peccati mortalis, aut si postea in peccatum relapsus sit, aut si, ex eadem infirmitate, iterum atque iterum in novum mortis periculum adducatur adeoque iterum extremam unctionem suscipere possit (2). Tunc tantum eam benedictionem iterare licet, quando infirmus convaluerit, ac deinde quacumque de causa in novum mortis pericu-

---

(1) Cfr bulla *Pia Mater*, *Decr. auth*, p. 483 et *Rit. rom*, tit. V, cap. VI. In decr. s C. Ind., 23 sept. 1775 ad V, *Decr. auth.*, n. 237, respondetur benedictionem apostolicam posse, si sit periculum in mora, concedi tum valide, tum licite iis qui etiam culpabiliter non fuerunt ab incepto morbo sacramentis exeuntium muniti, subitoque vergunt ad interitum. Quæstio hic poni potest utrum laudata benedictio apostolica etiam iis concedi possit qui ex causa quadam externa, non vero ex infirmitate, in grave mortis imminentis periculum adducuntur. S. C. de Propaganda Fide, 10 aug. 1841, (*Collectanea*, n. 934), respondit eam concedi posse, cum id fieri poterit, *damnatis ad mortem*, dum ad illam subeundam ducuntur, vel eadem die qua eam subituri sunt. In reliquis vero documentis quæ vidimus unice quæstio fit de ægrotis, infirmis, moribundis, et ideo in textu de illis tantum loquimur. Id tamen generatim pro iis omnibus qui ex causa externa proxime perituri serio timentur licere asserunt Noldin, *De sacramentis*, n. 329; Fanfani, *De indulgentiis*, 1919, p. 78 et *Theol. mechlin de indulgentiis*, p. 108, nota (3): id autem non continetur in decr. s. C., Ind. 18 dec. 1885, quod apud duos priores Aa. citatur. Beringer-Steinen, p. 573 idem affirmat pro militibus ad prœlium tendentibus, quod tamen in versione Beringer-Mazoyer omissum est.

(2) Cfr decr. s. C. Ind., 20 junii 1836, ad VII, *Decr. auth.*, n. 257 et 12 febr. 1842, *ibid.*, n. 300, coll. decr. 23 sept. 1775, ad VI, *ibid.*, n. 237, 5 febr. 1841, ad VII, *ibid.*, n. 286 et 12 martii 1855, *ibid.*, n. 362. Facile intelligitur cur sacramenta pœnitentiæ et extremæ unctionis repeti possint, quatenus scilicet effectus salutares horum sacramentorum reiterari valent, dum contra non existit similis utilitas in reiteranda benedictione apostolica. Unde nec in diversis morbis hæc benedictio

lum redeat (1), aut quando prima vice benedictio invalide concessa fuit, uti patet (2).

4° *Formula.* — Formula a Benedicto XIV confecta, quæ invenitur in *Rituali romano* tit. V, cap. VI, est ab omnibus adhibenda, et quidem sub pœna nullitatis (3).

III. Conditiones.

Ad lucrandam indulgentiam plenariam benedictioni apostolicæ adnexam duæ tantum conditiones speciales ab Ecclesia explicite præscribuntur, scilicet 1. invocatio saltem mentalis ss. Nominis Jesu : expresse imponitur tamquam conditio sine qua non (4) ;

2. acceptatio morbi et ipsius mortis in anteactæ vitæ expiationem (5).

Nec bulla « Pia Mater », nec *Raccolta*, nec *Rituale romanum* imponunt confessionem et communionem tamquam conditionem necessariam ad validam suscep-

---

semel valide data necessario reiterari deberet : id tamen benigne permittit mater Ecclesia ad majorem securitatem et ad solatium infirmi. Adverte tandem quod, etiamsi infirmus habet plures titulos ad benedictionem apostolicam, ea nihilominus semel tantum ipsi dari potest, ut in textu dicitur.

(1) Cfr decr. s. C. Ind. 24 sept. 1838, ad II, *Decr. auth.* n. 263 et 12 febr. 1842, *ibid.* n. 300.

(2) V. g, quando ægrotus prima vice positive noluit eam accipere aut quando sacerdos usus est alia formula quam formula in Rituali præscripta.

(3) Cfr dec. s. C. Ind. 22 martii 1879, ad III, *Decr. auth.* n. 444, coll. decr. 5 febr. 1841, ad VIII, *ibid.* n. 286, bulla *Pia Mater*, *ibid.* p. 483, *Raccolta*, p. 529 et *Rit. rom.* l. c., ubi etiam inserta est formula brevior et formula brevissima pro casu necessitatis, aut etiam ad contagium evitandum (*Decr. auth. C. s. Rit.* n. 3483). Quando hæc benedictio datur post s. viaticum et extremam unctionem, tribus vicibus iterari debet Confiteor, nisi necessitas urgeat. Cfr decr. s. C. Ind. 5 febr. 1841, ad V et ad VI, *Decr. auth.* n. 286 et decr. s. Officii 1 sept. 1851 apud Beringer, *o. c.*, t. I, p. 577. Quando pluribus simul infirmis hæc benedictio datur, omnia dicuntur semel, singulari tantum numero in pluralem immutato, *Rit. rom.*, *l. c.*

(4) Cfr decr. s. C. Ind. 23 sept. 1775, ad VII, *Decr. auth.* n. 237 et 22 sept. 1892, *Acta s. Sedis*, t. XXV, p. 315 ss.

(5) Cfr bulla *Pia Mater* et *Rit. rom.*, *l. c.*

tionem hujus benedictionis : tutius tamen erit ea opera exigere, ubi possibile est (1) ; secus vero sacerdos excitabit moribundum ad actum contritionis, ut anima ejus, ab omni reatu culpæ purgato, plene accipiat indulgentiam plenariam in ipso mortis momento.

A. Legrand.

VI.

De suspensione a divinis.

Q. *Titius sacerdos incurrit censuram decreto n° 131, 4°, Conc. Mechl. IV statutam. Deficiente copia confessarii et urgente munere suo celebravit missam et administravit sacramenta antequam confessionem potuit instituere.*

Quæritur a/ ut accurate explicetur quænam sit censura quam Titius incurrit, b/ utrum et cur Titius factus sit irregularis ex hac celebratione et sacramentorum administratione.

R. — I. Decretum Conc. Mechl. IV n° 131, 4° statuit : « Si quis clericus, in majoribus ordinibus constitutus, vestibus laicalibus ad finem inhonestum indutus in publicum prodit, ipso facto suspensionem a divinis incurrit ».

Ex quo textu apparet sacerdotem, qui plene culpabiliter contra hoc decretum egit, incurrisse *suspensionem a divinis, latæ sententiæ, a jure latam sed nemini reservatam.*

Quo vero natura hujus censuræ fusius explicetur tria sunt explicanda : a/ quid sit *suspensio a divinis*, b/ cur hæc suspensio dicatur *latæ sententiæ*, et c/ cur dicatur *a jure lata et nemini reservata*. Et inde :

1/ Pœna in citato decreto lata est *suspensio a divinis.*

Censura in genere, ut supra explicavimus (2), est pœna, qua homo baptizatus, delinquens et contumax, quibusdam bonis spiritualibus vel spiritualibus adnexis privatur,

(1) Apud *Monitore ecclesiastico*, t. VII, 1925, p. 41, asseveranter dicitur quod confessio et communio sunt conditio sine qua non pro moribundo qui potest ea sacramenta suscipere, salvo tamen canone 931.

(2) Cfr supra p. 219.

donec, a contumacia recedens, absolvatur(1). Tres autem sunt species censurarum : *excommunicatio*, *interdictum* et suspensio (2).

Suspensio vero est « censura qua clericus officio vel beneficio vel utroque prohibetur » (3).

Dicitur : a/ *censura*, ut significetur suspensionem esse pœnam medicinalem, eo fine directe ac principaliter inflictam ut delinquens a contumacia recedat, et ideo distingui ab irregularitatibus et a pœnis vindicativis etiam a suspensione per modum pœnæ vindicativæ lata (4).

Dicitur b/ *qua clericus*, quia suspensio in solos clericos, ut tales, ferri potest, quoniam ii tantum habent potestatem sive ordinis sive jurisdictionis, seu officium et beneficium ecclesiasticum, et consequenter functiones quasdam exercent, quæ sunt propriæ potestati ecclesiasticæ (5).

Dicitur c/ *officio vel beneficio vel utroque*, ut indicetur triplicem haberi suspensionem, nimirum ab officio, a beneficio, et ab utroque simul.

Dicitur d/ *prohibetur*, quia suspensio non privat officio aut beneficio, i. e. non aufert ipsum jus sive ipsam potestatem, sed usum tantum atque exercitium.

Porro suspensio diversimode *dividitur*, at præcipue *ratione ambitus* in *generalem* et *partialem* : illa tum officium tum beneficium complectitur, ideoque privat clericum usu cujuslibet potestatis sive ordinis sive jurisdictionis, necnon jure percipiendi fructus beneficii ; hæc autem aut officium aut beneficium complectitur, aut totale aut partiale exercitium potestatis ordinis vel jurisdictionis (6).

Suspensio autem, de qua agimus, est una ex multipli-

---

(1) Cfr can. 2241, § 1.
(2) Cfr can. 2255, § 1.
(3) Cfr can. 2278, § 1.
(4) Cfr can. 2288.
(5) Cfr can. 2278, § 2 et Cappello, *De censuris*, p. 427.
(6) Cfr can. 2278 ad 2281.

cibus speciebus suspensionum partialium, quæ nempe *suspensio a divinis* vocatur et quæ in hoc consistit quod vetat omnem actum potestatis ordinis, quam quis sive per sacram ordinationem, sive per privilegium obtinet (1). Proinde sacerdos qui hujusmodi censuram incurrit, inter alia, nec missam celebrare, nec s. Communionem distribuere, nec a peccatis absolvere potest (2). Attamen actus potestatis ordinis et jurisdictionis, ut puta absolutio a peccatis, ab hujusmodi suspenso positi, quamvis illiciti, remanent validi « nisi lata sit sententia condemnatoria vel declaratoria, aut nisi superior expresse declaret se ipsam jurisdictionis potestatem revocare » (3).

2/ Suspensio de qua cit. decr. est *latæ sententiæ* : i. e. ita est addita legi ut incurratur *ipso facto* delicti commissi, quin opus sit sententia auctoritatis ecclesiasticæ. Quod constat ex ipso decreti textu, inspecto can. 2217, § 2.

3/ Est suspensio *a jure lata*, quia est pœna determinata in ipsa lege statuta (4), sed *nemini reservata*, cum lex de reservatione silet et « censura latæ sententiæ non est reservata nisi in lege vel præcepto id expresse dicatur » (5). Proinde quilibet confessarius in foro sacramentali ab ipsa absolvere potest (6).

II. Ad quæstionem autem num Titius, qui supradictam censuram certo incurrit et deficiente copia confessarii et urgente munere missam celebravit et sacramenta administravit antequam confessionem potuit instituere, factus sit *irregularis*, dicendum est : *negative*.

---

(1) Cfr can. 2279, § 2, 2°. — Ordinatio sacra est qua major ordo confertur. Ex privilegio sacerdos non-episcopus confirmationem administrat (can. 782, § 2), præfectus apostolicus, charactere episcopali carens, etiam ordines minores.

(2) Cum enim absolutio a peccatis sit actus potestatis ordinis simul ac jurisdictionis, sacerdoti suspenso a divinis confessiones audire non licet.

(3) Cfr can. 2261.

(4) Cfr can. 2217, § 1, 3°.

(5) Cfr can. 2245, § 4.

(6) Cfr can. 2253, 1°.

Responsum explicatur et probatur :

Ratio dubitandi utrum irregularis factus sit necne, oritur ex can. 985, qui sub 7° statuit irregulares esse ex delicto « qui actum ordinis ponunt dum ab ejus exercitio pœna canoncia sive personali, sive medicinali aut vindicativa, sive locali sunt prohibiti ».

Atvero, nonobstante hoc canone, duplici ex capite probari potest Titium non factum esse irregularem. Et quidem :

1°/ Cum delictum, ut supponitur, non sit notorium, cumque de pœna illata non intercesserit sententia declaratoria, cumque ex alia parte Titius se exposuisset periculo infamiæ non audiendo confessiones nec celebrando missam, secundum can. 2232, § 1 excusabatur a pœna sua servanda, et proinde actus ordinis quos posuit ipsi in casu non erant prohibiti ideoque irregularitatem non contraxit.

2°/ Cum Titius tantum ex muneris urgentia celebraverit et sacramenta administraverit, licite egit vi can. 2284 et 2261, § 2, nam in hujusmodi casu fidelibus licet qualibet ex causa sacramenta et sacramentalia a suspenso petere et proinde Titius non peccavit ponendo illos actus ordinis, et consequenter irregularitatem non incurrit, cum irregularitas non causatur nisi ob peccata gravia externa.

J. Brys.

RESPONSA

ad quæstiones in conferentiis mensis maii propositas.

—

I.

Prima oratio Jesu post cœnam (III).

Q. *Interpretare* Jo., XIV, 25-31.

R. Promissis eximiis illis donis quibus Pater et ipse Christus curabunt ne discipuli ut orphani relinquantur (1), orationem suam primam post cœnam concludit Jesus brevissimis quibusdam sententiis hortatoriis et consolatoriis.

Sæpissime apostoli doctrinam Magistri non intellexerant et in hac ipsa oratione aliquibus importunis quæstionibus suum intellectus defectum prodiderant ; promittit Jesus huic ignorantiæ Spiritum sanctum esse suppleturum, v. 25-26 : *Hæc*, sermonem scil. Patris, *locutus sum apud vos manens* et degens in terris ; *Paraclitus autem,* opitulator *Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia et in memoriam revocabit* (Vulg. suggeret) *vobis omnia, quæcumque dixero vobis.* Sicut Christus venerat in nomine Patris (2), missus a Patre ut nomine Patris prædicaret et ageret, ita nomine Filii mittetur Spiritus, « non enim loquetur a semetipso : sed quæcum-

---

(1) Vide supra, p. 130 ss. et 223 ss.
(2) *Jo.*, v, 43 ; x, 25.

que audiet loquetur... ille me clarificabit : quia de meo accipiet, et annuntiabit vobis » (1). Munus Spiritus veritatis erit illuminatione interna docere et in memoriam revocare doctrinam Jesu (2).

Hoc consolationis motivo enuntiato, valedicit Jesus suis carissimis discipulis, secundum morem judæorum pacem eis seu faustissimorum omnium tranquillam possessionem exoptando ; specialem tamen sensum suam pacis apprecationem præ se ferre demonstrat, v. 27-28ª : Non solummodo apprecor vobis pacem, sed ut legatum quoddam *pacem relinquo vobis*, nec pacem qualemcumque sed *pacem* specifice *meam do vobis*, tranquillitatem illam scil. animi cujus ego auctor sum et cujus fundamentum est unio cum Deo ; ita, *non quomodo mundus dat, ego do vobis* pacem. Proin, ut ab initio dixi (3), *non turbetur cor vestrum, neque formidet* propter instantem meum discessum ; pacem enim reliqui vobis et insuper mox ipse regrediar ad vos, *audistis quia ego dixi vobis : vado et venio ad vos* iterum, prius ut habitem apud vos cum Patre et Spiritu, dein ut vos assumam in domum Patris (4).

Non est præterea locus tristitiæ sed gaudii ; si intelligerent discipuli veram rationem Jesu discessus et si Jesum vere diligerent, gauderent sicut ipse gaudet, licet præ oculis habeat horrendam suam mortem et terrificam passionem, v. 28ᵇ : *si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem ;* redit enim Jesus apud Patrem ut clarificetur illa claritate quam habuit apud Patrem priusquam

---

(1) *Jo.*, XVI, 13 s.

(2) Cfr *ib.*, XVI, 13 et XV, 26. — Dogmaticis relinquimus quæstiones occasione hujus textus agitatas, tum utrum hæc promissio limitetur ad solos apostolos, tum utrum Spiritus possit revelare doctrinas quas Jesus nequidem implicite proposuit ; notari tamen potest, quoad hanc ultimam quæstionem, præsentem textum non agere nisi de doctrinis a Jesu revelatis.

(3) *Jo.*, XIV, 1.

(4) *Ib.*, XIV, 3, 18, 23.

mundus esset (1). De hoc reditu gaudet Jesus : *quia Pater major me est ;* superioritatem Patris proclamat persona Verbi, considerans naturam suam humanam, secundum quam redit ad Patrem (2).

Attamen timet Jesus ne male passionem suam interpretentur apostoli ideoque scandalum apud ipsos obvie oriundum in antecessum vult tollere, v. 29-30[a] : *Et nunc dixi vobis prius quam fiat : ut cum factum fuerit, credatis me* hæc prædixisse (3). Hac de re *jam non multa loquar vobiscum, venit enim* et imminet *princeps mundi hujus,* diabolus nempe, qui pater est illorum qui ejus desideria faciunt (4) et cujus furori Jesus nunc tradetur. Cavet tamen Jesus ne censeant apostoli hæc fieri quia est sub potestate diaboli, v. 30[b]-31 : *in me* diabolus *non habet quidquam*, cum Filius sim Dei et cum nemo me possit arguere de peccato (5). Si nihilominus diabolus in me invehit, hoc ideo ipsi permittitur *ut cognoscat mundus quia diligo*

---

(1) *Jo.*, XVII, 5.

(2) De historia exegeseos hujus textus hæc notat A. DURAND, *Evangile selon s. Jean*, Paris, 1927, p. 406 : « Cette déclaration, jetée ici comme en passant, n'a pas soulevé tout d'abord les polémiques auxquelles elle devait donner lieu au quatrième siècle. Les plus anciens auteurs ne semblent pas s'être préoccupés de préciser si, dans ces paroles, on entendait la voix du Dieu plutôt que celle de l'homme. La question se posa entre les ariens et les orthodoxes. Or, la plupart de ces derniers, du moins parmi les grecs, accordaient que le Fils éternel de Dieu protestait ici de sa dépendance vis-à-vis du Père, non pas à raison de sa nature divine, mais à cause de son origine. Cette exégèse ne faisait aucune difficulté, du moment que l'on reconnaissait que le Fils était Dieu de Dieu, et que le Père seul était Dieu sans principe. Les Latins, au contraire, entendirent plutôt la prééminence du Père sur le Fils d'une supériorité proprement dite, c'est à dire par rapport à sa nature humaine, qui le rangeait parmi les créatures. Saint Cyrille d'Alexandrie a réuni les deux explications. Le contexte semble lui donner raison. D'un bout à l'autre du quatrième évangile, le Verbe incarné parle invariablement dans l'unité indivisible de sa personne ».

(3) Cfr *Jo.*, XIII, 19 ; XVI, 4.

(4) *Ib.*, VIII, 44.

(5) *Ib.*, VIII, 46.

Patrem et præ hac dilectione, *sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio.* Mandatum acceperat Jesus a Patre ut poneret animam suam (1).

His dictis, jubet Jesus : *surgite, eamus hinc.*

M. De Jonghe.

II.

Conditiones ad meritum de congruo.

Q. *Indica, breviore explicatione addita, conditiones requisitas ad meritum improprie dictum seu de congruo.*

R. — Jam diximus supra meritum congruum non esse meritum stricte dictum et proprie sumendum, sed *analogice* potius (2), quippe qui participat rationem meriti theologici, ast *imperfecte* solummodo et *secundum quid.* Deficit enim vel ex parte valoris operis obsequii, vel ex parte promissionis divinæ (3), adeoque debetur non ex quadam justitiæ proportione, sed *ex convenientia* tantum, secundum munificentiam præmiantis.

Apposite s. Thomas : « Dicitur aliquis mereri ex condigno, quando invenitur æqualitas inter præmium et meritum secundum rectam æstimationem ; ex congruo autem tantum, quando talis æqualitas non invenitur, sed solum secundum liberalitatem dantis munus tribuitur quod dantem decet » (4).

Conditiones porro hujusce meriti sunt : 1/ *ex parte Dei* requiritur quædam acceptatio, sed non promissio ; 2/ *ex parte operantis* necesse est ut sit in statu viæ, ast nullo

(1) *Jo.*, x, 17 s.

(2) Vide supra, p. 229.

(3) Meritum congruum habetur, tum in justis, tum in non justis, ex defectu promissionis divinæ ; in non justis insuper deficit condignitas operantis, adeoque deest valor operis obsequii. Sedulo nota quæ dicimus infra de merito congruo *infallibili,* quod quidam auctores admittunt in non justis in ordine ad gratiam justificationis : heic datur promissio divina sed deest, deficiente gratia habituali, valor operis obsequii.

(4) *Comm. in II Sent*, dist 27, q. 1, a. 3 coll. *Sum. theol.*, I-II, q. 114, a. 6, c.

modo debet esse in statu gratiæ ; 3/ *ex parte operis* postulantur libertas, bonitas moralis et supernaturalitas.

1/ Ex parte Dei *non requiritur promissio*, quoniam meritum congruum niti potest meræ liberalitati divinæ ; nihilominus *necessaria* videtur *divina acceptatio*, seu divina quædam ordinatio, diversa tamen ab ea quæ postulatur ad meritum condignum (1).

Novimus autem nunc actum perfectæ caritatis aut contritionis, elicitum in statu peccati, adjunctam habere divinam promissionem (2). Non erit talis actus meritorius de condigno, deficiente condignitate operantis, sed quidam theologi volunt hunc actum esse non modo *dispositionem positivam ultimam* ad justificationem, sed adhuc involvere *meritum congruum*, quod dicunt *infallibile*, utpote non solum *liberalitati* sed etiam *fidelitati* divinæ nixum.

Distinguunt itaque meritum congruum hoc infallibile et aliud *fallibile*, quod obtinet in iis actibus, quibus homo non justus, sive infidelis sit, sive peccator, sese disponit positive sed remote, auxiliante gratia supernaturali, ad justificationem. Hoc autem meritum congruum sed fallibile *non nisi in liberalitate* divina fundatur (3).

Hanc distinctionem infitiantur alii doctores, qui contendunt illum actum caritatis perfectæ, esse quidem ultimam positivam dispositionem ad justificationem, et involvere etiam meritum, sed meritum proprie dictum seu

---

(1) Hanc paucis describimus supra, p. 230, n. 1 et adverte quomodo generali ratione assignetur necessitas acceptationis divinæ apud *Sum. theol*, I-II, q. 21, a. 4 et q. 114, a. 1 c.

(2) Cfr *Jo.*, XIV, 21.

(3) Ita SUAREZ, *De gratia Dei*, lib. XII, cap. XXXVII, n. 9 s. (ed. Vivès, t. X, p. 249), quem multi sequuntur theologi, ut puta, MAZZELLA, *De gratia Christi*, n. 1130, p. 795 s. et n. 1170, p. 824 ; G. LAHOUSSE, *Tract. de gratia divina*, n. 340, p. 664, Brugis, 1902 ; VAN NOORT, *De gratia Christi*, n. 215.

de condigno, non quidem gratiæ habitualis sed gloriæ cœlestis (1).

2/ Ex parte operantis *non requiritur status gratiæ*, sed adverte in eo, qui justificatus jam existit, admittendum adhuc esse meritum de congruo, relate v. g. ad gratias efficaces, ut in proxima responsione dicemus (2).

Attamen *status viæ postulatur omnino*, secundum sententiam communem, quæ cum Aquinate, omne prorsus meritum, ad quodvis præmium, post hanc vitam negat (3).

3/ Ex parte operis requiritur ut sit *liberum*, libertate proprie dicta, et insuper sit *moraliter bonum*, sicut etiam ad meritum condignum postulatur ; rursus *non* est necessarium ut sit *supererogatorium* seu aliunde nullatenus obligatorium.

Debet adhuc opus esse *supernaturale*, certocertius quando de supernaturali mercede agitur ; censet vero

---

(1) Ita Van der Meersch, *o. c.*, n. 382 coll. n. 186 s., ubi rem sic explicat : hic actus caritatis perfectæ jam elicitur ***habitu*** caritatis, qui duplicem rationem exercet causalitatis, unam natura priorem actui, alteram natura posteriorem ; cum hac sententia, ut in proxima responsione pressius determinabimus, etiam prima gloria per meritum acquiritur ; cfr etiam Billot, *De Ecclesiæ sacramentis*, II, Romæ, 1901³, p. 91 s. : « Nota quod cum ad omnem actum supernaturalem requiratur elevatio potentiæ elicientis actum, hæc elevatio habetur dupliciter : vel per motionem Dei in facultate receptam, vel per habitum inhærentem... Nunc autem nihil prohibet quominus in una eademque gratiæ habitualis largitione, pro priori et posteriori signo naturæ, uterque elevationis modus importetur. Imo in justificatione impii per contritionem perfectam, necesse est id evenire. Nam cum juxta omnes infusio habitus et motus contritionis sint tempore simul, non est existimandum voluntatem elevari per aliquod principium distinctum ab habitu ipso, [idest, per aliquam gratiam actualem].. Verum pro priori signo naturæ habitus nondum influit per modus habitus,... sed solum per modum motionis,. . et hoc modo est principium contritionis in quantum contritio est ultima ad justificationem dispositio. In signo autem naturæ posteriori,.. incipit influere per modum habitus,... et hoc modo est principium contritionis, in quantum eadem contritio est meritoria vitæ æternæ ».

(2) Quoad has gratias deficit promissio divina et recole quæ dicimus supra, p. 306, n. 3.

(3) Vide supra, p. 231.

Suarez hoc non esse exigendum ad meritum præmii mere temporalis (1).

De modo quo supernaturalitas operis obtinet in homine justo, recole quæ diximus supra de merito condigno (2); quod autem spectat hominem non justificatum, habetur opus supernaturale per auxilium gratiæ actualis, quæ *vere elevat* hominem *ad actum*, uti in alia responsione determinavimus (3).

H. Lamiroy.

III-IV.

De satisfactione sacramentali.

Q. — *Confessarius quidam omnibus indiscriminatim pœnitentibus eamdem satisfactionem sacramentalem imponit, scil. ut recitent quinquies Pater et Ave. Iis vero qui non adimpleverunt præcedentis confessionis satisfactionem, imponit præterea bonam aliquam communionem, loco satisfactionis neglectæ. Dijudica hunc agendi modum.*

R. — Ad I^um^.

a/ *Principia exponuntur.*

Peccator peccando duplicem coram Deo reatum contrahit, culpæ scil. et pœnæ, ad cujus remissionem sacra-

---

(1) Suarez, *o.* et *l. c.*, cap. xxxiii, n. 8, p. 230 et vide responsum sequens in proximo fasciculo.

(2) Vide supra, p. 276 s. et nota distinguendum heic inter hominem justum et hominem impium, quod a multis respondentibus ad quæstionem conferentiarum fuit omissum, adeo ut viderentur in impio jam admittere habitum caritatis.

(3) Supra, p. 46 et observa fidem stricte dictam non requiri ad hoc ut possit aliquis supernaturaliter moveri a Deo, v. g. ad orandum. Damnavit Clemens XI hasce duas propositiones P. Quesnel : « Nullæ dantur gratiæ nisi per fidem » et « Fides est primæ gratia et fons omnium aliarum » (Prop. 26 et 27, apud *Enchir.*, n. 1376 s. vel *Thesaurus*, n. 909) ; lege etiam ill. ac rev. Waffelaert, *Medit. theol.*, apud *Collat. Brugen.*, II (1897), p. 182 et recole quæ diximus de utilitate orationis ante conversionem, apud *Collat. Brugen.*, XXII (1922), p. 306 s. ; cfr adhuc Van der Meersch, *o. c.*, n. 88, n. 404 et n. 407.

mentum pœnitentiæ ordinatur : confessio dolorosa et absolutio sacerdotis respiciunt reatum culpæ, satisfactio a judice sacramentali imposita et a pœnitente adimpleta respicit reatum pœnæ.

Satisfactio sic inspecta habet rationem *vindictæ*, est np. aliquatenus vindicativa ordinis per peccatum turbati, sub alio quoque respectu habet rationem *medicinæ*, quatenus præservat a peccato, tum ab eo avertendo pœnarum metu, tum vulnera curando et principia peccati extirpando. Quapropter concilium tridentinum, sess. XIV, cap. 8, *De satisfactionis necessitate et fructu*, et can. 887 codicis juris canonici præscribunt : « Pro qualitate et numero peccatorum et conditione pœnitentis salutares et convenientes satisfactiones confessarius injungat ».

1/ Igitur, confessarius, qua *judex*, injungere debet satisfactionem regulariter gravem pro peccatis mortalibus nondum directe remissis, eamque eo graviorem quo plura et graviora sunt delicta (1). Proportio tamen inter gravitatem peccati et onus satisfactionis impositæ non debet esse perfecta, talis ut pœnitentia sufficiat ad obtinendam a Deo integram remissionem pœnæ temporalis. Ceterum, qualis hæc sit, nos prorsus latet.

Causæ dantur minuendi pœnitentiam, ut contritio intensior, indulgentiæ lucrandæ, infirmitas corporis aut animæ. Crescente etiam numero delictorum, in eadem stricta proportione non est adaugenda satisfactio, ne onus spiritualiter debilibus intolerabile fiat. In casu infirmitatis spiritualis aut corporalis moderatæ pœnitentiæ addatur opus quod pœnitens prævidetur adimpleturus, vel opus aliunde jam præceptum.

Gravis hodie censetur pœnitentia, cujus materia æquivalenter correspondet operi ab Ecclesia præcepto sub gravi *ratione objecti*. Talis est assistentia missæ, recitatio tertiæ partis rosarii aut litaniæ omnium sanctorum. Recitatio parvæ horæ breviarii non censetur gravis

(1) Vide *Collat. Brugen.*, IV (1899), p. 650.

ratione *objecti* sed tantum ratione adjunctorum peculiarium, quia est pars notabilis (relative) officii peragendi nomine Ecclesiæ, a viro ad hoc publice deputato. Litaniæ lauretanæ, quinquies Pater et Ave sunt materia pœnitentiæ levis, non autem levissimæ.

Levissimam pœnitentiam imponere pro gravi peccato, *nulla causa excusante*, est grave peccatum. Levioribus pœnitentiis culpæ graves aliquando parvipenduntur, cum periculo relapsus.

2/ Confessarius, ut *medicus* animarum, debet, quantum fieri potest, eligere in variis operibus pœnosis, illud quod melius et aptius accommodatur qualitati peccatorum, contrarias ipsis satisfactiones injungendo : avaris eleemosynas, libidinosis carnis afflictiones, superbis humilitatis officia. Ratio tamen habenda est status, conditionis, sexus, ætatis et dispositionis pœnitentis, necnon morum vigentium et sigilli.

Rarius et levius peccatur ex hac parte, quia defectui suppleri potest aptis adhortationibus.

a/ *Dijudicatur modus agendi confessarii.*

1/ Cum pœnitentia a confessario indiscriminatim imposita sit levis sed non levissima, peccat confessarius leviter imponendo aliquando satisfactionem non proportionatam peccatis. Vix tamen credere possumus confessarium, pro peccatis omnino gravioribus, levem illam pœnitentiam impositurum esse.

2/ Nimis uniformiter pœnitentiam ad quamdam recitationem precum redigit. Deberet saltem orationem impositam ad peccata efficacius castiganda accommodare, determinando v. g. *modum* fundendi preces, e. g. flexis genibus, *tempus*, e. g. infra Missam, *locum* vel maxime *intentionem*, v. g. pro persona odio habita.

Pro quibusdam pœnitentibus alias quoque melius eligeret, quæ *tentationis* vim minuunt, uti consideratio inferni, *passiones* extenuant, ut mortificatio exterior aut interior, *vires spirituales* adaugent, ut examen conscientiæ, preces jaculatoriæ repetitæ, invocatio SS. Cordis, B. Mariæ

Virginis, angeli custodis, actus fidei spei et charitatis, præsertim vero usus frequentior sacramentorum.

Confessarii itaque coram Deo recogitent oportet grave illud concilii Mechliniensis monitum : » Medici personam non sustinet, qui radices malorum non investigat, et opportunis consiliis et remediis infirmitates spirituales sanare, pericula ruinæ avertere non studet. Justitiæ ministrum non se exhibet qui, nullo discrimine causarum facto, omnibus eandem modicam satisfactionem imponit, plane incuriosus officii quod sacrum concilium tridentinum his verbis definit : « Debent ergo sacerdotes Domini, quantum spiritus et prudentia suggesserit, pro qualitate criminum et pœnitentium facultate, salutares et convenientes satisfactiones injungere : ne, si forte peccatis conniveant, et indulgentius cum pœnitentibus agant, levissima quædam opera pro gravissimis delictis injungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur » (1).

Ad IIum.

a/ *Principia exponuntur.*

1/ Confessarius non semper commutare valet.

Si prior confessio invalida fuit, quia sacramentum integrari nequit nisi jam essentialiter perfectum sit, quæstio commutationis non ponitur. Commutatio etiam præsupponit aliquam, confusam saltem, notitiam confessionis, quæ notitia tamen haberi potest ex eo quod cognoscitur pœnitentia præcedenter data. Deinde, justa postulatur causa, qualis est utilitas spiritualis pœnitentis, magna difficultas satisfactionem adimplendi, periculum omissionis etc. Tandem, quoties pœnitens *excusatur* a priore satisfactione adimplenda, alia non est imponenda, nisi pœnitens ipse petat.

2. Non semper expedit commutationem facere.

Ne negligentiam pœnitentis nihili facere videatur, confessarius sæpe sæpius satisfactionem *urgeat* sine dilatione adimplendam, nisi utilitas spiritualis aut periculum omissionis aliter suadeat.

(1) *Concil. Mechl.* IV (1923), decret. 283.

3. Non semper laudabiliter commutatio fit in bonam aliquam communionem.

Ratio habenda est finis forte *medicinalis* prioris pœnitentiæ et conditionis pœnitentis.

4. Communio est pœnitentia per se gravis, adeoque proportionata, *qua vindicativa est*, reatui gravi. Potest etiam, inspecta magna utilitate spirituali pœnitentis, juste dari in commutationem satisfactionis levis, saltem in circumstantiis ordinariis.

b/ Ex prædictis sequitur *modum agendi confessarii*, quoad hanc alteram partem casus, *non esse indiscriminatim approbandum*.

Sic solvit Genicot hunc casum : « Ubi pœnitens fatetur pœnitentiam quandam a se omissam esse, confessarius tam festinus esse non debet in ea commutanda, ut tantam neglegentiam fovere vel nihili facere videatur. In primis ergo *inquirere* debet num pœnitens recordetur pœnitentiæ sibi injunctæ, et si recordatur, num difficultatem aliquam in ea exsequenda sentiat. Quod si eam *oblitus* est, non requiritur commutatio, siquidem exsecutio facta est impossibilis : nihil ergo aliud præstandum erit quam ut pœnitens de præterita neglegentia reprehendatur. Quod si illius adhuc *recordatur*, et revera putatur brevi eam exsecuturus esse, admoneatur tantum ut eam amplius ne differat, puta ut rosarium vel litanias sequenti die sub Sacro recitet. Si vero exsecutionem difficilem fore pœnitens dicit vel saltem confessarius prævidet, commutationi locus est. Modus autem commutationis... usurpatus in rigore sufficit, etiam ubi gravis pœnitentia danda erit : communio enim opus est quod sub gravi imponi potest, neque obstat eam jam lege ecclesiastica tempore paschali præscriptam esse... » (1). Attamen, imponendo opus aliunde jam præceptum, et nihil aliud, nonne sæpe sæpius indulgentius cum pœnitente agetur ?

V. Coucke.

---

(1) Génicot-Salsmans, *Casus Conscientiæ*, Bruxellis, 1925[5], n. 802.

V.

De veroordeeling van het monothelisme.

V. *Zet bondig de veroordeeling uiteen van het monothelisme in de zesde algemeene kerkvergadering.*

A. — I. **Het monothelisme na de tusschenkomst van Honorius in 635.**

Het dubbel schrijven van Honorius (1), ver van den vrede te brengen, werkte als een zweepslag op de drieste monothelieten. In 638 vaardigde keizer Heraclius een monothelitische geloofsbekentenis uit, « *ecthesis* » (2) genaamd. Doch ondertusschen was Paus Honorius overleden (638), en wilde zijn opvolger de houding van zijn voorzaat geenszins voortzetten. Een eerste anathema, in 640 door Paus Severinus (3) over de dwaalleer uitgesproken, opent den strijd die veertig jaar lang Oosten en Westen zal verdeelen. Een omstandig verhaal geven van dien langdurigen twist ware de perken van deze vraag te buiten gaan ; toch is het noodig de voornaamste feiten en dokumenten aan te halen.

In 638 verschijnt de « ecthesis » van Heraclius. In 640 wordt ze door Severinus, het jaar daarop door Joannes IV veroordeeld. Doch deze laatste Paus staat nog meer in de geschiedenis bekend om zijn «*Apologia pro Honorio papa*». In dit merkwaardig stuk, aan den toenmaligen keizer Constantijn III gericht (641), wist Paus Joannes de houding van zijn voorzaat te verdedigen, met aan te toonen hoe Honorius enkel over de menschelijke natuur Christi had willen spreken. De noodlottige uitdrukking : « unam

---

(1) Zie hierboven, bl. 236 ss. — Voor de bibliographie, zie bl. 143, n. 1. Daarbij mag gevoegd het artikel van E. Amann, in *Dict. de Th. Cath.*, t. VII, col. 93 ss., vo Honorius I.

(2) Mansi, *Conc. ampliss. coll.*, X, 991 ss.

(3) Zoo schijnt het ten minste, dat Severinus, die enkel twee maanden regeerde, het monothelisme reeds zou hebben veroordeeld ; cfr Hefelé-Leclercq, *Histoire des Conciles*, t. III, 1, p. 392.

voluntatem fatemur D. N. J. C. », moest verstaan worden in dezen zin, dat Christus de kwade begeerlijkheid niet kende, die ons, kinderen van Adam, aangeboren is, en voortdurend ons streven naar het goede bekampt (1).

In hunne werking tegen het monothelisme werden de Pausen nu vooral gesteund door den abt Maximus, leerling van den h. Sophronius. Fel beslagen in de dialektiek, en met een onverdroten ijver bezield, doortrekt de vrome monnik de afrikaansche provinciën en heeft onder meer te Carthago met den monotheliet Pyrrhus een hoogst belangrijk dispuut, waar hij zegevierend uitkomt (645) (2). Maximus redeneert lijk zijn leermeester Sophronius : aangezien Christus een volledige menschelijke natuur bezit, heeft Hij dan ook, benevens den goddelijken een menschelijken wil, diengene namelijk die den mensch als mensch toekomt (voluntas naturalis = θέλημα φυσικόν) ; het eenige dat Hem ontbreekt, is het zwakke onvolmaakte wilsvermogen dat ons, ten gevolge van de erfzonde, eigen is (3). Eindelijk het tegen hem ingebracht bezwaar, dat Honorius het monothelisme heeft goedgekeurd, lost Maximus op net lijk Joannes IV (4).

Tien jaar na haar verschijnen, werd de « ecthesis » van Heraclius door keizer Constans II ingetrokken (648) ; toch werd ze door een nieuw dekreet vervangen, onder den naam van « Typus » (τύπος περὶ πίστεως = forma fidei) bekend (5). Nu werd met bedreiging van de strengste

---

(1) « Unam voluntatem secundum primam formationem Adæ naturalem humanitatis suæ D. N. J. C. habere dignatus est, non duas contrarias, quemadmodum nunc nos habere dignoscimur, qui de peccato Adæ sumus geniti ». Zie insgelijks Kirch, *Enchiridion fontium hist. eccles. ant.*, p. 568.

(2) Mansi, *o. c.*, X, 709-760 ; MPG, CXI, 286-353.

(3) Dit laatste noemde hij θέλημα γνωμικόν. Cfr Tixeront, *Histoire des dognes*, III, p. 190.

(4) Maximus beweert zelfs dat deze gunstige uitleg van Honorius' brief komt van den sekretaris zelf, die den brief opstelde. Cfr Kirch, *o. c.*, p 569.

(5) Mansi, *o. c.*, X, 1029-1032 ; Harduinus, *o. c*, III, 823.

straffen het stilzwijgen over de één of twee « operationes » opgelegd. Bedreigen echter baatte niet. Het volgende jaar, in een synode te Rome gehouden, anathematiseerde Martinus I het monothelisme. Weerwraak was het antwoord des keizers : Paus Martinus met verscheidene bisschoppen (653), Maximus en zijn leerlingen (662) stierven welhaast voor hun geloof. Alleen met den dood van Constans II (668), zal de strijd een andere wending aannemen. Immers de nieuwe keizer, Constantijn Pogonatus was dat noodlottig twisten moede. In 678 schrijft hij naar Rome om legaten te vragen ten einde vreedzame onderhandelingen te Constantinopel te beleggen.

II. **De zesde algemeene kerkvergadering** (680-681).

1/ *Voorbereidende synode te Rome.* Paus Agatho was het eens met de vredesplannen van den keizer. Doch, om zijn legaten nog meer gezag bij te zetten, deed hij overal in het Westen conciliën bijeenroepen. Ook te Rome werd een synode gehouden, waarin 125 bisschoppen aanwezig waren. Twee dogmatische brieven met een uiteenzetting van de leer, werden opgesteld, om door de legaten den keizer te worden aangeboden en om in de onderhandelingen als geloofsregel te dienen (1). Merkwaardig is het, dat in beide brieven veel nadruk wordt gelegd op de onfaalbaarheid van den apostolischen Stoel. Nooit, zoo schrijft de Paus, dank zij den bijstand aan Petrus beloofd, is de Roomsche Kerk, van den rechten weg afgedwaald (2). En in 't bijzonder (doch hierover beoogde hij zekerlijk niet een dogmatische verklaring af te leggen), nooit heeft de h. Stoel, in de bewuste kwestie van het monothelisme, van eenige

---

(1) Mansi, *o. c.*, XI, 234 ss.; Harduinus, *o. c.*, III, 1076 ss. Zie uittreksels in *Dict. de Th. Cath.*, t. I, col. 559 ss. v° Agathon. De eerste brief was door den Paus onderteekend, de andere door den Paus samen met de bisschoppen in synode vergaderd.

(2) « ... Apostolica Christi ecclesia, quæ per Dei omnipotentis gratiam a tramite apostolicæ traditionis numquam errasse probabitur ».

nalatigheid blijk gegeven (1). Het is klaar dat de voorzichtige Agatho op het kiesch geval van Honorius zinspeelde, en stout wilde doorspreken om moeilijkheden te voorkomen.

2/ *Het algemeen concilië.* Toen nu de legaten te Constantinopel aankwamen, werden de bisschoppen van het Oosten aanstonds ontboden, en werd de samenkomst van meet af aan met den titel van œcumenische vergadering bestempeld. Ze duurde van af 7 november 680 tot 16 september 681, telde 18 zittingen, in een der koepelzalen van 't keizerlijk paleis gehouden (2)

's Pauzen legaten zaten vóór (3). Onder de voormannen van de monothelitische partij stonden Macarius, bisschop van Antiochië, en diens leerling Stephanus. Vooral uittreksels uit de Vaders en uit de voorgaande concilies werden in het midden gebracht, en aan een grondig onderzoek onderworpen, waarin bibliothecarissen en archivarissen een aanzienlijke rol mochten spelen. Meer dan eens immers werd bevonden, dat de door de monothelieten aangebrachte teksten onecht waren (4). Klaarblijkend kwam het weldra uit, dat geheel de ketterij op een bijna belachelijke verwarring was gesteund, namelijk dat hare aanhangers het onderscheid niet maakten tusschen éenheid van willen in den zedelijken zin, en éenheid van wil als vermogen (5). Ook de monothelitische schriften werden de eene na de andere nagezien en veroordeeld, o. m. de brieven van Honorius aan Sergius. Zulks gebeurde voor de eerste maal op 28 maart 681 in

---

(1) « Unde et apostolicæ memoriæ meæ parvitatis prædecessores... numquam neglexerunt eos hortari, atque obsecrando commonere, ut a pravi dogmatis hæretico errore, saltem tacendo desisterent ».

(2) Vandaar haar naam « concilium in Trullo »; trullus beteekent koepel (Du Cange, *Glossarium mediæ et infimæ latinitatis*).

(3) De legaten, die den Paus vertegenwoordigden, waren met tweeën. Waren daar nog drie afgezanten van de latijnsche synode te Rome. Al de overigen waren grieken.

(4) B. v. in de IIIe en de XIVe zitting.

(5) Zie vooral VIIIe zitting.

de XIII zitting (1). (In de voorgaande sessië, op 20 maart, had men van den eersten brief lezing gegeven). De veroordeeling klonk hard en maakte geen onderscheid tusschen de schriften van Sergius, Cyrus en Honorius : « hasque invenientes omnino alienas exsistere ab apostolicis dogmatibus et a definitionibus sanctorum concilio rum et cunctorum probabilium Patrum, sequi vero falsas doctrinas hæreticorum, eas omnino abicimus et tamquam animæ noxias exsecramur ». Honorius immers « in omnibus ejus [Sergii] mentem secutus est et impia dogmata confirmavit ».

In de achttiende en laatste zitting (2) werd het eindvonnis uitgesproken. De brief van Agatho werd aangenomen en een geloofsformule opgesteld, namelijk die van Chalcedon waarbij gevoegd werd : « Et *duas naturales voluntates* (3) in eo et *duas naturales operationes* indivise, inconvertibiliter, inseparabiliter, inconfuse secundum ss. Patrum doctrinam adæque prædicamus.. ». Onder de ketters werd weerom Honorius vernoemd. Eindelijk in de gebruikelijke slotrede, aan den keizer gericht, werd nogmaals herhaald : de banvloek zij over de ketters en over Honorius, « qui fuit Romæ præsul et eos in his secutus est ».

3/ *De bevestiging van het concilië door de Pausen.* De akten en besluiten van het concilië werden den Paus overgemaakt. Doch Agatho was reeds gestorven toen ze te Rome aankwamen. Zijn opvolger Leo II, na ze te hebben onderzocht, bevestigde ze, en banvloekte de ketters : « Pariterque anathematizamus novi erroris inventores, id est Theodorum... Cyrum... Sergium etc..., nec non et Honorium qui hanc apostolicam Ecclesiam non apostolicæ traditionis doctrina lustravit, sed profana proditione immaculatam fidem maculari permisit » (4).

---

(1) Mansi, *o. c.*, XI, 518-550 ; Harduinus *o. c.*, III, 1303 ss. ; Kirch, *o. c*, p. 572.

(2) Mansi, *o. c.*, XI, 622 ss. ; Harduinus, *o. c.*, III, 1387.

(3) De uitdrukking « *voluntas naturalis* » was overgenomen uit de theologie van Maximus ; zie hierboven, bl. 315.

(4) Harduinus, *o. c.*, III, 1475 ; Mansi, *o. c.*, XI, 726 ; Kirch, *o. c.*, p. 573.

In den zelfden zin schreef hij aan de bisschoppen van Spanje (1) en aan hunnen koning Erwidge (2).

III. **Juiste beteekenis der veroordeeling van Honorius.**

In een vorig artikel hebben we aangetoond hoe Honorius zelf van ketterij niet moet worden beticht (3). Zijn grootste ongelijk is geweest de ware beteekenis van Sergius'leer en pogingen niet te hebben gevat. Doch de moeilijkheid rijst dan op : heeft het concilië niet gefaald met over den Paus het anathema uit te spreken. Het antwoord ligt in het bepalen van den juisten zin dezer veroordeeling.

1/ *De veroordeeling in 't concilië zelf uitgebracht.*

Merkwaardig is het, en wonder tegelijk dat, eenerzijds, het concilië van Constantinopel met zoo weinig omzichtigheid Paus Honorius bejegend heeft, en dat, anderzijds, de akten van ditzelfde concilië niet het minste spoor nalaten van weerstand van wegens de roomsche legaten. Nochtans wist men sedert lang reeds te Rome, hoe Honorius moest worden verdedigd. Meer nog, lieten de dogmatische brieven, door de gezanten zelf uit Rome meegebracht, niet klaar doorschemeren wat Paus Agatho erover dacht, en dat die zaak hem nauw ter harte lag ? Heel waarschijnlijk zelfs bleef Agatho tijdens het concilië in briefwisseling met zijn gezanten en was hij op de hoogte van wat er te Constantinopel omging (4).

Wat is er dan gebeurd? Waarom die plotse verandering bij de Romeinen in hunne houding tegenover Honorius? Best is het te veronderstellen dat tusschen de XII en de XIII

---

(1) « ... Cum Honorio, qui flammam hœritici dogmatis non, ut decuit apostolicam auctoritatem, incipientem exstinxit, sed *negligendo confovit* ». (Harduinus, *o. c.*, III, 1230 ; Kirch *o. c.*, p. 574).

(2) « Honorius Romanus, qui immaculatam apostolicæ traditionis regulam, quam a prædecessoribus suis accepit, *maculari consensit* ». (Kirch, *o.* et *l. c.*).

(3) Zie hierboven, bl. 236.

(4) Cfr *Liber Pontificalis* (ed. Duchesne) I, bl. 256, n. 13.

zitting de legaten met de voornaamsten onder de grieken een vergelijk hebben gehad, en tot een soort compromis zijn overgeslagen (1). In de XII zitting waren de schriften van Sergius alsook de eerste brief van Honorius voorgelezen geworden. De volgende zittingen zouden de schriften beoordeelen, en, volgens den wensch van Agatho, moest het anathema geworpen over Sergius, Pyrrhus, Paulus en Petrus, allen destijds gevierde patriarchen van Constantinopel. Een groote vernedering was dat zekerlijk voor de byzantijnsche kerk, en een soortgelijke vernedering door Rome onderstaan, zou het leed wel eenigszins kunnen lenigen : Paus Honorius zou het slachtoffer zijn. Men kan zich wellicht voorstellen dat de grieksche bisschoppen niet zinnens waren Honorius vrij te pleiten. De legaten, zulks gevoelende, en tevens inziende dat de betichte toch niet ten volle onplichtig was, en dat zijn schriften zekerlijk aanleiding tot verwarring konden geven, zullen dan ook gedacht hebben, dat het best was, om wille van den vrede, de goede faam van Honorius prijs te geven, en geen weerstand te bieden.

Doch, moet men nu gaan denken, dat de roomsche gezanten, met aldus te handelen, een onfeilbare en definitieve verklaring wilden afleggen over het geschiedkundig feit, of Honorius, ten jare 635, in zijn brief aan Sergius, wel ten volle de gedachten der ketters had gedeeld. Zekerlijk neen. Zooiets zou niet door de romeinen zijn toegestaan geworden zonder grondig onderzoek en hevigen twist ; zulke verregaande bedoelingen bij de legaten te willen vinden, kan niet worden overeengebracht met de hierboven beschreven omstandigheden, waarin het anathema werd uitgesproken (2).

---

(1) Cfr Amann, *Dict. de theol. cath.*, VII, *art, cit.*, col. 114.

(2) Cfr *ibidem*, p. 119 : In die zaak van de veroordeeling « l'assemblée s'érigeait en juge *beaucoup moins d'une théologie que d'une politique* et des personnages qui l'avaient représentée. Cette attitude était conforme à un précédent. Qu'on se rappelle les luttes obscures

2/ *De bevestiging der veroordeeling door de Pausen.*

Aangezien men nu toch te Constantinopel, betreffende Honorius geen « factum dogmaticum » bepaald had, is het dan ook van minder belang den juisten zin vast te stellen van de bevestiging door Leo II aan het concilie geschonken. Hierover is men het ten andere niet eens.

Volgens sommigen beweren (1), zou Paus Leo niet alle besluiten hebben goedgekeurd ; namelijk het dekreet over de veroordeeling van Honorius zou hij door een ander vervangen hebben met te zeggen : « Fidem subverti *permisit* », « apostolicæ traditionis regulam maculari *consentit* », « flammam hæretici dogmatis... *negligendo* confovit », alsof de Paus wilde beduiden dat Honorius zelf niet ketter geweest was, doch enkel door nalatigheid aan de dwaalleer had meegeholpen.

Anderen integendeel (2) willen daarin geen terugtrekken zien. Leo en zijn opvolgers immers hebben de akten en besluiten der VI kerkvergadering altijd goedgekeurd, en nooit werd klaarblijkelijk voorbehoud gemaakt voor een bepaald punt. Indien de door den Paus gekozene formule min hard is, is het wel voorzeker om beter te doen uitkomen, dat Honorius toch maar *gevolgd* had ; maar zulks belet Paus Leo niet zijn voorzaat van verraad te betichten : « profana proditione immaculatam fidem maculari permisit ».

Wat er ook van weze, de neiging bij den Paus, om zich tegenover Honorius minder hard te toonen, zonder daarom het concilie te verwerpen, bevestigt nog ons

---

autour des *Trois Chapitres*, les variations du pape Vigile, et la condamnation portée finalement contre Théodore de Mopsueste et Théodoret par le concile de 553. Qu'on se rappelle également comment la qualification d'hérétique s'était élargie au VIe siècle jusqu'à menacer tous ceux... qui n'avaient pas parlé et pensé comme les théologiens officiels de Byzance ».

(1) Vooral Pennachi, *De Honorii I, romani pontificis, causa in VI concilio dissertatio*, 1870.

(2) Hefelé (cfr Hefelé-Leclercq, *o. c.*, III, bl. 518) ; Amann, *art. cit.*, col. 120 ss.

vorig besluit namelijk dat het anathema over Honorius uitgesproken niet gold in 't gedacht van de legaten en van den Paus als een geloofsbepaling, gaande over den graad van plichtigheid van Honorius.

A. Dondeyne.

VI.

De S^mi Sacramenti expositione privata et publica.

Q. *In quo essentialiter differunt S^mi Sacramenti expositio privata et publica? Quænam præscripta specialia pro utraque servanda sunt?*

R. I. « Essentialiter in eo differunt quod in *publica* expositione s. Hostia *in ostensorio* sine ullo velamine aspectui et adorationi fidelium conspicua exhibetur ; in *privata* vero, ipsa s. Hostia oculis intuentium latet, inclusa *in pyxide* suo velo cooperta » (1).

Olim censebant quidam auctores expositionem esse publicam vel privatam prout ex *causa* publica vel privata fiebat. Merito tamen scribebat jam Gardellini, vir maximæ auctoritatis : omnes expositiones, solemniores aut minus solemnes, in quibus « exponatur Sacramentum palam in throno, sive ex publica sive ex causa privata fiant, publicæ dicuntur. Alias demum sunt omnino privatæ et in his non collocatur ostensorium sub umbella sed aperto tabernaculi ostiolo, sacra pyxis, suo operta velo, populo patefit » (2). Postea, nomine et auctoritate s. Rituum Congregationis, declaravit ejusdem Congregationis substitutus, a. 1895 : « Expositio privata differt a solemni, quod illa fit cum pyxide, ista cum ostensorio ; sed utraque instituta est ad bonum publicum, nullo pacto privatæ personæ » (3) Codex tandem, can. 1274, § 1,

(1) C. Callewaert, *Cæremoniale*, 2a edit., 1928, Brugis, n. 330.

(2) *Commentar. in Instruct. Clementinam*, § xxxvi, n. 2.

(3) Monitum S. R. C. diei 28 nov. 1895, ap. *Ephemer. liturg.* dec. 1895 et *Collat. Brugen.*, I (1896), p. 52.

determinat quandonam liceat expositio, dicendo : « expositio *privata* SEU *cum pyxide*... expositio vero *publica* SEU *cum ostensorio*... ».

De fundamento autem hujus distinctionis recogitanti statim elucet sub formali ratione expositionis essentialiter aliud esse si s. Hostia omnium oculis nuda appareat, aliud vero si tantummodo ostendatur pyxis in qua reclusum manet ss. Sacramentum.

II. Ex quo statim logice sequitur graviorem causam et apparatum liturgicum solemniorem requiri ad publicam Hostiæ quam ad privatam pyxidis expositionem.

Causa. Ad **publicam** expositionem requiritur « justa et gravis causa, præsertim publica » (can. 1274, § 1). Quæ causa debet esse probata vel ab ipso jure universali vel ab Ordinario loci.

Jure communi fieri potest « die festo Corporis Christi et intra octavam in omnibus ecclesiis inter Missarum sollemnia et ad Vesperas » (can. 1274, § 1). Causa in casu est adaugendus ille ss. Sacramenti cultus, in quem ordinatur præcise tum missa et officium Corporis Christi, tum ipsa expositio.

Aliis vero temporibus requiritur « causa justa et gravis, præsertim publica ». Ex quo loquendi modo elucet causam non necessario esse publicam, ut plures olim sentiebant (1), quamvis ordinari debeat « ad bonum publicum, non privatæ personæ » (2).

Hujusmodi causæ ab auctoribus censentur « arduæ causæ pacis et publicæ necessitatis aut utilitatis » (3), ob quas injungi solent preces publicæ ; solemnitas festi, præsertim extra missam, ut populus frequentior ad ecclesiam accurrat (4) ; peculiaria in honorem ss. Sacra-

---

(1) Cfr De Herdt, *S. Liturgiæ praxis*, t. II, n. 22.

(2) Citatum *Monitum S Cong. Rituum*, 28 nov. 1895, apud *Collat Brugen.*, I (1896), p. 52.

(3) Conc. Provinc. Mechlin. III, tit. VII, n. 8.

(4) Decr. Innocentii XI diei 20 maii 1682 ad archiep. Mechlin.

menti exercitia ut in Oratione XL horarum aut Adoratione perpetua ; consuetudo convocandi fideles ad adorandum Sanctissimum tempore vespertino vel ad Horam Sanctam (1).

Judicium de causæ momento est penes Episcopum. Nam, extra octavam Corporis Christi, nulla expositio publica fieri potest nisi « *de Ordinarii licentia*, licet ecclesia ad religionem exemptam pertineat » (can. 1274, § 1). Excipitur casus indulti vel præcepti apostolici, puta pro precibus ss. Rosarii per mensem octobrem.

In diœcesi Brugensi hæc licentia habetur in die Adorationis perpetuæ, in precibus ad instar XL horarum (*Stat.*, 169 ; 171) ; insuper in Laudibus vespertinis singulis diebus, sed semel tantum (*ibid.*, n° 170), et ad exercitium Horæ Sanctæ (*ibid* , n° 172), tandem « mane juxta usum vigentem, in præcipuis anni festis (2), in una cujuslibet mensis dominica, in feriis V et in prima feria VI cujusvis mensis » (*ibid.*, n° 171).

Additur tamen sequens votum, cui post recentissima s Sedis decreta multo magis inhærendum est : « Quum tamen frequenti expositioni ss Sacramenti, præsertim *tempore missæ* non faveant decreta, optamus ut, populo hac de re monito, expositio generatim *fiat post missam*, ad dandam benedictionem » (*ibid.*, n° 171).

Privata vero expositio fieri potest « ex qualibet justa causa sine Ordinarii licentia ». Talis causa potest esse alicujus infirmitas, privata familiæ necessitas. Debet tamen ordinari « ad bonum publicum » ita ut non liceret v. g. ut sacerdos solus horam adorationis devotius institueret (3) ; liceret vero si hac occasione fideles convenirent ad ecclesiam.

---

(1) Concessio indulgentiæ in determinata ecclesia lucrifaciendæ etiam toties quoties non solet æstimari per se causa exponendi publice ss. Sacramentum, nisi expositio ipsa ponatur ut conditio ad lucrandam indulgentiam.

(2) Intelliguntur sane festa indicata in præcedentibus statutis, parte II, tit. IV, art. IV. Quibus, ni fallamur, nunc addi potest festum Christi Regis.

(3) Cit. Monitum S. R. C. diei 28 nov. 1895.

Apparatus liturgicus (1).

1. Ad *publicam* expositionem, ostensorium ponitur in *throno* (DD. 3349; 4096, 7), cum superimposito baldachino et velis, nisi super ipsum altare erectum sit ciborium vel suspensum baldachinum (2). Si tamen expositio fiat tantum ad dandam benedictionem, posset ostensorium poni in mensa altaris. — In fine expositionis publicæ semper danda est *benedictio* (D. 3713), sub qua debet incensari Sanctissimum (DD. 2957; 3580, 6; 4202, 1).

Ad *privatam* expositionem « Eucharistiæ tabernaculum solum aperiatur et sacra pyxis clausa suoque velamine obtecta populi oculis objiciatur. Verum penitus interdicitur sacram pyxidem extra tabernaculum efferri ac velatam sub umbella collocari » (D. 3394, 1), vel super altare aut tabernaculum (D. 4180, 2), aut a fortiori sub throno (DD. 2725, 4; 3394, 1; 4096, 7). - Benedictio populi cum pyxide, quæ olim non admittebantur, nunc permittitur (DD. 2957; 3394, 2; 3650, 1-4; 3875, 3; 3833, 3). In hac benedictione « ipsa pyxis cooperienda est velo humerali » (D. 3888, 3; 2786, 1; 3582, 1; 3780, 1). Fieri tamen non potest quin aliquid recitetur vel cantetur (D. 3402, 1). Incensatio non requiritur, nequidem sub benedictione, sed permittitur (DD. 2957; 4202, 1) (3).

2. Ab altari expositionis removeri debet quidquid posset vel ansam præbere irreverentiæ vel piam attentionem fidelium avertere ab exposito « Sacrosancto Domini nostri Jesu Christi Corpore, omnium sacramentorum fonte » (*Cær. Episc.*, I, XII, 8).

Ideo removeantur tabellæ secretarum (D. 3130, 3) et legile; auferantur aut velentur reliquiæ (DD. 2365, 1;

---

(1) Cfr C. CALLEWAERT, *Cæremoniale*, n. 333-340.

(2) De throni constitutione et ornatu, vide *Collat. Brugen.*, XXII (1922), p. 155-159.

(3) In diœcesi Brugensi « ante benedictionem cantetur vel recitetur *Tantum ergo, Genitori*, cum *Panem* et Oratione *Deus qui nobis*. Ante [non post] benedictionem semper a sacerdote fiat thuris incensatio, per ministrum toga et superpelliceo indutum continuanda » (*Stat diœc.*, n. 169).

2779) ; imagines aut statuæ sanctorum quæ ad cultum exponuntur convenientius removentur aut teguntur (DD. 2664 ; 3241, 4), aut saltem ne ita ponantur et ornentur ut præcipuam in se venerationem attrahere videantur. Non licet præbere osculandas reliquias (D. 4059, 2), nec pulsare campanulam in missis ad alia altaria celebratas.

Ad altare expositionis nunquam licet distibuere s. Communionem (1) ; missam autem celebrare nunquam licet, si expositio sit privata, nec « sine necessitate vel gravi causa vel ex speciali indulto », si expositio sit publica (DD. 3448, 1 ; 4353 ; 27 jul. 1927) (2). Prohibetur speciali titulo missa *Requiem* (D. 4096, 8).

Lumen. In omni expositione tam privata quam publica, continuo ardere debent ad minus cerei sex (DD. 1992 ; 4257, 4), candelæ cereæ h. e. saltem in majori vel notabili parte (50 %) ex vera cera apum (D. 4147). In solemniori expositione debent plures accendi : v. g. decem (3), duodecim (D. 3480), viginti (4) aut plures. In ipso altari non permittuntur candelæ ex stearina (bougies) (DD. 3063; 3376, 3), aut sebo (roet, suif) (D. 2865), nec lumen ex oleo (D. 3173), nec « gaz », nec lux electrica. Lux tamen hujus generis et signanter electrica adhiberi potest ad majorem solemnitatem, modo a) non veniat loco luminaris præscripti ; b) non sit in altari, nec a fortiori in tabernaculo aut throno expositionis (D. 4275), aut post ostensorium (D. 2613, 5) ; c) nec præ se ferat speciem theatralem (DD. 3859 ; 4086 ; 4097 ; 4206 ; 4210, 1 ; 4322).

Ornatus altaris eo pulchior sit, quo solemnior est expositio. Altare (*et chorus*) ornetur vasis florum, velis et

---

(1) Si quis necessitate ad hoc compellatur, Sanctissimo apponatur velum, aut claudatur tabernaculum, sicut commendatur si quandoque habenda sit concio.

(2) Hæc longius declarata invenies apud *Collat. Brugen.*, XXII, p. 325-331 ; XXVII, p. 381 ss.

(3) Ita Decr. Innocentii XI, 20 maii 1682, pro regularibus diœc. Mechliniensis.

(4) Ita *Instructio Clementina*, § 6.

tapetibus coloris festivi, remoto omni ornatu lugubri (D. 2558).

De iis quæ cantari aut recitari possint aut debeant (1) et de paramentis eorumque colore, vide nostrum *Cæremoniale*, nn. 336-339.

C. Callewaert.

(1) Ut nonnullis respondeamus dubiis propositis de Statutorum nº 170, notamus :

a) jam non præscribi actum reparationis blasphemiarum in dominica II mensis olim recitandum ;

b) nec *Ave Maria* in fine laudum vespertinarum per menses octobrem, martium, junium. Dicunt enim Statuta, n. 170, d) : « *ceteris* diebus... ».

De Laudibus matutinis

Sequitur. — Cfr *Collat. Brugen.*, supra, p. 245).

Litania et completum est. His verbis indicat s. Benedictus bis finem officii Laudum. Locutio est valde indeterminata et prægnans. Determinatur aliquantum ex locutionibus parallelis quibus indicat modum absolvendi ceteras Horas : ad officium nocturnum hiemale : « supplicatio litaniæ id est Kyrie eleison ; et sic finiantur Vigiliæ nocturnæ » (c. IX); ad Primam: « Kyrie eleison et missas » (c. XVII) ; ad Tertiam, Sextam et Nonam : « Kyrie eleison et missæ sunt » (c. XVII) ; ad Vesperas : « litania et oratione dominica fiant missæ » (c. XVII) ; ad Completorium tandem : « Kyrie eleison et benedictione missæ fiant » (c. XVII).

Omnium consensu indigitantur his verbis invocationes seu orationes, quas sub nomine « Precum flebilium » in officiis ferialibus pœnitentialibus, maxime ad Laudes et Vesperas, hodiedum servavimus in officio romano, sed quæ suppressæ fuerunt in breviario monastico (1).

Hujusmodi invocationes in missa, in Laudibus et Vesperis. ab antiquissima ætate in ecclesiis tam Orientis quam Occidentis fieri solebant juxta præceptum s. Pauli (I Tim., II, 1, 2): « Obsecro primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, *pro*

---

(1) Cfr S. Baümer, *Ein Beitrag zur Erklärung von Litaniæ und Missæ in Capp. 9-17 der heil. Regel* ap. *Studien und Mittheilungen aus dem Benedict. Orden*, VII (1896) p. 285-294.

omnibus hominibus, pro regibus et omnibus qui in sublimitate sunt ut quietam et *tranquillam vitam* agamus... Hoc enim bonum... coram Deo qui *omnes homines vult salvos fieri...* ».

« Hæc regula ecclesiastica, ait s. Ambrosius (1), est tradita a magistro Gentium, qua utuntur sacerdotes nostri, ut pro omnibus *supplicent* deprecantes pro *regibus...* ». Et eadem s. Pauli verba explicans dicit s. Chrysostomus (2) : « Primum omnium, id est *in cultu quotidiano*. Et hoc sciunt initiati quomodo quotidie fiant precationes et vespere et *mane*, quomodo pro toto mundo, *pro regibus* et *omnibus qui magistratum gerunt*, obsecrationem emittamus ». Et s. Prosper (3) eadem verba sic commentatur : « Obedientia concordat præcepto. Quam legem *supplicationis* ita omnium sacerdotum et fidelium devotio tenet, ut *nulla pars mundi sit*, in qua hujusmodi orationes non celebrentur. *Supplicat* ergo Ecclesia pro regeneratis, pro infidelibus, hæreticis... omnibus hominibus ».

Et revera orationes liturgicæ pro tota Ecclesia, pro iis qui sunt in auctoritate ecclesiastica aut civili constituti, pro omnibus in speciali necessitate degentibus, pro conversione paganorum, pro pace, pro remissione peccatorum inveniuntur jam in epistola romana s. Clementis I (a. 96) c. 59-60.

In Constitutionibus apostolorum (lib. VIII, c. 10 et 36-39) in officio matutino habemus 14 invocationes pro variis Ecclesiæ ac fidelium necessitatibus, quibus singulis a communitate respondetur *Kyrie eleison*. Similes invocationes inveniuntur apud Hibernos sub titulo « deprecatio pro populo » in missali a Stowe nuncupato, et apud Mediolanenses in « Letania » (4). In Gallia maxime

(1) *In I Tim.*, II.
(2) *Homil. VI in I Tim.*, 2.
(3) *De vocatione gentium*, I, 13.
(4) Quæ omnia vide apud S. Baümer, *Geschichte des Breviers*. Beilage II, p. 605 et seqq.

videtur prævaluisse usus adhibendi versiculos ex psalmis selectos, qui in supra (p. 156) citato textu ex *Vitis Patrum* nuncupantur « capitellum », et quos Regula s. Columbani vocat « *versiculorum augmentum* inservientium pro peccatis... pro omni populo... pro sacerdotibus, etc. ». Unde Concilium Agathense (506), can. 30, præscribit ut « *in conclusione matutinarum* vel vespertinarum missarum post hymnos *capitella de psalmis* dicantur ».

Hi versiculi conjunguntur cum invocatione repetita *Kyrie eleison*. Ita Regulæ s. Cæsarii et s. Aureliani, in fine omnium Horarum injungunt recitare « capitellum », « capitella », « capitella consuetudinaria », « capitellum, deinde Kyrie eleison ». Magis determinate dicit Regula s. Aureliani in fine Laudum « diebus cottidianis » dicendum « capitellum et Kyrie eleison duodecim vicibus ».

Concilium Vasense (529) in Gallia statuit, can. 3 : « Quia tam *in Sede Apostolica*, quam etiam per totas Orientis atque Italiæ provincias. dulcis et nimium salubris consuetudo est intromissa ut *Quirieleison frequentius* cum grandi affectu et compunctione dicatur, placuit etiam nobis ut in omnibus ecclesiis nostris ista tam sancta consuetudo et *ad matutinos* et ad missas et ad vesperam Deo propitio intromittatur ».

Similes sane erant « Preces » quas intendit s. Benedictus, quasque brevissime quidem — quia notissimæ erant — sed tamen exacte indigitat. Designatur *Kyrie eleison* : hæc invocatio revera pluries repeti solebat et servata est in omnibus officiis benedictinis. Indicatur « *litania* » : erant ergo preces totius communitatis, uno nempe invitante ad orandum et objectum proponente, ceteris vero respondentibus. Vocatur « *supplicatio* litaniæ », quæ videtur fuisse denominatio magis propria (1). In hac litania apud Benedictinos fieri supplicationes pro variis necessitatibus, eruitur ex capite 67 Regulæ. Agens enim « de fratribus in viam directis » præscribit hoc caput ut « semper *ad*

(1) Recole supracitatos textus s. Ambrosii et s. Prosperi. Idem aliqui eruunt ex libro *De sacramentis*. Ideo dicebantur — sicut hodiedum — habitu *supplicantis*, h. e. flexis genibus.

orationem ultimam operis Dei commemoratio *absentum* fiat », sicut fit in Constitutionibus Apostolorum, in antiqua litania ambrosiana, in Stowe missali et in pluribus aliis documentis.

Modus loquendi s. Benedicti ostendit ipsum loqui de re notissima. Unde concludere licet similes « Preces » etiam exstitisse etiam in officio romano ante s. Benedictum. Quod non minus liquet ex citatis jam epistola s. Clementis Romani et verbis concilii Vasensis, quæ agunt nominatin de ecclesia Romana, et omnino confirmatur testimonio s. Prosperi qui affirmat praxim esse universalem.

Si autem quæratur *quales* præcise fuerint istæ Preces, non facile est responsum. Synodus Vasensis testatur repetitum fuisse *Kyrie eleison* ; Clemens vero et s. Prosper insinuant invocationes pro diversis necessitatibus ; utrumque tandem admissum fuit in officio Benedictino. Sed quo ordine duplex illud elementum fuerit dispositum non liquet.

In antiquo ritu Lateranensi novies dicebatur Kyrie eleison, seu accuratius : « incipit ebdomadarius presbyter *Kyrie* alternatim choro respondente *Kyrie eleison* III [ter], *Christi eleison* III, *Kyrie* III ». Sequitur oratio dominica. Hoc de Vesperis testatur *Ordo officiorum ecclesiæ Lateranensis*, n. 3 : et item n. 170, de Laudibus : antiphona ad *Benedictus* « finita statim cum *Kyrie eleison* et oratione dominica, sicut mos est, finiantur ». Versus non videntur additi ad Laudes aut Vesperas, sed nonnulli dici solebant ad Primam et Completorium. Nam n. 23 notat *Ordo* in quibusdam festis « ad Primam et ad Completorium non dicimus *Credo in deum* neque *capitulum* », quo nomine designantur « capitella ». Similia repetuntur ad n. 166.

Si autem aliarum ecclesiarum antiquiora documenta audiamus fere universim constat usum tam monasticum (1) quam sæcularem admisisse duplex elementum :

(1) Cfr E. Martene, *De antiquis monachorum ritibus*, lib. I, c. II, 65 ; c. III, 15 ; S. Baümer, *Ein Bertrag zur Erklärung der Litaniæ*, (Studien und Mittheilungen, VII (18886), 291 s.)

Kyrie cum *Pater noster*, dein seriem versiculorum. *Kyrie* interdum, ut supra. novies, imo aliquando octodecies dicebatur ; praxis tamen communis ea erat quam hodiè servamus : *Kyrie eleison*, *Christe eleison*, *Kyrie eleison*, *Pater noster*. Iis subjungi solebant, etiam in usu benedictino (1), « capitula » seu versiculi diversi, quales citat et commentatur v. g. Amalarius (2), et ex quibus aliqui in Breviario Romano in diversis Horis et notatim in « precibus ferialibus » ad Laudes. Omnibus communis erat recitatio orationis dominicæ.

Pater noster. Modum recitandi orationem dominicam describit s. Benedictus expositione longiori et valde accurata, adjecto etiam speciali motivo cur hæc oratio alta voce sit proferenda. Ex quo modo loquendi manifeste liquet modum recitandi esse novum, non vero ipsam recitationem.

Ex phrasi enim finali capitis XIII eruitur *Pater noster* recitari in fine singularum Horarum.

Et tamen ubi ex professo describit ordinem singularum Horarum, semel tantum *Pater noster* explicite commemorat, dicens ad finem Vesperarum : « et oratione dominica fiant missæ » (c. XVII). Ad ceteras Horas venit *Pater noster* sub indeterminata formula « litania », « completum est », « missæ ». Hic modus loquendi concinnus et indeterminatus liquido indicat usum recitandi orationem dominicam in vel cum Precibus fuisse omnino receptum etiam Romæ.

Nec mirum. Antiquissimus enim erat usus quotidianus orationis dominicæ, quam Didache (c. 8) in fine sæc. I commendabat ter in die recitandam ; quam s. Augustinus vocat « cottidianam », quia « cottidie » dicenda, ut « cottidianum baptismum » contra « cottidiana debita » (3),

(1) Suppressæ sunt per Correctores Breviarii monastici a. 1608 vel 1612.

(2) *De eccles. offic.*, IV, IV (MPL, CV, 1175).

(3) *Epist. ad Probam*, c. 22. In quo loco, ut patet, alludit ad eamdem petitionem *Dimitte nobis debita nostra sicut...* quam Regula s. Benedicti vocat sponsionem (c. XIII). Cfr *S Aur. Augustini tractatus sive sermones inediti*, ed. G. Morin, 1917, pp. 8, 32, 158.

de qua scribebat s. Ambrosius ad virgines « etiam in ipso cubili volo psalmos cum oratione dominica frequenti contexas vice » (1). Et synodus Gerundensis in Gallia a 517, can. 10 vult ut in officio ecclesiarum sæcularium « omnibus diebus post matutinas et vesperas oratio dominica a sacerdote proferatur ». Idem sub intimatione pœnæ inculcat concilium Toletanum IV, a. 633, can. 10 « aut in publico aut in privato officio ».

Ad modum autem recitationis quod attinet, oratio dominica recitabatur secreto, ita tamen ut « ultima pars orationis » h. e. *Et ne nos inducas in tentationem* alta voce diceretur « ut ab omnibus responderetur *Sed libera nos a malo* ». Hic modus a s. Benedicto servatur ad omnes Horas præter Laudes et Vesperas, sed ex ejus modo loquendi eruitur exceptionem in officio matutino et vespertino esse *innovationem a s. Benedicto inductam.*

In officio igitur romano ante s. Benedictum recitatio orationis dominicæ erat — excepta ultima parte — secreta etiam ad Laudes et Vesperas. Et hæc conclusio luculenter confirmatur consuetudine servata in basilica Lateranensi, quæ per multa sæcula gloriabatur se antiquos usus romanos custodivisse fideliter.

Sic enim describit *Ordo officiorum ecclesiæ Lateranensis* finem Vesperarum, quæ primæ in anno occurrunt in sabbato adventus : « Expleta vero Antiphona [ad *Magnificat*], incipit ebdomadarius presbyter *Kyrie*, alternatim choro respondente *Kyrie III*, *Christe eleison III*, *Kyrie III*. Expleta vero *Kyrie* omnes sub silentio curvi dicant orationem dominicam. Oratione vero expleta ebdomadarius erigens se dicat sollempniter *Et ne nos*, choro sibi respondente *Sed libera nos*. Post hæc unus de minoribus in medio chori stans dicit *Benedicamus Domino* » (n. 3) (2).

---

(1) *De Virgin.*, III, IV, 19.

(2) Similia etiam dicuntur nn. 105, 116, 122. Notatu dignum est nec juxta Regulam s. Benedicti nec juxta praxim basilicæ Lateranensis duo priora verba « *Pater noster* » alta voce proferri. Praxis igitur nostra hodierna est recentioris institutionis.

Ratio autem cur *Pater noster* — et *Credo* — recitaretur secreto non est quærenda in asceticis aut mysticis speculationibus quibus a medio ævo indulgere solent liturgici, sed ut olim exposuimus (1) in vestigiis disciplinæ arcani.

In uno enim alterove scrutinio catechumenorum ambæ formulæ « tradebantur » seu viva voce proponi et explicari solebant « electis », qui eas memoriter addiscere et in sequenti scrutinio oretenus « reddere » seu publice profiteri debebant et « inconcusso corde tenere ». Reservabantur deinde solis baptizatis : ideo nec « scribi » debebant nec « vulgari » et publice recitabantur tantum in missa fidelium ad quam soli baptizati admittebantur, non autem in vigiliis aut aliis conventibus ad quos accedere poterant etiam non baptizati (2). Unde factum est ut utraque formula nec *scriberetur* in libris officii — sicut nec hodie fieri solet — nec in horis canonicis pronuntiaretur alta voce sed *secreto*. Quum tamen *Pater* et *Credo* in officio recitentur inter alias preces clara voce pronuntiandas, ad ponendum nexum cum subsequentibus, ultima verba proferebantur intelligibili voce ita ut omnes respondere possent, sicut alibi fieri solet, v. g. ad finem secretæ et canonis.

Tempore autem s. Benedicti ratio quæ induxerat hanc praxim jam non erat urgens. Et quum vellet practico modo inculcare altam significationem illius petitionis *Dimitte nobis debita nostra sicut...* cui multum insistebant ss. Patres, injunxit ut ad duas Horas maxime solemnes, mane et vespere, recitaretur oratio dominica alta voce ut ab omnibus audiretur. Quæ praxis postea ab omnibus fuit admissa, in ecclesia tamen Lateranensi non ante sæc. XII vel XIII.

De **Collecta**, seu oratione speciali qua solemus Horas

---

(1) *Collat. Brugen.*, XXIV (1924), p. 475 s.

(2) Vide v. g. in sacramentario gelasiano *Præfationes* symboli et orationis dominicæ : symbolum « tradimus non alicui materiæ quæ corrumpi possit sed paginis vestri cordis ascribite » (ed. Wilson. p. 53). S. AMBROSIUS, *Lib. de inst. virgin.* II, 10 : « Dominica oratio quam vulgare non opus est ». *De Cain*, XI, 35, 37 : « Cave ne incaute symboli vel dominicæ orationis divulges mysteria ». S. MAXIMUS TAURIN. *Explanatio symboli*, in fine (*S Ambrosii opera* ed. Ballerini, Mediolani, 1883, t. VI, col. 283) : « Symbolum non debet scribi » ; S. AUGUST. *Sermo 112*, 2 ; etc.

officii absolvere, explicite nullam facit mentionem s. Benedictus. Errant enim qui censent nomine « missarum » de quibus agit Regula intelligi orationem seu collectam finalem (1). Hac enim locutione indeterminata designatur qualiscumque modus absolvendi aliquod officium. Sed multi suspicantur inter preces finales Horarum canonicarum ultimam esse præcise collectam, quam pronuntiat sacerdos ad colligenda in fine vota singulorum.

Verum hæc suppositio ægre componitur cum modo loquendi, generatim valde accurato, s. Benedicti. De Vespera enim ait « litania et oratione dominica fiant missæ », quasi dicendæ essent primo preces litanicæ seu *Kyrie* et deinde *Pater noster* in fine. Duplex illud elementum latet et in aliis locutionibus « Litania et completum est » (c. XII, XIII), « *Kyrie eleison* et missæ » (c. XVII) in quibus verbo indeterminato *completum* est vel *missæ* latet communis et usitatissima oratio dominica. Et hoc videtur omnino confirmari locutione cap. XIII « *in ultimo per ordinem* oratio dominica... dicatur ». Ex his videtur non dari locus collectæ specialis. Et vix intelligitur quomodo s. Benedictus potuisset alto silentio premere orationem quæ sane diversa est a litania et certe non minimi momenti in officio cujus specialem indolem exprimere et fructum efflagitare solet.

Censemus igitur Laudes et ceteras Horas diurnas officii monastici ex Regula s. Benedicti absolvi sola recitatione orationis dominicæ absque collecta speciali.

Et hæc eadem praxis antiquitus servabatur etiam in aliis ecclesiis Urbis, notatim in basilica Lateranensi. Qua de re habemus nunc testimonia luculentissima in recens edito *Ordine officiorum ecclesiæ Lateranensis*. In limine enim hujus cæremonialis, exposito modo absolvendi Vesperas recitatione orationis dominicæ (cfr textum supra p. 331), additur hæc regula generalis (n. 3): « Consuetudo

(1) D. MARTÈNE, *De antiquis monachorum ritibus*, I, II, 69.

namque *antiqua* in hac patriarchali ecclesia habetur, ut nullus archiepiscopus nullusque presbyter aliquam preter orationem dominicam audeat dicere, nisi domnus apostolicus vel aliquis VII cardinalium episcoporum ». Et ad Vesperas Vigiliæ Nativitatis Domini (n. 23) notatur post *Magnificat* : « Si episcopus affuerit, oratio *Deus qui nos redemptionis*. Si vero defuerit, ut supra notatum est [n. 3], finiatur ». Et pluribus in locis finis Horarum ita describitur ut appareat recitari *Pater noster*, non vero orationem collectam (nn. 33, 116, 119, 132, 134, 139, 170, 181).

Scriptor quidam romano pontifici Alexandro III (1154-1181) coaevus, Joannes Diaconus, idem testatur in *Libro de ecclesia Lateranensi* : « Hæc [ecclesia] reservans apostolicam institutionem, nonnisi Dominica in officiis utitur Oratione, quoniam aliæ postea sunt superadditæ... Sunt præterea aliæ quædam collectæ ad Matutinas vel Vesperas intitulatæ, quæ ab Apostolico vel ab ejus septem collateralibus episcopis tantum, et non ab aliis penitus, in ipsa ecclesia dici possunt » (1).

Vix igitur dubium videtur usum absolvendi Laudes et Horas sola recitatione orationis dominicæ, in nonnullis sultem Urbis ecclesiis, fuisse s. Benedicto antiquiorem et ab officio romano in monasticum transiisse.

Sed ad majorem solemnitatem orationi dominicæ substituebatur vel addebatur oratio specialis seu collecta Et hæc substitutio fieri poterat ratione dignitatis personalis celebrantis, ut vidimus ; fieri poterat etiam probabiliter ratione dignitatis officii vel festi quod celebrabatur.

Amalarius describens preces finales Horarum, diserte duplicem partem distinguit. Interpretatur primo «Preces» proprie dictas et dein pergit : « Postremo surgit sacerdos... et dicit stando Orationem. Hæc oratio in omni tempore subsequitur : id est, *paschali*, *Pentecostes*, *domi-*

---

(1) MABILLON, *Musæum italic.*, II p. 566 ; MPL, LXXVIII, 1385. Fere idem, sed minus accurate, testatur DURANDUS, *Ration div. off.*, IV, V, 17.

nicis diebus, et festis. . Hæc specialis oratio... per omnes memorates *dies festos* currit » (1). Merito ad hæc verba notat Ill. Batiffol : « Amalaire semble excepter les féries » (2) Ideo de Vesperis dicit : « Quapropter tantum sequitur [non Preces flebiles sed] collecta... per dominicas noctes » (3).

Usus absolvendi interdum Horas saltem solemniores Oratione speciali Romæ valde antiquus videtur et ætati s. Benedicti probabiliter anterior. In sacramentariis enim romanis inveniuntur series orationum quæ « Orationes matutinæ vel ad vesperum » intitulantur, et ad officium potius quam ad missam pertinere dicendæ sunt. In sacramentario Leoniano, quod liturgiam sæc. v-vi refert, sunt septem dumtaxat (4). Sed in recentioribus gelasianis et gregorianis longe plures exstant.

Ita probabiliter pedetentim invaluit usus, in festis primum, tandem etiam in feriis, absolvendi Horas officii recitatione collectæ, sicut hodie nobis injumgitur.

Hanc collectam « solet presbyter stando proferre ob recordationem futuræ resurrectionis » ait Amalarius, (5) qui addit alio loco : « Quam orationem præcedit salutatio [h. c. *Dominus vobiscum*] et subsequitur benedictio [h. c. *Benedicamus Domino*], quam et gratiarum actio sequitur [i. e. *Deo gratias*] » (6). Quandonam et a quo inductus fuerit ille usus, quem novit etiam *Ordo officiorum ecclesiæ Lateranensis*, nescimus.

* * *

Constat ergo Laudes officii romani, quales eas recita-

---

(1) *De eccles off.* iv, 5 (MPL, CV, 1176).

(2) *Hist. du Bréviaire*, p. 114, note 1. Forte eadem distinctio inter « dies privatos » et « dies festos » afficit etiam recitationem « collectæ » in Pontificali Freiburgensi cod. 363 edito a. M. Metzger. *Zwei Karolingische Pontifikalien vom Oberrhein*, Freiburg, 1914, p. 64*.

(3) *De eccl. off.* iv, 8 (MPL, CV 1183).

(4) Ed. Feltoe, p. 75.

(5) *De eccl. off.* iv, 7 (MPL, CV, 1183) ; iv, 4 (MPL, CV, 1173).

(6) *Ibid.* iv, 4 (MPL, CV, 1173).

bamus usque ad Pium X, integram suam ordinationem — si capitulum, hymnum et forte collectam excipias — accepisse non sæculo VIII aut VII, ut censebant, imo non post s. Benedictum, sed certe *ante Regulam s. Benedicti.*

Per quatuordecim igitur sæcula vix non immutata permansit publica et solemnis oratio matutina Ecclesiæ. Et ad auroram sæculi sexti in patriarchali basilica Lateranensi, quotidie decantabantur laudes divinæ iisdem psalmis, antiphonis, versibus ac orationibus, quibus universa Ecclesia latina in limine adhuc sæculi vigesimi singulo mane officium laudes Deo optimo maximo offerre solebat.

Non ergo a s. Benedicto accepimus nostras Laudes sed, sicut ceteræ omnes ecclesiæ occidentales, ita etiam s. Benedictus, *Ecclesiæ romanæ* in laudibus divinis decantandis se conformare studuit amore filiali et reverentia vere catholica.

Non absque intimo gaudio investigare et — ni fallamur — stabilire potuimus quomodo etiam in celebrandis officiis divinis Ecclesia Romana ab antiquis agnita fuerit ut omnium ecclesiarum mater et magistra !

Scholion. Longius nos deduceret disquisitio nostra, si velimus eadem methodo de ceteris quoque Horis officii romani investigationem pertrahere. Sed ex principiis supra stabilitis nonnullisque passim interjectis indiciis jam adumbratur, quod Deo dante ulterius explanabimus : totam psalmorum distributionem cum multis accessoriis, *substantialiter fuisse statutum in ecclesia romana ante tempora s. Benedicti.*

C. Callewaert.

Acta SS. Congregationum

E Suprema S. Congr. S. Officii

I.

DUBIUM

Ad dubium : an repræsentari possit Spiritus sanctus sub forma humana, sive cum Patre et Filio, sive seorsim », respondit s. Congr., die 16 martii 1928, *negative* (1).

Adnotanda. 1/ Prohibitio, ut sponte intelligitur afficit tantum imagines quæ ad *cultum* vel *instructionem religiosam* ordinantur, v. g. in locis aut libris piis ; non autem eas quæ ad *studium historicum* iconographiæ exhibentur (2).

2/ Deus, spiritus purus, quum sit incircumscriptus, depingi nequit quasi esset sicut repræsentatur. Licet tamen Deum repræsentare :

a/ per quædam *signa* seu symbola, qualia iconographia christiana plurima habet : v. g. triangulum, tres annulos insertos (= ss. Trinitatem), (3) manum de nube exeuntem (= omnipotentiam divinam) (4) etc.

b/ per *imagines* illius formæ qua legimus Deum in s. Scriptura se hominibus conspiciendum exhibuisse.

(1) *Acta Apost. Sedis,* XX (1928), p. 103.

(2) Cfr Benedicti XIV constit. *Sollicitudini nostræ,* §§ 10-37, dici 1 oct. 1745 ; *Ephem. liturg.*, (1928), p. 197-201 ; L. Cloquet, *Eléments d'iconographie chrétienne,* Lille, 1890, chap. v vi.

(3) Annulus enim nec initium nec finem haberi videtur. Unde æternum significare valet.

(4) Per manum enim exsequimur opera nostra.

3/ Spiritum sanctum seorsim ideo repræsentare consuevit traditio christiana sub specie « *linguæ tanquam ignis* » in die Pentecostes, sed potissimum sub specie *columbæ*, qua apparuit in baptismo Christi.

4/ *Ad formam humanam* quod attinet, sub ea nunquam depictus videtur *Spiritus sanctus seorsim*. Nec permittebatur.

Quando autem *tres Personæ* repræsentantur, solent ita depingi ut Pater, sedens in throno majestatis, exhibeat mundo Filium suum incarnatum sive in cruce pendentem, sive mortuum in sinu Patris jacentem (1).

Spiritus autem sanctus sub forma columbæ depingitur inter utrumque, quasi amor substantialis utrumque uniens, vel infra pectus Christi, quasi ex utroque procedens.

Per modum tamen exceptionis repræsentantur Pater, Filius et Spiritus sanctus sub triplici forma humana omnino simili (2).

Hæc repræsentatio innititur apparitioni Domini in convalle Mambre, quæ narratur in Genesi, XVIII, 1 seq. et de qua dicit s. Augustinus : « tres vidit, unum adoravit », quia æstimabat hanc theophaniam fuisse manifestationem ss. Trinitatis. Sed hæc opinio nimis dubia erat, ut fieret fundamentum iconographiæ christianæ : unde repræsentatio s. Spiritus sub figura humana mansit exceptio in medio ævo, (3) et postea a Benedicto XIV (4) est reprobata et nunc novo decreto universim prohibetur.

---

1) « Sic Deus dilexit mundum ut Filium suum unigenitum daret ».

(2) Cfr apud *Eph. Lit.*, art. cit., vetustam imaginem in sanctuario Vallis Petrarum depictam ; V. LEROQUAIS, *Les livres d'heures manuscrits de la Bibl. Nation* , t. III, pl. X.

(3) Non tamen adeo rara : cfr F. X. KRAUS, *Geschichte der christl. Kunst*, t. II, I, p. 390.

(4) Constit. « *Sollicitudini* », § 29 ss.

5/ Addi potest repræsentationem ss. Trinitatis sub figura capitis humani — ad instar Jani bifrontis — triplici facie aut capite instructi fuisse pariter reprobatam ab Urbano VIII (1628) et a Benedicto XIV (1).

C. Callewaert.

II.

DECRETUM

DE CONSOCIATIONE VULGO « AMICI ISRAEL » ABOLENDA (2)

Cum Supremæ huius Sacræ Congregationis Sancti Officii iudicio subiecta sint natura et finis consociationis, cui nomen « Amici Israël » nec non libellus, qui *Pax super Israël* inscribitur, a moderatoribus consociationis idcirco editus et longe lateque diffusus ut eius indoles ac methodus publice innotescerent, Emi Patres, fidei et moribus tutandis præpositi, laudabile præ primis agnoverunt in ea propositum exhortandi christifideles ut Deum orent et adlaborent pro Israëlitarum ad Regnum Christi conversione. Neque mirum si, hunc unice finem attendentes, ab initio consociationi illi non solum plures fideles atque sacerdotes, sed etiam non pauci Episcopi et DD. Cardinales adhæserunt. Ecclesia enim catholica pro populo iudaico, qui divinarum usque ad Iesum Christum promissionum depositarius fuit, non obstante subsequente eius obcæcatione, immo huius ipsius obcæcationis causa, semper orare consuevit. Qua caritate permota Apostolica Sedes eumdem populum contra iniustas vexationes protexit, et quemadmodum omnes invidias ac simultates inter populos reprobat, ita vel maxime damnat odium adversus populum olim a Deo electum, odium nempe illud, quod vulgo « antisemitismi » nomine nunc significari solet. Attamen, animadvertentes et considerantes consociationem « Amici Israël » deinde rationem agendi inivisse ac loquendi a sensu Ecclesiæ, a

---

(1) *Constit. cit.*, § 28.
(2) *Acta Apost. Sedis*, XX (1928), p. 103 s.

mente SS. Patrum et ab ipsa sacra Liturgia abhorrentem (1), Emi Patres, præhabito RR. DD. Consultorum voto, in Congregatione plenaria Feria IV, 21 martii 1928, habita, consociationem « Amici Israël » abolendam esse decreverunt et de facto abolitam declararunt, atque præceperunt ne quis in posterum audeat libros seu libellos scribere vel edere, qui huiusmodi erroneis inceptis quomodocumque faveant.

Datum Romæ, ex ædibus Sancti Officii, die 25 martii 1928.

L. † S. A. Castellano, *Supremæ S. C. S. Officii Notarius.*

---

(1) Ad hæc verba notat R. P. A. Vermeersch, *Periodica de re morali*, XVII (1928), p. 63 s. : « Verum, ad laudabilem profecto finem assequendum frequentiorum conversorum Judæorum, Consociatio magis et magis arcere voluit a modo loquendi fidelium quidquid possit Judæis esse minus gratum. Inde, ex congressu Comitatus centralis amicorum Israel, suadebat :

1. Ut omitterent loqui : de populo *deicida ;* — de Judæorum *conversione ; reditum* seu *transitum* potius dicendo ; — de Judæorum *inconvertibilitate ;* — incredibilia de Judæis narrata, et præcipue infanticidium quod dicitur « rituale » ; — irreverenter, præcipue de eorum cærimoniis ; — exaggerando sive generalizando sive cavillando in casu particulari ; — antisemitice.

2. Inculcent vero ex divinis documentis : prærogativam divini amoris in populum Israel : — hucusque amoris signum solemnissimum per incarnationem Christi ejusque missionem ; — perdurationem hujus amoris, imo et augmentum ex morte Christi ; — et testificationem hujus amoris in Apostolis.

Præterea, ut nobis perlatum est, effere solebant genus Judaïcum Christi, et de Christo-Judæo libenter loquebantur.

Manifestum vero est hæc studia facile perducere ad denuntiatam a Suprema Congregatione « rationem agendi... ac loquendi a sensu Ecclesiæ, a mente SS. Patrum et ab ipsa sacra Liturgia abhorrentem ».

Législation civile

Dépêche de Monsieur le Ministre de la Justice à Monseigneur l'Evêque de Bruges en date du 8 mai 1925.

Monsieur l'Evêque,

L'article 4 de la loi du 24 avril 1900 alloue à l'ecclésiastique qui remplit à titre provisoire les fonctions de curé, de desservant, ou de chapelain, le traitement attaché à la place vacante. Si l'intéressé reçoit un traitement de l'Etat, à raison d'une autre place de curé, de desservant, de chapelain ou de vicaire, il n'a droit à l'intégralité du traitement attaché à la place vacante que pendant les trois mois qui suivent sa nomination ; après ce terme, il jouit de la moitié du traitement (1).

La loi du 6 mars 1925 a fixé les nouveaux traitements des membres du clergé catholique (2). L'article 18, 2° interdit de cumuler en entier les traitements organiques de deux ou plusieurs fonctions considérées comme emplois de carrière. En cas de cumul de pareilles fonctions, les traitements autres que le plus élevé sont réduits à la moitié.

Cette disposition abroge le second § de l'article 4 de la loi du 24 avril 1900. Il s'ensuit, qu'à partir du 1er avril 1925, le curé, desservant, chapelain ou vicaire, qui remplit en outre à titre provisoire une seconde fonction ou plusieurs fonctions dans le clergé paroissial, ne pourra plus toucher pendant les trois premiers mois l'intégralité

(1) Voir la loi du 24 avril 1900 relative aux traitements des ministres du culte catholique et aux pensions civiles et ecclésiastiques, dans *Collat. Brugen.*, t. V, p. 514 et 570 ; on peut voir la législation antérieure relative à cette matière au t. I. p. 321.

(2) Cfr *Collat. Brugen.*, t. XXV, p. 175.

des divers traitements, mais aura droit à l'intégralité d'un seul traitement, le plus élevé, et à la moitié des autres traitements.

Je vous saurai gré, Monsieur l'Evêque, de bien vouloir donner des instructions afin qu'il soit tenu compte des prescriptions de l'article 18 de la loi du 6 mars 1925 dans l'établissement des états collectifs trimestriels des traitements.

Veuillez agréer, Monsieur l'Evêque, l'assurance de ma haute considération.

Le Ministre de la Justice,
(Signé) Masson.

Notice bibliographique

Nous avons reçu quelques publications ethnographiques de la main de M. J. Claerhout, curé à Caster et membre de la Commission royale des fouilles. Depuis des années déjà ce chercheur infatigable rédige le bulletin ethnographique de la *Revue des questions scientifiques* et y signale périodiquement les apports nouveaux des monographies récentes ; dans les *Annales de la Société scientifique de Bruxelles* il publie quelques études plus personnelles. Les articles que nous avons devant nous intéressent notre revue parce que le côté religieux de l'ethnographie y est pris en considération. L'auteur se plaît à souligner certains rapprochements suggestifs, qui tendent à établir par la voie des sciences profanes l'unité du genre humain, le monothéisme primitif et même la révélation primitive (1).

De fait l'ethnographie, voulant décrire la vie des peuples, surtout des peuples préhistoriques et des primitifs, est à l'ordre du jour dans l'étude comparée des religions. A cette science, jeune encore, différentes écoles demandent un enseignement au sujet des antécédents religieux de l'humanité. Les catholiques ont tout intérêt à marcher dans la même voie et à surveiller cette activité scientifique : aussi encourageons-nous M. Claerhout à poursuivre ses investigations. Nous avons cependant à

(1) Donnons quelques exemples : le dieu unique des Tati Bushmen porte le nom de Thora, nom divin qu'on retrouve dans le panthéon babylonien et dans le monde indo-européen ; le nom Mboli du dieu des Azande de l'Afrique centrale se retrouve chez les Sémites et chez les indo-européens, p. e. dans le nom Bollezeele ; les Turkana du Kenya ont conservé la tradition de la création du premier couple humain et du serpent tentateur (*Ann. soc. scient. de Brux.*, XLVIII, 1928, p. 36 ss.) ; le nom d'une déesse sumérienne Nana est connu par les indo-européens, ce qui indique une origine commune (*Ib.*, XLIV, 1924, p. 54 ss.).

On doit se mettre en garde contre des rapprochements trop hâtifs ; une ressemblance de nom, de croyance, de rite ou d'institution peut s'expliquer aussi par un emprunt ou par une coïncidence ; pour conclure à une origine commune il faut une convergence d'indices.

formuler un souhait, c'est qu'il élargisse le champ de son bulletin d'ethnographie et qu'il réserve une large place à l'œuvre considérable que fournit de nos jours l'école catholique, dite *historico-culturelle*, qui a la revue *Anthropos* comme organe et qui vécut des jours de triomphe dans les *Semaines d'ethnologie religieuse*. Cette école, se rattachant à Graebner et Ankermann, reçut son orientation définitive du P. W. Schmidt, missionnaire de la Société du Verbe Divin et ethnologue de premier ordre (1) ; ses collaborateurs sont avant tout des missionnaires, qui partagent la vie des primitifs et qui en général sont mieux préparés aux études religieuses et plus complètement documentés que les agents coloniaux et les explorateurs. L'avenir semble assuré à cette école et le Souverain Pontife en a reconnu tous les mérites en préposant le P. Schmidt au *Museo missionario* du palais de Latran.

Il nous est impossible d'analyser ici les articles de M. Claerhout ; nous voulons cependant attirer l'attention sur une étude qui touche de plus près à la Bible et qui fait ressortir la haute valeur des Écritures pour les recherches ethnographiques. Dans un article intitulé *Les Indo-européens et la table ethnographique de la Genèse* (2), l'auteur s'attache à prouver que les fils de Japhet, mentionnés dans la Genèse, x, 5, représentent les différents rameaux de la grande famille aryenne.

Dans certaines identifications l'auteur a innové et peut-être avec succès ; ainsi Gomer représente les Cimbres, qu'il faudrait identifier avec les Germains, Thubal représenterait les Italiotes. Tous les arguments cependant ne nous ont pas également convaincu ; d'après l'auteur, la Genèse affirmerait la parenté ethnographique de tous ces peuples et leur origine commune ; cela est-il si certain ? En général on admet que la distribution des peuples au ch. x de la Genèse n'est pas toujours généalogique mais qu'elle est parfois simplement géographique : ainsi Élam est nommé parmi les fils de Sem alors que les Élamites ne sont pas des Sémites, ils sont rangés parmi

---

(1) Un bref aperçu des travaux du P. Schmidt et de son école est donné par H. Pinard de la Boullaye, *L'étude comparée des religions*, I, Paris, 1922, p. 398 ss.

(2) *Ann. soc. scient. de Brux.*, XLIV, 1924, p. 295 ss.

les Sémites parce qu'ils vivent dans des pays sémitisés ; le même cas ne pourrait-il pas se présenter dans la liste des Japhétides ? Ensuite, pour prouver l'identification de Thubal et des Italiotes, l'auteur attache grand prix au fait que s. Jérôme dans la Vulgate rend *Thubal* par *Italia* (1) : il serait plus vrai de dire que s. Jérôme n'était pas fixé sur ce point ; dans son commentaire sur Isaïe il dit : « Thubal autem sive Thobel aut Italia interpretatur aut Iberia, hoc est Hispania ab Ibero flumine » ; le docteur de Stridon est probablement redevable de ces identifications à quelque *Onomasticon* (2).

M. De Jonghe.

---

(1) *Is.*, LXVI, 19.

(2) Nous regrettons de n'avoir pu comparer un petit ouvrage de M. F. Schmidtke, *Die Japhetiten der biblischen Völkertafel*, Breslau, 1926, que nous ne connaissons que par un compte-rendu élogieux du P. Dhorme dans la *Revue biblique*, 1927, p. 296. Schmidtke, qui est catholique, croyons-nous, puisqu'il est élève de Nikel, a soumis à un examen critique la date de cette liste de peuples ; voici ses conclusions d'après le P. Dhorme : « S. n'a pas de peine à montrer que le choix fait par la table des peuples, en ce cas comme dans plusieurs autres, provient de ce qu'elle a été rédigée à une époque où l'histoire mettait en relief telle nation de préférence aux autres Ce critère l'incline à placer entre le VIIe siècle et l'avènement de Cyrus, c'est à dire avant la prépondérance des Perses, qui ne figurent point sur la liste, la date probable de la composition » ; le recenseur fait observer cependant que « le fait de retrouver dans les peuples énumérés par la Genèse les noms géographiques des inscriptions assyriennes des VIIIe et VIIe siècles ne doit point devenir une règle absolue » ; il se peut que dans un document très ancien on ait remplacé les noms anciens par les noms modernes des mêmes peuples ou qu'on en ait ajoutés.

Notæ bibliographicæ

Roelants, A. (S. J.). *Het boek Jeremias en zijn klaagliederen met de profetie van Baruch* (Oud Testament, v, 2). Brugge, Beyaert, 1928. — Gr. in 8, 223 bl. — Pr. 27.50 fr.

Dit nieuw kommentaar is goed maar te sober gehouden ; het spijt ons dat schrijver niet meer rekening hield met de opmerkingen die de kritiek maakte bij het verschijnen van zijn Isaïaskommentaar in dezelfde reeks. Ook hier is de inleiding uiterst beknopt, de vertaling is niet streng naar het latijn, ook niet streng naar het hebreeuwsch, vooral de aanteekeningen geven te weinig plaats aan de « Zeitgeschichte » ; de ontdekkingen van de laatste jaren hebben onze kennis op dat gebied zeer verruimd en het is zeker dat alleen de goed begrepen tijdsomstandigheden aan deze orakels hun volle leven, hunne rijke werkelijkheid en hunne aandoenlijke tragiek terugschenken. De lezer kan dit alles in andere boeken weêrvinden, maar hij verkiest alles samen vóór zich te hebben.

De in deze reeks verschenen kommentaren op *Genesis, Judith* en *Esther* staan ver boven het hier besproken werk.

Cornely, R. — Merk, A. (S. J.). *Manuel d'introduction critique et historique à toutes les s. Écritures.* Traduction faite sur la 9e éd. latine par P. Mazoyer. Vol. II. Paris, Lethielleux, 1928. — In 8, 611 p. — Prix des deux volumes 50 fr.

Nous avons fait l'éloge du *Compendium introductionis in s. Scripturae libros* des PP. Cornely et Merk (1) et de la traduction de la première partie, que nous donna M. P. Mazoyer (2). La traduction de la seconde partie, le Nouveau Testament, vient de sortir de presse et présente toutes les qualités que nous avons reconnues à la première partie. Nous signalons avec plaisir les nouvelles notes ajoutées par le P. Merk (p. 527 ss.), notamment sur la *Formgeschichtliche Methode,* sur le presbytre Jean et sur le millénarisme.

M. De Jonghe.

---

(1) *Collat. Brugen.*, XXVII (1927), p. 464.

(2) *Ib.*, XXVIII (1928), p. 86. C'est par erreur que nous avons indiqué le prix de 50 fr. pour le seul premier volume.

Brys A. *Maatschappijleer.* — Het sociaal economisch vraagstuk uiteengezet naar historisch-genetische methode. Naar het programma der vrije kath. normaalscholen, en ten behoeve van collegestudenten en studiekringers. — Boekhandel Geloofsverdediging, Ploegstraat. Antwerpen, 1928. — In 4, 38 bl. — Pr. 5 fr.

Schrijver bedoelde niet veel nieuwe gegevens bij te brengen tot de oplossing van sociale en economische vraagstukken, maar wel een praktisch en gemakkelijk handboekje te leveren voor een leergang of een reeks onderrichtingen aan ietwat ontwikkelde leerlingen of studiekringers. En hierin is hij stellig opperbest geslaagd. Ook de methode, welke hij voorstelt, al brengt ze niet mede de uiteenzetting van *alle* sociale en economische vraagstukken, noch de oplossing van *alle* moeilijkheden, mag wel pædagogisch als de meest logische en practische aangezien worden.

Het boekje bevat schetsen voor een 15tal uitstekend geordende lessen over economische toestanden, liberalisme, socialisme, bolsjevisme, christene democratie, enz.; bij elke schets wordt in nota een keus aangewezen van de voornaamste handboeken, artikels en documentatie-bronnen, die den les- of voordrachtgever ruimschoots kunnen helpen om het gegeven kader mondelings aan te vullen. Enkele schetsen, zooals die over den huidigen toestand aan het socialisme, (« Het Revisionisme, Het Socialisme in Belgie ») over de Christendemocratie in Belgie, over het Communisme, zullen natuurlijk in volgende uitgaven — die we van harte wenschen — voort moeten bijgewerkt worden om op de hoogte te blijven van de hedendaags zoo snelle evolutie in zake economische stelsels, wetgeving en inrichtingen.

Dit handboekje zal ongetwijfeld met vrucht gebruikt worden niet alléén in onze vrije normaalscholen en in de hoogere klassen van 't middelbaar onderwijs, maar ook in de sociale studiekringen voor meer ontwikkelde leden.

Belliot, A. (O. F. M.). *Manuel de Sociologie catholique.* Histoire, théorie, pratique. — Nouvelle édition complétée et mise à jour. Paris. P. Lethiellieux. 1927. — In 8, 650 p. — Pr. 40 fr. (français).

S'il est vrai que le Poverello d'Assise fut pour son époque le promoteur d'une réforme grandiose de la société, qu'il aida puissamment à ramener aux principes catholiques, nous pouvons dire également de nos jours que les membres de grande famille franciscaine se montrent les dignes émules de leur saint Fondateur par leur zèle à propager les idées chrétiennes en matière sociale et économique.

Voici, en effet, après les livres du R. P. Missiaen, O. Cap. en Belgique, et du R. P. De Schepper, O. Cap. à Rome (1), l'ouvrage d'un autre Franciscain, le R. P. Belliot, O. F. M. qui donne, en France, le fruit de ses longues et patientes études en cette matière.

Après un chapitre préliminaire, où l'A. exquisse à grands traits la position du problème social, (question vitale, question sociale) l'ouvrage se divise en 3 grandes parties.

La première donne un aperçu général, une vaste synthèse, en termes nets et concis, des mouvements d'idées et des principaux faits qui résument l'histoire sociale de l'humanité jusqu'à nos jours.

La 2me partie, théorique, traite des principales questions sociales au point de vue religieux, moral, social et économique, suivant les grandes lignes de la sociologie classique : la propriété, le capital (production, circulation, répartition, consommation des richesses), le travail (organisation et rémunération), les grandes écoles sociologiques.

Mais c'est la 3me partie qui nous paraît la plus originale et la plus intéressante. L'A. y étudie 1) les plaies sociales de nos jours (le mal religieux, moral, politique, économique, et social), puis 2) les institutions sociales, c. à. d. les divers moyens et remèdes appliqués, essayés ou preconisés dans les divers pays pour guérir le mal. — Dans une division un peu arbitraire, il est vrai, mais d'utilité pratique, il distingue les œuvres « amélioratrices » au point de vue professionnel, matériel, intellectuel, moral, etc. — et les œuvres « transformatrices » telles que mutualités, coopératives, syndicats, colonisation, ainsi que les organes qui collaborent à la réforme sociale : la famille, la corporation, la commune ou paroisse, la classe sociale, l'Etat, l'Eglise.

Nombreuses sont les pages qui intéresseront le lecteur belge ; malheureusement la plupart des données de l'A. sur nos organisations, notre législation, nos œuvres sociales etc... sont quelque peu vagues et basées sur des statistiques trop incomplètes ou trop anciennes pour donner une idée exacte de ce qui a été fait en Belgique, surtout depuis la guerre de 1914-1918. — Ainsi, les quelques renseignements sur la législation du travail en Belgique (p. 265), le socialisme (p. 290), l'alcoholisme et la lutte contre ce fléau (p. 383 et 480), les mutualités (p. 505), le syndicalisme (p. 536), etc... se basent pour la plupart sur des données d'il y a 10, 20 et 25 ans. Bien des progrès ont été réalisés depuis lors. — Espérons que dans une prochaine édition le R. P. Belliot pourra parachever la « mise à jour » de la documentation de son ouvrage par ailleurs si intéressant et si solide.

Et. Willems.

---

(1) Voir *Collat. Brugen.*, XXV (1925), p. 481 et XXVII (1927), p. 475.

Cayré, F. (A. A.). *Précis de Patrologie.* Tome I. Tournai, Desclée, 1927. — In 8, XXIII 940 p. — Pr. 22 fr.; rel. 27 fr

Le P. Cayré a voulu combler une lacune et nous pensons qu'il a pleinement réussi. Sans doute M. Tixeront avait fait œuvre excellente en composant son *Précis de patrologie* et son *Histoire des dogmes*. Mais ces deux ouvrages se complétaient l'un l'autre, et le tout était trop volumineux pour être un manuel. Le P. Cayré s'est proposé de réunir en un seul ouvrage « des éléments succincts mais précis a) d'histoire et de littérature patristique, b) d'histoire des dogmes et de théologie, c) d'histoire et de principes de la spiritualité ». L'ouvrage comprendra deux tomes. Le présent volume va des origines jusqu'à la mort de s. Augustin. Les différentes parties et subdivisions débutent généralement par une introduction fort bien faite, ayant pour but de retracer le cadre historique, social et intellectuel, et de donner une vue d'ensemble de la période à étudier. Pour chaque auteur nous trouvons une courte biographie, une analyse sommaire de ses œuvres et un exposé clair de sa doctrine. Notons spécialement que le P. Cayré a fort bien fait ressortir la place et l'importance des différents écrivains dans l'histoire de la théologie. De plus, le fait de ne pas avoir négligé la doctrine spirituelle des Pères augmente singulièrement l'originalité et la valeur de cette publication. L'édition est très bien soignée et, somme toute, pas trop chère. Bref nous ne craignons pas d'affirmer que le présent ouvrage est le meilleur manuel de patrologie qui existe pour le moment.

Marion, L. *Histoire de l'Eglise*, 9e éd. revue par V. Lacombe. Tome I. Paris, Téqui, 1928. — In 8, 677 p.

Ce manuel d'histoire ecclésiastique n'est pas une « histoire-bataille ». L'auteur a eu soin de replacer le développement de l'Eglise dans son cadre social et politique, et il a de longs chapitres, pleins de considérations intéressantes sur la vie intellectuelle et morale de l'Eglise. — L'ouvrage sera complet en trois volumes. Le présent tome est le premier de la série et va des origines jusqu'à la chute de l'empire romain. Cette époque est subdivisée en deux périodes par l'édit de Constantin. Pour ce qui est de la seconde période, l'histoire externe est exposée au chapitre I : *Eglise et Etat*. L'auteur suit fidèlement l'ordre de succession des empereurs et rattache l'histoire de l'Eglise aux différents règnes. Cette méthode a l'avantage de faire ressortir l'union étroite entre l'histoire générale et l'histoire ecclésiastique. Il nous semble toutefois, que par là même la personne et l'action des papes ont été quelque peu perdues de vue, et de plus au chapitre IV, qui traite de la hiérarchie

ecclésiastique, il n'y a qu'une vingtaine de lignes au sujet du Saint-Siège. Remarquons enfin que l'auteur a pris soin de consacrer de temps en temps un paragraphe spécial à l'examen des questions discutées entre catholiques et incroyants.

Ce manuel est à sa neuvième édition et est approuvé par plusieurs évêques de France, ce qui prouve certainement la réelle valeur de l'ouvrage.

A. Dondeyne.

DE ORATIONE IMPERATA.

Erratum. — Ex variis rationibus deduximus, supra p. 256, hunc regulam : dicendam esse tantummodo unam primam nempe — ex duabus collectis ab Ordinario imperatis, quoties rubricæ præscribunt tres orationes in missa.

Verum contrarium statuit sequens s. Rituum Congregationis responsum (1), cui sane standum est :

v. Utrum collectæ ab Ordinario imperatæ, si sint duæ, ambæ adjiciendæ sint post tertiam præscriptam orationam, an una tantum ?

Resp. ad v : Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

C. Callewaert.

---

(1) Decr. 22 mart. 1912, n. 4288, ad v.

Collationes Brugenses

LITTERÆ ENCYCLICÆ

AD RR. PP. DD. PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS, ALIOSQUE, LOCORUM ORDINARIOS PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES: DE STUDIIS RERUM ORIENTALIUM PROVEHENDIS.

PIUS PP. XI

VENERABILES FRATRES
SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Rerum Orientalium studiis et subtiliori cognitioni inter Christifideles, potissimum vero inter sacerdotes, provehendis quantam decessores Nostri, superioribus sæculis, operam dederint, neminem latet qui Catholicæ Ecclesiæ annales vel propere evolverit. Siquidem ii noverant et complura antehac mala et miserrimum illud discidium quod tam multas easque florentissimas olim Ecclesias ab radice unitatis abstraxerat, cum ex mutua imprimis populorum ignoratione et despicientia, tum ex præiudicatis opinionibus, quas diuturna animorum alienatio consecuta esset, necessario exstitisse ; nec posse, nisi ea impedimenta amoverentur, tot malis medicinam adhiberi. Jamvero, ut nonnulla historiæ, ex iis ipsis ætatibus quibus antiquæ vincula unitatis relaxari coepta sunt, documenta summatim attingamus, quæ Romanorum Pontificum in hac parte curas sollicitudinesque testantur, omnibus compertum est qua benevolentia, immo etiam veneratione, utrumque Slavorum Apostolum, Cyrillum et Methodium Hadrianus II sit complexus, quibusque singularis honoris significationibus honestarit ; quove idem studio, missis quoque legatis, octavo oecumenico Concilio, quarto Constantinopoli coacto, adiumento fuerit, cum haud multo ante tanta dominici gregis pars lacrimabili discidio a Romano pontifice, Pastore supremo divinitus constituto, avulsa esset. Qui quidem sacri conventus, Ecclesiæ rebus inter Orientales procurandis, temporum decursu alii post alios celebrati sunt ; ut cum Barii ad s. Nicolai Myrensis sepulcrum, s. Anselmus,

Orientalium rerum studia promoverunt decessores Nostri.

Ita : Hadrianus II,

in causa ss. Cyrilli et Methodii

et concilio oecumenico octavo ;

sacri conventus cellebrati

Barii,

Doctor ille Augustanus idemque Cantuariensis Archiepiscopus, doctrina vitæque sanctitate eximia mentes omnium animosque commovit ; ut Lugduni, quo duo illa Ecclesiæ lumina, Angelicus Thomas et Bonaventura Seraphicus, a Gregorio X convocati una fuere, quamquam alter in ipso itinere, alter inter graves Concilii labores morte prærepti ; ut Ferrariæ Florentiæque, ubi, primas facile ferentibus illis Orientis christiani ornamentis, Romanæque Ecclesiæ mox Cardinalibus, Bessarione Nicæno et Isidoro Kioviensi, catholici dogmatis veritas, ratione et via confirmata et Christi caritate veluti perfusa, iisdem orientalibus christianis cum Pastore Supremo reconciliandis iter pandere visa est.

Lugduni,

Ferrariæ et Florentiæ ;

Pauca hæc, Venerabiles Fratres, quæ adhuc commemoravimus, paternam profecto huius Apostolicæ Sedis erga nationes orientales providentiam studiumque manifestant ; illustriora ea quidem, sed suapte natura rariora. Alia tamen permulta, neque unquam intermissa, a Romana Ecclesia — continenti quadam atque, ut ita dicamus, cotidiana beneficiorum effusione — in totius Orientis plagas profecta sunt commoda, missis præsertim religiosis viris qui vitam ipsam insumerent ut orientalium nationum utilitati consulerent. Huius enim Apostolicæ Sedis auctoritate veluti suffulti, magnanimi illi viri ex Francisci Assisiensis potissimum atque ex Dominici religiosis familiis, prodiere, qui, domibus excitatis novisque sui Ordinis provinciis institutis, cum theologica tum ceteris doctrinis, quæ ad civilem religiosumque cultum pertinent, non sine ingentibus laboribus, non modo Palæstinam et Armeniam sed regiones quoque alias excoluerunt, ubi Orientales, Tartarorum Turcarumve dominationi obnoxii, per vim a Romana unitate seiuncti, optimis quibusque ac religiosis præsertim disciplinis destituerentur.

nstituta collegia

Franciscana et Dominicana in Oriente,

Quæ quidem insignia promerita atque Apostolicæ Sedis mentem optime perpendisse et perspexisse visi sunt iam inde a sæculo XIII Parisiensis Athenæi Doctores, qui, ut memoriæ proditum est, Sedis eiusdem votis optatisque obsecundantes, collegium quoddam orientale Athenæo suo coniunctum condidere : quod quidem quibus progressionibus studiorum orientalium floreret, quos ederet fructus, decessor Noster Joannes XXII Hugonem Parisiensem Episcopum, aliquanto post, sollicite percontabatur (1).

collegium orientale in Universitate Parisiensi ;

(1) Denifle-Chatelain, *Chartul. Univ. Paris*, t. II, n. 857.

Huc alia accedunt haud minus præclara, earundem ætatum testata monumentis litterarum. Humbertus de Romanis vir sapientissimus, Ordinis Prædicatorum Magister generalis, in libro quem conscripsit « de iis quæ tractanda videbantur in Concilio generali Lugduni celebrando » hæc singillatim conciliandis animis Orientalium veluti necessaria commendabat : (1) scientiam seu peritiam linguæ græcæ, « quia per genera linguarum diversitas gentium in unitate fidei congregatur » : tum græcorum copiam librorum ac nostrorum item librorum in Orientalium sermones conversorum opportunam supellectilem; idemque fratres obtestabatur suos, Mediolani in capitulo generali congregatos, ut orientalium idiomatum notitiam studiumque magni facerent sancteque excolerent, ut sacris ad illas gentes expeditionibus promptos se paratosque, si Dei voluntas ferret, præstarent. Haud aliter e Franciscalium familia Rogerius Bacon, doctissimus ille et Clementi IV, decessori Nostro, carissimus vir, non solum de linguis Chaldæorum, Arabum, Græcorum erudite conscripsit (2) sed aliis etiam earundem notitiam explanavit. Hos autem æmulatus Raymundus ille Lullus, singularis item eruditionis ac pietatis vir, multa multoque vehementius, — quod erat viri ingenium — a decessoribus Nostris Cælestino V ac Bonifatio VIII rogando impetravit, pro ratione temporum nonnulla audacius excogitata, de negotiis studiisque Orientalium tractandis, de uno aliquo ex ipsis Purpuratis Patribus studiis iisdem præficiendo, de sacris denique expeditionibus iisque assiduis instituendis, cum apud Tartaros, Saracenos aliosque infideles, tum apud « schismaticos » ad unitatem Ecclesiæ revocandos.

studia litterarum orientalium promoverunt Humbertus de Romanis.

Rogerius Bacon,

Raymundus Lullus.

At vero sollemnius illud et præcipue memorandum, quod, eodem hortatore ac duce, ut referunt, in Concilio Viennensi generali latum et a Clemente V, decessore Nostro, promulgatum est decretum, quo veluti adumbratum Institutum Nostrum Orientale deprehendimus : « Hoc sacro approbante Concilio, scholas in subscriptarum linguarum generibus, ubicumque Romanam curiam residere contigerit, necnon in *Parisiensi*, *Oxoniensi*, *Bononiensi* et *Salamantino* studiis, providimus erigendas, statuentes ut in quolibet locorum ipsorum teneantur viri catholici sufficientem habentes *hebraicæ*, *græcæ*, *arabicæ*

Clemens V adumbrans nostrum Institutem Orientale

promovit lingu-

(1) Mansi, t. XXIV, col. 128.
(2) *Opus maius*, pars tertia.

arum orientalium notitiam.

et *chaldaicæ* linguarum notitiam, duo videlicet uniuscuiusque linguæ periti, qui scholas regant inibi, et libros de linguis ipsis in latinum fideliter transferentes, alios linguas ipsas sollicite doceant, earumque peritiam studiosa in illos instructione transfundant ; ut instructi et edocti sufficienter in linguis huiusmodi fructum speratum possint Deo auctore producere, fidem propagaturi salubriter in ipsos populos infideles... ». (1)

Spectata difficultate promovendi studia in Oriente,

Quoniam vero, apud orientales illas nationes, rebus omnibus tunc temporis perturbatis ac plerisque scientiarum adiumentis dissipatis, vix aut ne vix quidem studiosorum hominum mentes, ceteroquin perspicacissimæ, altioribus doctrinis institui poterant atque exornari, idcirco nostis, Venerabiles Fratres, eam quoque fuisse decessorum Nostrorum curam, ut, cum alia in præcipuis, quæ per id temporis essent, sedibus seu Universitatibus studiorum propria Orientalium magisteria paterent, tum vero potissimum in hac almæ Urbis luce opportuniora quædam veluti seminaria excitarentur, unde illarum gentium alumni, omni doctrinæ ornatu diligentissime instructi, ad bonum certamen certandum in aciem paratissimi descenderent. Quamobrem monasteria primum ac Collegia pro Græcis Ruthenisque Romæ constituta, et domus Maronitis Armenisque attributæ : quo autem animarum emolumento doctrinæque progressu, sive liturgica sive ceterarum disciplinarum documenta luculentissime testantur quæ Sacra Congregatio a Fide Propaganda variis Orientalium linguis evulganda curavit, sive codices pretiosissimi orientales quos Vaticana Bibliotheca diligenter collectos religiosissime servavit.

in ipsa Urbe instituta sunt seminaria,

edita opera collectique codices.

Proximi decessores nostri multis curarunt ampliorem rerum orientalium cognitionem : Gregorius XVI,

Nec res hic ullo pacto constitit : cum enim proximi decessores Nostri, ut supra docuimus, probe intelligerent, ad caritatem mutuamque æstimationem fovendam plurimum conferre uberiorem rerum orientalium inter Occidentales cognitionem, ad tantum bonum comparandum omni contentione incubuerunt. Testis est Gregorius XVI, qui, ad Summi Pontificatus fastigium evectus eo ipso anno quo pontificia legatione apud Alexandrum I, Russorum imperatorem, perfuncturus erat, res russicas diligentissime exploraverat ; testis Pius IX, qui, et ante et post coactum Concilium Vaticanum, orientalium rituum avitarumque doctrinarum studia evulganda impensius com-

Pius IX,

(1) Denifle-Chatelain, *Chartul. Univ. Paris*, t. II, n. 695.

mendaverat ; testis Leo XIII, qui, cum Coptos et Slavos, tum Orientales universos tanto amore ac pastorali sollicitudine prosecutus est, ut, præter novam Augustinianorum familiam a Beata Virgine in cælum Assumpta nuncupatam, alios quoque Religiosorum coetus ad orientalium rerum notitiam hauriendam augendamve incitaverit, Orientalibus ipsis nova Collegia cum in eorum regionibus tum in hac ipsa Urbe erexerit, Berytensem Societatis Jesu studiorum Universitatem, hodiedum florentissimam Nobisque carissimam, amplissimis laudibus decoraverit ; testis Pius X qui, Pontificio Instituto Biblico in Urbe excitato, novum erga res et linguas orientales ardorem, nec sine lætissima fructuum segete, in multorum animis incendit.

Leo XIII.

Pius X.

Quam quidem in gentes orientales paternam providentiam, sacra veluti hæreditate a Pio X acceptam, proximus decessor Noster Benedictus XV studiosissime æmulatus, ut, pro viribus, rebus Orientalium præsidium atque incrementum afferret, non solum Sacram Congregationem a ritibus rebusque omnibus Orientalium constituendam curavit, verum etiam « proprium altiorum studiorum domicilium de rebus orientalibus in hac Urbe, christiani nominis capite », condere statuit, « idque et omni apparatu quem huius ætatis eruditio postulat ornatum, et doctoribus in unoquoque genere peritissimis Orientisque perstudiosis insigne », (1) immo facultate etiam « doctorales laureas, in ecclesiasticis dumtaxat disciplinis quæ ad Orientales Christianas gentes attinent », conferendi donatum, (2) quod non solis Orientalibus pateret vel iis ipsis qui a catholica unitate seiuncti essent, sed latinis maxime sacerdotibus qui aut sacræ eruditioni operam dare out apud Orientales sacrum ministerium obire voluissent. Summa igitur laus doctissimis illis viris est tribuenda, qui quatuor ferme annos sedulo in eo elaborarunt ut novensiles Instituti alumnos orientalibus disciplinis imbuerent.

Benedictus XV instituens

s. Congr. de rebus orientalibus

et Institutum Orientale.

Illud tamen eiusdem peropportuni Instituti incrementis non leve incommodum obstabat, quod etsi Vaticanis ædibus erat propius, longius tamen ab ea Urbis parte

Hoc Institutum Nos ipsi

(1) Benedictus PP. XV, Motu proprio *Orientis catholici*, xv Octobris MDCCCCXVII [*Acta Ap Sedis*, IX (1917), n. 11, pp. 531-533].

(2) Benedictus PP. XV, Litteræ Apostolicæ *Quod Nobis*, xxv Septembris MDCCCCXX [*Acta Ap. Sedis* XII (1920), n. 11, pp. 440-441].

distabat, quæ maxime incolitur. Quamobrem, quod Benedictus XV faciendum cogitarat, Nos quidem inde ab inito Pontificatu ad effectum deducere volentes, Institutum Orientale in Biblici Instituti ædes, quippe studiis atque propositis maxime cognati, transferendum decrevimus, distinctum tamen, eaque mente, ut, simul ac res ferret, sede sua peculiari donaremus. Porro præcaventes ne unquam virorum copia in posterum deesset qui orientalibus disciplinis tradendis pares essent, idque facilius rati Nos esse assecuturos si unam Religiosorum familiam tantæ rei gerendæ præficeremus, Nostris Ipsi litteris, (3) die XIV Septembris anno MCMXXII datis, Præposito Generali Societatis Jesu præcepimus ut, pro amore suo debitaque Sanctæ Sedi Christique Vicario obedientia, difficultatibus quibuslibet superatis, omnem Instituti administrationem susciperet hisce legibus : ut, eiusdem Instituti magisterio supremo Nobis ipsis Nostrisque successoribus avocato, Præpositi Generalis Societatis Jesu esset, viros ad Instituti munera, difficillima sane, idoneos comparare, sive Præsidis sive doctorum ; utque perpetuo, cum per se ipse tum per Præsidem, Nobismet Nostrisque successoribus approbandas proponeret quos ad varias Instituti disciplinas tradendas deligere censuisset, eaque demum omnia referret quæ ad eiusdem Instituti vitam tutandam atque incrementa fovenda conducere viderentur.

Transtulimus in ædes Instituti Biblici,

et concrediditmus Præposito generali Societatis Jesu,

Jamvero, sexto mox anno elapso, cum hæc decernere, nec sine quodam divino instinctu, placuit, licet Nobis gratias Deo maximas agere quod Nostris laboribus messis iam lætissima arriserit. Alumnorum enim auditorumque, quanquam — ut fert natura ipsa Instituti — numerus ingens nec fuerit nec sit futurus, non adeo tamen exiguus exstitit, ut non summopere delectemur, quod iam valida hominum manus in dies succrescens ex umbratili hac palæstra mox in apertum campum sit proditura, doctrinæ pietatisque præsidiis instructa quibus Orientalium commodis non parum profutura videatur.

et quidem pleno successu.

Atque hoc loco, Ordinarios, sive Episcopos sive familiarum religiosarum Moderatores vehementer dilaudantes, qui, optatis Nostris ultro obsecuti, ex amplissima gentium regionumque diversitate, ex Oriente atque Occidente,

Hortamur Episcopos et superiores religiosos

(1) *Decessor Noster* [*Acta Ap. Sedis*, XIV (1922), n. 15 pp. 545-546].

sacerdotes aliquot suos orientalibus disciplinis imbuendos in Urbem miserunt; atque hortantes præterea reliquorum cœtuum Antistites, qui per orbem latius propagantur, ut, tantum exemplum secuti, alumnos, quos ad huiusmodi studia noverint aptiores atque propensiores, ad hoc Nostrum Institutum Orientale mittere erudiendos ne negligant, liceat, Venerabiles Fratres, in mentem vobis revocare quæ fusius Litteris Encyclicis « Mortalium animos » nuper disseruimus. Quis enim iam possit ignorare quam frequentes misceantur sermones de certa quadam unitate, a mente Christi, Ecclesiæ Conditoris, prorsus aliena, christianos inter omnes procuranda? vel cui non sunt auditæ disceptationes quæ in plurimis Europæ præsertim et Americæ partibus passim exagitantur, eæque gravissimi momenti, cum de Orientalium cœtibus vel cum Romana Ecclesia consentientibus vel ab eadem etiamnum dissidentibus inquiritur? At vero, si nostrorum Seminariorum alumni, quod certe lætandum, qua sunt de Novatorum erroribus toto studiorum curriculo doctrina imbuti, facile quidem illorum argumentationes captiosas et discernunt et dissolvunt; verum iidem, plerumque, non ea doctrina sunt instructi qua certam, in quæstionibus de Orientalium rebus moribusque, ac de legitimis eorumdem ritibus, in catholica unitate tam sancte retinendis, sententiam ferre possint, cum gravissima id genus argumenta peculiare quoddam idemque accuratissimum studium expostulent.

ut huc mittant alumnos

instruendos de hodiernis quæstionibus unitatem Ecclesiæ spectantibus;

Quare, cum nihil omnino negligendum sit quod ad optatissima tam conspicuæ dominici gregis partis unitatem cum vera Christi Ecclesia restaurandam conferre videatur, vel ad maiorem caritatem erga illos fovendam, qui, ritibus diversi, Romanæ Ecclesiæ Christique Vicario mentibus animisque intime adhærent, vehementer vos, Venerabiles Fratres, obsecramus ut singuli unum aliquem saltem e sacerdotibus vestris deligendum curetis, qui, orientalibus disciplinis probe eruditus, easdem Seminarii alumnis opportune tradere sit paratus. Equidem non ignoramus Universitatum Catholicarum esse peculiarem quandam de rebus orientalibus facultatem, quam vocant, instituere; cui quidem officio, Nobis ipsis auctoribus atque adiutoribus, Parisiis, Lovanii, Insulis, satisfieri iam coeptum esse ex animo gratulamur: quemadmodum in nonnullis aliis theologicorum studiorum sedibus, gau-

item ut in Seminariis formentur magistri apti,

demus, ipsorum etiam rerum publicarum moderatorum sumptibus, nec sine sacrorum Antistitum consensu hortatuque, recens instituta fuisse orientalium huiusmodi magisteria disciplinarum. Verum, haud ita difficile sit in singulis theologicis Seminariis unum aliquem haberi doctorem, qui una cum disciplina vel historica vel liturgica vel iuris canonici, nonnulla de rebus orientalibus saltem elementa tradere valeat. Atque ita alumnorum mentibus animisque ad Orientalium doctrinas ritusque conversis, non tenue emolumentum capiatur necesse est; neque id solum in Orientalium commodum, at ipsorum alumnorum, quos par est et uberiorem exinde catholicæ theologiæ latinæque disciplinæ cognitionem haurire et vehementiorem erga veram Christi Sponsam amorem animis concipere, cuius miram pulchritudinem, et in ipsa rituum varietate unitatem, splendidiore quodam modo effulgentem conspexerint.

qui doceant nonnulla de rebus orientalibus elementa.

Cum autem omnia eiusmodi commoda, quæ in rem christianam ab ea, quam descripsimus, iuniorum institutione proficiscerentur, animo reputavissemus, Nostri muneris esse duximus nullis unquam parcere laboribus ut Orientalis Instituti a Nobis confirmati vitam, non modo tutissimam, sed etiam, quoad fieri posset, novis in dies incrementis florentissimam præstaremus. Quare cum primum Nobis licuit, propriam illi sedem ad S. Mariæ Maioris in Exquiliis attributam voluimus, eam inprimis pecuniæ vim in Antoniana domo redimenda novoque muneri aptanda collocantes, quæ ex liberalitate munifici Antistitis, vita haud ita pridem functi, et pii cuiusdam viri e Fœderatis Americæ Civitatibus Nobis obvenerat: quibus propterea amplissimam cælestium præmiorum remunerationem cupimus ac precamur. Neque illud silentio prætereundum, quod ex Hispania Nobis suppeditatum est unde ampliorem atque honestiorem in nova ipsius Instituti sede bibliothecam adornaremus. Qua liberalitate in exemplum dilaudata, cum ex usu experientiaque tot annorum, quos in bibliothecis Ambrosiana et Vaticana regendis traduximus, optime percipiamus quanti momenti sit novam hanc bibliothecam instrumentis exornare quibus cum doctores tum alumni commode orientalium rerum notitias quasi ex quibusdam, abditis iis quidem ignotisque interdum, verum ditissimis venis haurire et in publicam utilitatem possint derivare,

Ad institutum Orientale firmandum,

ei tribuimus sedem propriam

et adornavimus bibliothecam

Nos, nullis perterriti difficultatibus, quas nec paucas nec leves futuras præsentimus, toti erimus in iis omnibus, quæ Orientis regiones, mores, linguas, ritus attingant, comparandis ; gratissimi si qui, pro sua erga Christi Vicarium pietate, tantæ rei conficiendæ, sive stipe conferenda, sive libris, codicibus, tabulis, aliisque id genus Orientis christiani monumentis vestigiisque suppeditandis, opem auxiliumque Nobis pro viribus contulerint.

quam cupimus ditare omni ope, etiam donis sponte offerendis.

Atque exinde confidimus futurum, ut nationes orientales, cum tot maiorum suorum pietatis, doctrinæ, artium, luculentissima monumenta suis ipsæ oculis conspexerint, re ipsa edoceantur quanto in honore vera, perennis, legitima « orthodoxia » a Romana Ecclesia habeatur, quantaque religione conservetur, defendatur, propagetur. Quibus omnibus tamquam validissimis argumentis, ut sperare aequum est, perculsi, maxime si mutuo studiorum commercio caritatis christianæ momentum accesserit, quidni Orientalium plerique, avitas repetendo glorias præiudicatasque opiniones deponendo, ad optatissimam gestiant redire unitatem, quæ non manca quadam, sed — ut genuinos Christi cultores decet in uno ovili sub uno Pastore consociandos — integra atque aperta fidei professione fulciatur?

Unde confidimus ut foveatur Orientalium reditus ad unitatem.

Quæ lætissima dies ut tandem orbi christiano affulgeat, desideriis effusisque a Deo precibus postulamus. Interea iuverit fortasse, Venerabiles Fratres, vel breviter indicare qua ratione in præsenti Institutum Nostrum Orientale industriam laboremque suum, Nobiscum conspirando, tanto exsequendo operi adhibeat. Duo enim sunt genera studiorum quibus doctorum navitas absolvitur ; alterum quod inter domesticos cancellos veluti continetur, alterum quod in publicum prodit, editis Orientis christiani documentis, aut inexploratis adhuc aut temporum iniuria oblitteratis.

In Instituto Orientali

duo sunt præstanda :

Jamvero, in ipsa iuniorum institutione præter dogmaticam dissidentium theologiam, Patrum orientalium explanationem, rerumque item omnium quæ sive ad orientalia studia ratione et via aggredienda sive ad historiam, liturgiam, archæologiam ceterasque sacras disciplinas, variasque earum nationum linguas, pertinent, illud præ ceteris libentissime commemoramus, byzantinis institutionibus islamicas etiam — quod in romanis Athenæis ad hæc usque tempora fuerat forte inauditum —

a/ instituuntur juniores ad latissimam scientiam de rebus orientalibus

etiam islamicis

Nos tandem adiicere potuisse. Quæ enim fuit divinæ Providentiæ bonitas singularis, huiusce disciplinæ sane perutilis tradendæ virum præfecimus, qui natione Turca ortus, post diuturna studia, divino Numine adspirante, catholicam religionem professus ac sacerdotali dignitate auctus, aptissimus visus est qui alumnos, quotquot apud suos populares sacro ministerio erunt perfuncturi, rationem doceat, qua sive cum rudioribus hominibus sive cum viris exquisitiore doctrina expolitis, unius individuique Dei legisque evangelicæ causa feliciter sit agenda.

a/ edunfur opera perufilia, quæ «Orienfalia christiana» inscribunfur

Nec minoris momenti sunt ad catholicum nomen propagandum legitimamque unitatem inter christifideles procurandam quæ Instituti Orientalis opera atque industria in publicum evulgantur. Quæ enim volumina, « Orientalia Christiana » inscripta — pleraque quidem ab ipsis Instituti doctoribus, nonnulla ab aliis quoque rerum orientalium peritissimis viris, eiusdem consilio Instituti elucubrata — iam paucis hisce annis sunt edita, ea vel explanant quæ huius illiusve gentis veteres hodiernasve conditiones, nostratibus plerumque ignotas, attingunt; vel religiosam Orientis historiam, ex abditis hucusque documentis expressam, nova luce collustrant. Eadem præterea cum orientalium monachorum et ipsorum Patriarcharum cum hac Apostolica Sede necessitudines enarrent Romanorumque Pontificum sollicitudinem in eorum iuribus bonisque tutandis; tum theologicas dissidentium sententias de Sacramentis deque ipsa Ecclesia cum catholica veritate conferunt et componunt; tum etiam orientales codices illustrant et declarant. Denique, ne enumerando longius progrediamur, nihil est quod ad sacras disciplinas spectet, aut aliquam cum Orientalium cultu cognationem præ se ferat — qualia, exempli causa, sunt græca vestigia in Italia inferiore asservata — quod diligentissimis eorum virorum studiis alienum videatur.

Quibus fovemus spem ut oves ad unum ovile reducanfur

Quæ cum ita sint, cuius animus tantam laborum molem, in Orientalium commodum potissimum susceptorum, contemplatus, firmissima spe non erigatur, fore ut benignissimus hominum Redemptor Christus Jesus, tot hominum lugendum casum miseratus, longe a recto tramite dudum aberrantium, Nostrisque inceptis obsecundans, oves tandem suas in unum ovile ab uno Pastore moderandas reducat? Præsertim cum apud illos populos tanta divinæ Revelationis pars religiosissime asservata

sit ; et sincerum Christi Domini obsequium et in eius Matrem intemeratam amor pietasque singularis, et ipsorum Sacramentorum usus vigeat. Quare, cum ad opus humanæ Reparationis perficiendum Deus, pro sua benignitate, hominibus, sacerdotibus præsertim, administris uti statuerit, quid restat, Venerabiles Fratres, nisi ut vos iterato, quam possumus vehementissime, compellemus atque obsecremus ut una Nobiscum, non modo mentibus animisque consentiatis, sed etiam operam vestram et laborem conferatis quo citius dies illucescat optatissimus, quo Græcorum, Slavorum, Rumenorum aliarumque orientalium nationum non paucos solum, sed plerosque filios hucusque disiunctos ad pristinam cum Romana Ecclesia consuetudinem restitutos salutabimus? Meditantibus autem Nobis quæ tantæ lætitiæ maturandæ, Deo iuvante, inceperimus simusque perfecturi, videmur cum illo Nos patrefamilias posse comparari quem Christus Dominus ad cœnam invitatos roganťem inducit *ut venirent : quia iam parata sunt omnia* (Luc. XIV, 17). Quæ verba in nostram rem derivantes, vehementer vos, Venerabiles Fratres, cum universos tum singulos cohortamur, ut, orientalium rerum studia omni ope provehentes, Nobiscum animi vires ad tantum perficiendum opus intendatis. Atque ita, omnibus demum optatissimæ unitatis impedimentis amotis, Beata Virgine Deipara Immaculata sanctissimisque illis Orientis atque Occidentis Patribus Doctoribusque auspicibus, fratres filiosque tamdiu a nobis dissidentes reduces aliquando in domum paternam complectemur, ea caritate arctissime coniunctos, quæ veritate plenaque christianæ legis professione tamquam solidissimo fundamento innitatur.

Qua in re Nobiscum allaborent Venerabiles Fratres nostri.

Quibus ut Nostris inceptis felicissimus arrideat exitus eventusque, cælestium munerum auspicem paternæque benevolentiæ Nostræ testem, vobis, Venerabiles Fratres et gregi vestris curis concredito apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, die VIII mensis Septembris, in festo Nativitatis B. M. V., anno MDCCCCXXVIII, Pontificatus Nostri septimo.

PIUS PP. XI

AD EMUM P. D. IOSEPHUM ERNESTUM TIT. S. M. IN ARACÆLI S. R. E. PRESB. CARD. VAN ROEY, ARCHIEPISCOPUM MECHLINIENSIUM, DE COVENTU CONSOCIATIONIS IUVENILIS PRO ACTIONE CATHOLICA, ANTUERPIÆ HABENDO.

PIUS PP. XI

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Cum ex epistula a Nobis data ad Præsidem conventus, quem catholica Belgicæ juventus superiore anno Leodii habuit, juvenes Belgæ linguæ flandrensis comperissent probeque intellexissent quid Nos de coniunctione animorum instauranda in rei catholicæ incrementum optaremus, magna equidem cum jucundidate vidimus, perlibentes eos frequentissimosque in Consociationem ingredi properasse a te, dilecte fili Noster, haud ita pridem optimo consilio conditam, in qua sibi liceret, sepositis causis animum avocantibus ac discidia foventibus, Actioni catholicæ dedere se totos. At multo hodie magis idcirco delectamur, quia, quæ, brevi hoc temporis intervallo, jecisti semina, ea in juvenes tam bene dispositos animatosque cecidere, ut uberes sane fructus, exspectatione citius, ediderint. Consociatio enim ista *Jongverbond voor Katholieke Aktie* vulgo nuncupata, cujus propria ex Lege perspecta illa tua, dilecte fili Noster, sapientia ac pastoralis sollicitudo alte eminet, paucis tantummodo ab ortu suo mensibus elapsis, in eo est ut Antuerpiam — in urbem vetustate, portus pulchritudine et mercaturæ copia mirabilem — conveniat, eamque de se spem commovet, fore ut primo isti conventui, ob frequentiam studiosamque coeuntium juvenum voluntatem, lætissimus exitus arrideat. Qui quidem carissimorum Nobis juvenum conventus, quam frugifer futurus sit ita animo prospicimus, ut, in tantis quibus angimur ærumnis, quod tale Nobis solacium comparare velit, Deo benignissimo grati admodum simus : ex Nostro autem gaudio quæ quantaque vos omnes Belgarum Episcopos jam nunc delectatio afficiat, sitque deinceps cumulatura, facile conjicimus. Carissimorum Nobis juvenum, inquimus : quibus summopere gratulamur, quod in Pastoribus suis ipsos ad sancta causæ catholicæ certamina appellantibus Jesu Christi Vicarium divinumque Ecclesiæ Condi-

torem appellantem sic agnovere, ut generositate parêre nobilissima properarint. Quamquam nihil profecto erat, quod Nobis polliceri non possemus ab dilectis Flandriæ catholicæ filiis, qui quam acriter fidem avitamque religionem retineant, quam reverenti Nos et Apostolicam Sedem studio prosequantur, quam arcte constanterque cum Præsulibus suis cohæreant, habemus exploratissimum. Est igitur, quare multiplices maximæque obveniant Ecclesiis vestris utilitates ex animosa ista juvenum cohorte, qui veteranis Actionis Catholicæ militibus veluti succrescunt in præsens atque adiiciuntur : Actionis scilicet illius, quam inde ab inito Pontificatu, ut continenter in oculis tulimus, sic numquam commendare desivimus. Quo in genere utinam juvenes Antuerpiam coituri habeant sibi persuasum, singulari prorsus Dei gratia se ad ejusmodi munus vocari ac deligi, quod a sacerdotali munere haud longius abest, cum Actio Catholica nihil demum sit aliud, nisi christifidelium apostolatus, qui ducibus Episcopis, adjutricem Ecclesiæ operam præstat et pastorale ejus ministerium quodammodo complet. Quoniam vero, quotquot Actionem Catholicam participant ac provehunt, hoc, nisi orando, laborando, se ipsos devovendo, non faciunt, liquido patet, eos uno illo dumtaxat studio duci ac ferri — quo quidem studio nullum nobilius reperias — parandi Domino aditus in hominum animos et dominici regni cotidie latius proferendi, scilicet, ut uno verbo dicamus, instaurandi omnia in Christo. Verumtamen ii ipsi meminerint oportet, actionem suam non tam mancam ac debilem quam omnino sterilem fore, nisi, quemadmodum decet apostolicos civos, caritate in fratres ac proximos, nullo discrimine, inflammentur atque ardeant. Quæ quidem caritatis flamma — cum eas, quæ aliis cum aliis ex ingenii, officiorum, stirpis morumque varietate intercedant, asperitates mulcere ac temperare, difficultates auferre una possit — nonne item poterit sternere sensim ac gradatim viam quæstionibus vel gravissimis, ad æquitatis justitiæque leges, ad catholica principia, dirimendis, quæ ad Civitatis societatisve humanæ bonum pertineant ? Interea non dubitamus, quin juvenes Flandrenses, Consociationis, quam memoravimus, sodales, communem Nostram ac vestram, adeoque Ecclesiæ Dei, spem exspectationemque expleant omnem ; ac non explere

non possunt, si, liberis vacuisque ab omni alia sollicitudine animis, apostolatum suscipiant ad quem a Domino vocantur, et nullo non tempore Apostolicæ Sedi, Episcopis suis eorumve delegatis obedientiam pietatemque, filiis studiosissimis dignam, exhibeant. Bene igitur veniat prima ista juventutis e Flandria congressio, quam cupimus optamusque ut satis multæ - alia ex alia fructuo sior — sequantur, quibus ipsemet, dilecte fili Noster, quam diutissime sospes, præsideas. Atque ut inceptum recte utiliterque procedat, adjuvet apostolica benedictio, quam, cælestium munerum auspicem paternæque benevolentiæ Nostræ testem, tibi, dilecte fili Noster, venerabilibus fratribus Belgarum Episcopis et iis universis, qui Antuerpiam ad cœtus celebrandos convenient, peramanter impertimus.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, die XV mensis Augusti, in festo Assumptionis B. Mariæ Virginis, anno MDCCCCXXVIII, Pontificatus Nostri septimo.

PIUS PP. XI

Notabilia quædam de quæstione qua in re consistat essentia Sacrificii Missæ (1)

In hac quæstione moderni quidam theologi modo confuso ac satis miro loqui videntur, aliis, ut ajunt, theoriam oblationis, aliis vero theoriam destructionis applicantibus ; quasi vero sacrificium sit sine oblatione, quod nemo unquam docuit ; aut contra, quasi oblatio qualiscumque sit sacrificium, quod expressis verbis merito negat S. Thomas, rite distinguens meram oblationem a sacrificio sen oblatione sacrificali (2).

Re quidem vera, qui essentiam Sacrificii Missæ constituit in sola oblatione sine addito, ita ut non requirat oblationem rei oblatæ realiter aut æquivalenter destructæ, notionem sacrificii traditionalem renuit, apud omnes ad nostra usque tempora acceptam, qua nempe oblatio sacrificalis destructionem realem vel æquivalentem rei oblatæ requirit. Et profecto, ex hac nota destructionis, non aliunde, fines sacrificii determinantur, quorum primus et fundamentalis est recognitio supremi dominii Dei (3).

Jamjam, in Sacrificio incruento novæ Legis, quæ et qualis est destructio æquivalens — nam realis non est nec esse potest — rei oblatæ ?

Antiqui Scholastici, principes Scholæ, S. Thomas, S. Bonaventura, alii, hanc quæstionem expressis terminis non posuerunt, quod primo intuitu cuiquam forte mirum videbitur ; attamen mirum non est si attendamus, quod fecerunt sine dubio illi Doctores, Christum in Missa sese offerre Deo ut immolatum, ut victimam mandibilem et potabilem, ita ut actione vere sacrificali se præsentem sistat ut victimam immolatam, quam eadem actione sacrificali qua talem offert Deo. Hoc attendentes antiqui Scholastici verum sacrificium in Missa agnoverunt neque ulterius inquirendum æstimarunt.

Atque hæc nobis videtur optima solutio quæstionis de essentia Sacrificii Missæ.

---

(1) cf. *Collat. Brugen.*, t. XII, pag. 735-743.
(2) 2. 2. q. 86, a. 1, c. quem textum recitavimus l. modo cit. pag. 735.
(3) cf. eumdem l. cit. p. 736, cum nota (3).

Scholastici recentiores, qui omnes retinuerunt notionem traditionalem sacrificii, inceperunt expresse alii aliter enodare quæstionem de destructione æquivalenti rei oblatæ in Missa, quorum solutiones variæ (1) non carent difficultate, ita ut quæstionem revera non solvant.

Tandem moderni quidam separatim, ast perperam, oblationem et destructionem æquivalentem rei oblatæ considerantes, alii ad illam, alii ad hanc confugerunt, cum tamen solutio sit in una eademque oblatione *sacrificali*, qua Christus sese ut victimam præsentem sistit et simul offert eadem actione sacrificali.

Nos autem fugit quid sibi voluerit aliquis orator in recenti congressu liturgico, quando, expositis modernorum conatibus ad explicandam essentiam Sacrifici Missæ separatim per theoriam, ut ait, oblationis, aut per theoriam destructionis, illam priorem præferendo addit : Qui vitam spiritualem construere vult super theoriam destructionis, super arenam ædificat. Quid hoc ?

† G.-J., Ep. Brugen.

(1) Vid. *Collat. Brugen* , l. cit. p. 737-740.

RESPONSA

ad quæstiones in conferentiis mensis junii propositas.

—

I.

De restauratione judaïca (VII).

Q. *Narra missionem Esdræ* (Esdr., VII-X).

R. Post templum a Zorobabel restitutum gratam memoriam fidelium judæorum meruit Nehemias *pecha* seu dux « qui erexit nobis muros eversos, et stare fecit portas et seras, qui erexit domos nostras » (1) et hoc opus complevit restaurando et mundando vitam religiosam.

De tempore a secunda missione Nehemiæ ad missionem Esdræ elapso (2) alte silet historia sacra ; e papyris coloniæ Elephantinæ in Ægypto addiscimus a. 407 Bagohi, aliunde ignotum, fuisse *pecha* Juda et Johanan fuisse summum sacerdotem.

Adolescens Esdras, scriba et sacerdos, juxta narrationem biblicam (3), primas partes obtinuerat in libro legis publice legendo et explicando tempore primæ missionis Nehemiæ ; nondum tamen hac summa auctoritate, quam postea adeptus est, gaudebat cum apud illos, qui sigillum renovato fœderi apposuerunt, non nominetur. Elapsis quadraginta circiter annis, iterum memoratur Esdras scriba et narratur eum in Babyloniam reducem potuisse sibi suæque genti conciliare favorem regis Artaxerxis II (404-359) atque impetrare *firman*

(1) *Eccli.*, XLIX, 15.

(2) De successione chronologica factorum vide supra p. 268.

(3) *Neh.*, VIII-X.

seu decretum regium, cujus tenor nobis aramaïce servatus est (1).

Hoc decreto triplex munus Esdræ creditum est, scil. ducendi turmam judæorum in Judæam, illuc afferendi munera a rege, ab ejus consiliatoribus aliisque oblata templo, et tandem ordinandi communitatem judæorum. E thesauro publico rex et consiliatores regii ultro magnam pecuniæ copiam destinaverant templo et Esdræ dederant licentiam apud cives, præsertim apud judæos Babyloniæ, pecuniæ colligendæ. Pecunia hæc sacrificiorum sumptibus solvendis addicenda erat ; si superflua dabatur, aliis usibus reservari poterat ; si autem sumptibus erat impar, ex arcis publicis provinciæ transeuphratenæ ad determinatam mensuram repeti poterat. Insuper rex Esdræ tradiderat vasa quædam sacra et proclamaverat ministros etiam infimos templi ab omni vectigali esse immunes.

Grata indubie erant studioso Esdræ tum munera regia, tum facultas judæos reducendi ad patriam ; gratissimum autem erat munus ordinandi communitatem judæorum a captivitate reducum, et quidem, ut mos erat in regno persarum, juxta proprias leges judæorum. Hunc in finem poterat Esdras constituere judices et magistratus, qui judæis præessent, qui legem mosaïcam urgerent et rebellibus pœnas injungerent ; præterea expresse concedebatur licentia ceteros incolas Judææ ad religionem judæorum alliciendi.

Anno septimo Artaxerxis, anno scil. 398-397, prima die primi mensis congregata est ad flumen Ahava turba judæorum, qui hucusque in Babylonia remanserant, nunc autem, hortante Esdra, patriam repetere cupiebant (2).

---

(1) *Esdr.*, VII, 12-26.

(2) Computantur 1496 viri ; primitus nullus levita aderat, quidam tamen, hortante Esdra, se turmæ adjunxerunt ; reluctatio levitarum obvie explicatur factis missionis Nehemiæ ; post primam missionem Nehemiæ non receperant levitæ emolumenta sibi promissa, abusus hac in re Nehemias regressus abstulit sed post ejus discessum abusus renatos esse conjicere licet. Cfr A. Van Hoonacker, *Le sacerdoce lévitique*, Louvain, 1899, p. 60 ss.

Cum Esdras recusasset comitatum militum, judæi instituto die jejunii implorabant Dei auxilium ut faustum esset iter et, profecti die duodecimo primi mensis, Jerusalem venerunt prima die mensis quinti.

Munera regis ceterorumque templo reservata credita sunt ministris templi ; splendida sacrificia oblata sunt a reducibus e Babylonia. Duce Esdra, ordinatio communitatis cito incepta est ; novus est additus splendor cultui templi cum, acceptis litteris Artaxerxis, « satrapes et duces provinciæ transeuphratenæ adjuvarent populo et domui Dei » (1). Hoc tempore etiam cœpit solida illa constitutio religiosa judæorum, qua intelligimus postea judaïsmum mediis in periculis et persecutionibus incolumem esse servatum.

Pauca scimus de iis quæ ipse Esdras in hoc campo præstitit ; in s. Scriptura solummodo narratur ipsum severe extirpasse plagam matrimoniorum mixtorum. Matrimonia hæc, illicita declarata tempore primæ missionis Nehemiæ, post discessum ducis iterum contrahebantur ; regressus Nehemias reos puniverat, imo unum præ ceteris culpabilem, cum nepos esset summi sacerdotis, exsilio damnaverat (2) ; at etiam tunc hanc luem non cessasse Esdras statim advertit.

Esdræ indignanti consentiebant judæi has nuptias esse peccaminosas eisque finem esse imponendum ; ideo, minans proscriptionem bonorum et excommunicationem, mandavit Esdras ut post tres dies judæi omnes adessent Jerusalem. De facto, quamvis ætas esset pluviorum, aderant omnes coram templo die vigesimo mensis noni. Cum præ numero prævaricantium impossibile esset omnes causas simul dirimere, constitutum est tribunal quod, præside Esdra de singulis causis inquireret. A die prima decimi mensis ad primam mensis primi anni secundi tribunal causas examini subjecit et conclusio fuit rejectio omnium uxorum extranearum cum earum liberis.

M. De Jonghe.

---

(1) *Esdr.*, viii, 36 juxta textum hebraïcum.

(2) Vide supra p. 272 ss.

II.

De objecto meriti

Q. *Breviter contrahe quid mereri possint, merito sive proprie sive improprie dicto, tum homo nondum justificatus, quum homo justificationem jam adeptus.*

R. — Claritatis gratia restringimus responsum ad meritum in ordine ad *bonum supernaturale* sive gratiæ sive gloriæ, et adhuc ad meritum *proprium* seu in favorem ipsius personæ operantis ; in fine nihilominus notabimus *a*/ quodnam meritum quoad *bona temporalia* admitti queat ; *b*/ quidnam *aliis* quis mereri valeat.

1/ Homo *non justificatus*, sive infidelis sive peccator, *nihil* omnino potest obtinere merito proprie dicto seu *condigno*, ut satis declaratur in præcedenti responsione de conditionibus ad meritum stricte sumptum (1).

Idem homo, *non potest* ullo modo *mereri*, adeoque *ne quidem de congruo, primam gratiam actualem*, quam necessariam habet ad primum opus supernaturale ponendum (2).

Attamen per primum hoc opus supernaturale, v. g. quum orat aut eleemosynam elargitur cum bona intentione (3), jam mereri potest *de congruo gratiam actualem ulteriorem ;* imo, magis magisque cum correspondet gratiæ, mereri potest *uberiores gratias etiam efficaces*, sed semper *solo merito congruo*, ut facile intelligitur (4).

---

(1) Vide supra, p. 274 ss.

(2) Ex professo demonstratur in tractatu de gratia nihil valere opus mere naturale, sine auxiliante gratia, ad justificationem, ne quidem per modum impetrationis, uti dicitur apud *Collat. Brugen.*, XXII (1922), p. 279 s., ubi de inefficacia tractatur orationis mere naturalis.

(3) Facienti enim quod in se est, Deus non denegat gratiam, uti latius explicat ILL. AC REV. WAFFELAERT, *Medit. theol.*, n. 50 s., apud *Collat. Brugen.*, II (1897), p. 179 ; cfr etiam VAN DER MEERSCH, *Tract. de divina gratia*, n. 170 s.

(4) Cfr VAN DER MEERSCH, *o. c.*, n. 389 et attende quæ infra, ubi de perseverantia finali agitur, de prima gratia efficaci qua tali dicuntur.

Hisce autem operibus suis homo se disponet, positive quidem licet remote, ad justificationem ; per actum vero caritatis aut contritionis perfectæ, elicitum sub influxu gratiæ, tandem sese disponet positive et proxime, et tunc simul *merebitur ipsam justificationem*, *merito congruo*, secundum multos auctores, qui hoc meritum etiam *infallibile* pronuntiant (1).

Omne autem meritum congruum, quod præcedit, iidem theologi vocant *fallibile*, dum alii, quod in præcedenti responsione jam advertimus (2), volunt hunc actum caritatis perfectæ non esse meritorium de congruo, quamobrem etiam recusant distinctionem inter meritum fallibile et infallibile, et agnoscunt iidem actui solum *meritum condignum*, non quidem gratiæ justificationis sed *gloriæ cælestis*, quæ prima gloria plerumque nuncupatur (3).

Nota tamen theologos, qui meritum congruum admittunt ad gratiam justificationis, non negare idem meritum condignum gloriæ cælestis, sed ita, uti patet, jam consideratur homo potius tanquam justificationem adeptus (4).

2/ Communius docent theologi, *hominem justum* posse mereri *de condigno*, non tantum *augmentum gratiæ*, et consequenter etiam *augmentum gloriæ*, ast adhuc *primam gloriam*, quæ infusioni gratiæ in prima justificatione correspondet (5).

---

(1) Lege SUAREZ, *De gratia Dei*, lib. XII, cap. XXXVII, n. 9 s. (ed. Vivès, t. X, 1858, p. 249 s.) ; advertit eximius doctor, n. 14, p. 251, tale meritum congruum non esse agnoscendum actui contritionis imperfectæ cum suscipitur sacramentum, v. g. pœnitentiæ, quod etiam probat V. COUCKE, apud *Collat. Brugen.*, XXVIII (1928), p. 137 s.

(2) Vide supra, p. 307.

(3) Cfr VAN DER MEERSCH, *o. c.*, n. 382. *Prima* gloria dicitur ea quæ correspondet primæ infusioni justificationis ; gloria vero *secunda* vocatur ea quæ correspondet augmento gratiæ.

(4) Cfr C. MAZZELLA, *De gratia Christi*, n. 1200, p. 847, Romæ, 1880[2] ; P. SCHIFFINI, *De gratia divina*, n. 355, p. 607, Frib. Br., 1901 ; C. PESCH, *De gratia*, n. 420, p. 260, Frib. Br., 1916[4]. — Adverte cum hac explicatione gloriam primam deberi *titulo hereditatis* omnibus, et insuper quibusdam *titulo meriti condigni*, iis nimirum qui justificationem acquirunt per actum caritatis perfectæ.

(5) Cfr *Sum. theol.*, I-II, q. 112, n. 2, ad 1. — Insistunt auctores in textu concilii tridentini, quem adduximus supra, p. 113. Distinguunt nempe in eo augmentum gratiæ, vitam æternam (primam gloriam) et augmentum vitæ cælestis (gloriam secundam).

Homo justus *nihil aliud de condigno* mereri potest, sed potest *de congruo*, sicut homo nondum justificatus, cooperando cum gratia, mereri *gratias actuales uberiores, etiam efficaces* (1).

In specie α/ quod spectat *perseverantiam finalem*, certum est imprimis eamdem promereri *non* posse hominem *de condigno* (2). Quidam vero theologi, agentes de perseverantia finali, loquuntur simpliciter de *merito congruo fallibili* (3).

Quod autem attinet β/ *reparationem post lapsum*, rursus non unius sententiæ sunt doctores, et ipse s. Thomas suam opinionem mutasse videtur.

Et enim ad explicationem textus sacri : « Non injustus est Deus ut obliviscatur operis vestri » (4), hæc scribit : « Et de isto [merito] dicit [Scriptura] quod justum est, *id est congruum*, quod homo qui multa bona facit, mereatur. Ista enim misericordia est adjuncta quodammodo justitiæ, plus quam in illo qui nunquam aliud fecit. Et

---

(1) Cfr Van der Meersch, *o. c.*, n. 389 ; Pesch, *o. c.*, n. 425, p. 263.

(2) Lege *Sum. theol.*, I-II, q. 114, a. 9.

(3) Ita Jungmann, *Tract. de gratia*, n. 337, p. 241, Brugis, 1868 ; Schiffini, *o. c.*, n 394, p. 688 ; Lahousse, *De gratia divina*, n. 362, p. 689, Brugis, 1902 ; Van Noort, *De gratia Christi*, n. 220, p. 205, Amstelodami, 1911². Alii, uti Suarez, *De gratia*, lib. X, cap. vii, n. 16 s. (ed. Vivès, t. IX, p. 603), distinguunt dicentes : homo *non* potest mereri *de congruo* perseverantiæ *inchoationem*, quia non potest mereri, etiam de congruo, primum auxilium efficax, per quod ad perseverantiam tendat, *sed* potest mereri *de congruo* perseverantiæ *progressum* necnon *consummationem, modo* tamen *fallibili ;* alii, uti Pesch, *o. c.*, n. 427, p. 265, insistentes in impotentia hominis ad merendum, *etiam de congruo primam gratiam efficacem*, simpliciter negant hominem posse promereri etiam de congruo *integrum* donum perseverantiæ. Cfr etiam Suarez, *o. c.*, lib. XII cap. xxviii, n. 11 (t. X, p. 261), qui explicite observat perseverantiam complete sumptam nullatenus cadere sub merito ; sic etiam Van der Meersch, *o. c.*, n. 387, qui simul notat, cum plerisque auctoribus, finalem perseverantiam per *orationem supernaturalem impetratoriam* obtineri posse, uti clare continetur in traditione orali, et jam advertit s. Thomas, *Sum. theol.*, I-II, q. 114, a. 9, ad 1. Ita pariter promissionem magnam ss. Cordis aptius explicari putat Van der Meersch, *o. c.*, n. 388.

(4) *Hebr.*, vi, 10 coll. *Ezech.*, xviii, 24 et xxxiii, 12 s.

isto modo non obliviscitur Deus operis et dilectionis » (1). Ita pariter s. Bonaventura : « Si autem quæratur, utrum aliquis in statu gratiæ existens possit sibi mereri primam gratiam post recidivum (2), et hoc orando, et petendo ut si caderet, Deus eum relevaret, dicendum quod non posset ex merito congrui » (3).

In Summa vero theologica hoc affatim negat Angelicus, quoniam, inquit, « meritum etiam congrui, quo quis alteri primam gratiam meretur, impeditur ne consequatur effectum propter impedimentum peccati in eo cui quis meretur. Multo igitur magis impeditur talis meriti efficacia per impedimentum quod est et in eo qui meretur, et in eo cui meretur ; hic enim utrumque in unam personam concurrit. Et ideo *nullo modo* aliquis potest sibi mereri reparationem post lapsum » (4).

Quædam nunc addere juvat de merito quoad bona temporalia, necnon de merito pro aliis.

a/ Quod attinet *bona temporalia* necesse est imprimis distinguere cum s. Thoma bona temporalia prouti sunt utilia ad opera virtutum, seu, ut dicitur plerumque, prouti sunt *nobis salutaria*, et deinde bona temporalia prouti vitæ mere temporali deserviunt, adeoque *secundum se spectata*, absque relatione videlicet ad unum verum bonum hominis, quod est finis ultimus (5).

Jam autem nitentes verbis Aquinatis, qui scribit bona temporalia priori ratione considerata cadere sub merito « sicut augmentum gratiæ », quidam auctores admittunt

---

(1) S. Thomas, *Comm. super epist. ad Hebr.*, *VI*, lect. 3 (ed. Taurin., 1917, p. 355).

(2) Agitur de prima gratia actuali post lapsum ; in legendis porro operibus s. Bonaventuræ, sedulo nota ipsum aliquantisper restringere ambitum meriti condigni ; dicit nimirum hominem justum non posse de condigno mereri augmentum gratiæ ; cfr Van der Meersch, *o. c.*, p. 382.

(3) S. Bonaventura, *In II Sent.*, dist. 28, dub. 2 (ed. Lugduni, 1668, t. IV, p. 350). — Ita etiam Suarez, *o. c.*, lib. XII, cap. xxxviii, n. 2 (t. X, p. 258) ; Mazzella, *o. c.*, n. 1205, p 851 ; Schiffini, *o. c*, n. 383, p. 687 ; Lahousse, *o. c.*, n. 363, p. 691 ; Pesch, *o. c.*, n. 429, p. 265.

(4) *Sum. theol.*, I-II, q. 114, a. 7, c.

(5) *Ibidem*, a. 10, c.

dari posse *meritum condignum* ad hæc bona (1) ; alii vero contendunt bona temporalia, quatenus salutaria, tum pro homine justo, quum pro homine nondum justificato, cadere sub *merito congruo*, « sicut alia gratiæ auxilia, ad quæ reducuntur » (2).

Bona temporalia, altera ratione spectata, *secundum se* videlicet, non cadunt sub merito supernaturali, sed Suarez, uti jam diximus in alia responsione, admittit hominem non justum posse per opus moraliter bonum, licet non supernaturale, obtinere bona hæc ex quadam convenientia, et hoc iterum vocat, meritum congruum, sed minus accurate, uti videtur (3).

b/ Quod autem attinet meritum *aliis*, statim adverte *nullum purum hominem quidpiam* promereri posse *de condigno* aliis (4) ; meritum proprie et stricte sumptum adeo proprium est merenti ut nunquam alii cuilibet cedi queat (5).

Attamen opera sua meritoria potest *homo justus* offerre Deo pro aliis, ut nempe Deus ex *benignitate* concedat aliis quædam bona, et ita, ait s. Doctor communis respiciens

(1) Ita Van der Meersch, *o. c.*, n. 391.

(2) Ita Suarez, *o c*, lib. XII, cap. xxxviii, n. 20 (t. X, p. 264) coll. cap. xxxvii, n, 26 (t. X, p. 256 s.), quem multi sequuntur, ut puta Pesch, *o. c.*, n. 430, p. 266, qui adhuc minus accurate loquitur dum scribit : « Sub hoc enim [priori] respectu, [bona temporalia] habent rationem gratiæ actualis ».

(3) Vide supra, p. 309 et lege Suarez, *o. c.*, lib. XII. cap. xxxvii, n. 28 (t. X, p. 257) coll. cap. xxxviii, n. 20 (t. X, p. 264). — Minus recte iterum dicitur hoc esse meritum congruum, nam meritum *congruum* jam communiter accipitur nunc meritum *supernaturale ;* unde sumendo meritum congruum alio rursus sensu latiori potius confusio oritur. Minus accurate etiam in multis editionibus Summæ dicitur, ad mentem, s. Thomæ non tantum justos sed etiam peccatores mereri posse de congruo bona temporalia secundum se spectata per actus moraliter honestos. Ita non videtur intelligendus textus Aquinatis et ceteroquin in justis actus moraliter honesti erunt simul supernaturales, uti vidimus supra, p 281.

(4) Solus Christus, caput generis humani reparandi, meruit de condigno gratiam aliis, nempe omnibus hominibus, ut in tractatu de Deo redemptore probatur et explicatur.

(5) Nota differentiam inter meritum et satisfactionem ; homo non potest mereri alii, sed potest satisfacere pro alio.

primam omnino *gratiam* (1), qua quis ad conversionem aut ad primam justificationem adducetur : « Quia homo in gratia constitutus implet Dei voluntatem, *congruum* est, secundum amicitiæ proportionem, ut Deus impleat hominis voluntatem in salvatione alterius, licet quandoque possit habere impedimentum ex parte illius, cujus aliquis sanctus justificationem desiderat » (2).

Quod porro dicitur de prima gratia, propter paritatem rationis, affirmari potest etiam de aliis donis gratiæ, necnon de bonis temporalibus, in quantum saltem hæc bona sunt salutaria, unde theologi bene multi scribunt : homo *justus* aliis mereri potest *de congruo, quidquid sibi mereri potest*, et *etiam primam gratiam* (3) ; hoc autem meritum haud pauci doctores *fallibile* iterum appellabunt.

Num etiam *peccatores* aliis mereri possint disputatur iterum inter auctores, ast communius tamen *negatur eos quidquam mereri posse aliis ;* et reapse in iis nullatenus obtinet ratio, quam Angelicus affert, ubi meritum congruum pro aliis admittendum esse in justis vindicat (4).

H. Lamiroy.

III-IV.

De sacramentorum denegatione indispositis (5).

Q. — *Quaenam est norma servanda 1) cum peccatoribus publicis et 2) cum hæreticis et schismaticis, quod attinet administrationem sacramenti pœnitentiæ, Eucharistiæ et extremæ unctionis.*

---

(1) Adverte pariter *primam* gratiam audire iterum gratiam *justificationis ;* gratia *secunda* est potius *augmentum* gratiæ.

(2) *Sum. theol.*, I-II, q. 114, a. 6, c. et a. 7, ad. 2. — Sic novimus s. Teresiam per orationem suam obtinuisse conversionem quam plurimorum infidelium, et habemus pulcherrimum exemplum communionis sanctorum, uti vocatur.

(3) Ita v. g. Pesch, *o. c.*, n. 431, p. 266 ; Van der Meersch, *o. c.*, n. 392.

(4) Cfr Suarez, *o. c.*. lib. XII, cap. xxxvii, n. 1 (t. X, p. 246).

(5) Vide Desmet, *De sacramentis in genere*, n. 161 ss., Brugis, 1925.

R. — *Praenota :* 1) Nomine peccatoris *publici* hic venit peccator cujus indignitas a fidelibus loci in quo ad sacramenta accedit passim cognoscitur, quia vel intercessit sententia judicis, vel facinus manifeste patratum est, vel rumor mali peracti et gravibus nitens indiciis in eo loco sparsus est.

2) Hæc præcipue attendantur *principia* : a) Virtus religionis prohibet ne sacramenta irreverenter tractemus, ea indignis conferendo. Deus tamen sinit ut, excusante causa proportionate gravi, ea periculo irreverentiæ exponamus, puta ad sigillum sancte servandum, ad vitandum grave malum, sive suscipientis (1) sive etiam ministri, dummodo sacramentum non sit administrandum in odium fidei aut religionis contemptum. b) Collatio sacramenti indigno, quæ est cooperatio materialis (2) ad actionem malam suscipientis, permittitur ob causam proportionate gravem, sic, ad vitandum grave malum, ex denegatione timendum. c) Quia sacramenta vivorum recipi debent in statu gratiæ, fideles scandalizarentur vel saltem offenderentur si ad ea admitteretur peccator cujus vita pessima publice nota est. Attamen, quod attinet peccatores *communes*, uti sunt blasphematores, fures, ebriosi etc., satis est, nostris diebus, ad offensionem populi vitandam, ut peccator publice ad sacramentum pœnitentiæ accedat. Imo, quando ad aliquod sacramentum vivorum accedit, passim præsumitur bona confessione præparatus et sufficienter purgatus. Non ita peccator *infamis*, uti est excommunicatus, francomurator et qui in occasione peccati vivit. Offenderetur et scandalizaretur populus christianus, si peccator hujusmodi ad sacramenta vivorum admitteretur antequam *noscatur* eum cum Ecclesia reconciliatum esse, sectam perversam abjurasse,

---

(1) Nimirum, ad infamiam vitandam.

(2) Quidquid facit minister in se bonum est et ex collatione sacramenti non sequitur necessario peccatum suscipientis, qui posset fructuose recipere sacramentum, si vellet.

occasionem proximam peccati deseruisse, vel, si ad tempus necessaria sit, eam interim remotam reddidisse. d) Eucharistia est sacramentum communionis et *unitatis* Ecclesiæ, adeoque non convenit ut sacramentum illud ministretur iis qui schismate vel hæresi ab Ecclesia avulsi sunt.

Hisce prænotatis, respondemus :

I. Ad Ium.

1) *Quod attinet sacramentum pœnitentiæ.*

a) Qui post exhortationem confessarii vere contriti reperiuntur, absolvantur. In judicanda dispositione pœnitentis, præ oculis habeantur normæ respectu recidivorum, consuetudinariorum et occasionariorum servandæ. Adverte occasionarios regulariter absolvendos esse si serio promittunt sese obtemperaturos esse confessario injungenti desertionem occasionis peccati. Opportune moneantur eos ad s. Eucharistiam admitti non posse, antequam occasionem peccati, publice notam, manifeste, reliquerint.

b) Francomuratoribus et aliis simili associationi adscriptis, juxta Ecclesiæ consuetudinem, præcipiatur ut a secta « omnino se separent eamque abjurent ac denuncient, juxta can. 2336, § 2, personas ecclesiasticas et religiosas, si quas eidem adscriptas noverint ; libros, manuscripta ac signa eandem respicientia, si qua retineant, in manus absolventis tradant, ad s. officium quamprimum caute transmittenda aut saltem, si justæ gravesque causæ id postulent, destruenda » (1). In periculo mortis prudentia aliquando suadet ut circa has cautelas moribundus in bona fide relinquatur.

De casu concubinarii vel franco-muratoris moribundi fuse scripsimus, p. 282 ss.

2) *Quod attinet ss. Eucharistiam.*

---

(1) Ad analogiam cum casu absolutionis vi *Indulti* concessi Ordinario brugensi, apud *Collat. Brugen.*, XXIII (1923), p. 161 s. Vide etiam Desmet. *o. c.*, n. 162.

a) Præscripto can. 855, § 1 « arcendi sunt ab Eucharistia publice indigni, quales sunt excommunicati, interdicti manifestoque infames, nisi de eorum pœnitentia et emendatione constet et publico scandalo prius satisfecerint ».

Oportet itaque ut notorie excommunicati sciantur reconciliati, et suspensi post emendationem absoluti. Peccatores manifesto infames, concubinarii v. gr. publice noti, occasionem peccati manifeste deserere debent, et si occasio necessaria sit, coram testibus declarare se vitæ criminosæ renuntiasse. Sufficere potest in peculiaribus adjunctis, ut prædicta retractatio coram solo confessario extrasacramentaliter fiat, cum licentia eam divulgandi ante ss. Eucharistiæ susceptionem. Secus, s. communio *publice* ministrari non posset, nec etiam privatim et *secrèto*, nisi ratio sufficiens adsit ut publica vitæ scandalosæ retractatio differatur. Sic aliquando, etsi raro, liceret viaticum aut extremam unctionem moribundo ministrare prorsus secreto et retractationem coram testibus vel coram solo confessario peractam postea tantum, imo post mortem tantum, divulgare.

Nota : Si contingat s. communionem in Ecclesia denegandam esse, parochus nihil dicat aut manifestet quod peccatorem publicum offendere posset, sed eum simpliciter prætereat et caveat ne publice motiva denegandæ communionis exponat.

b/ S.S. Eucharistia non debet publice ministrari in domo *meretricia* (1), nisi meretrices prius dimittantur. Posset tamen clanculo ministrari, si persona infirma domum hanc relinquere non valet nec expellere meretrices potest.

3/ *Quod attinet unctionem extremam.*

Si agitur de peccatore *infami*, qui usum sensuum externorum habet, observentur oportet quæ de viatico ministrando diximus.

---

(1) Hæc sunt stricte sumenda. Sic, posset s. Communio publice referri ad infirmum in domo *concubinarii* habitantem.

Si peccator *sensibus destitutus* reperitur, extrema unctio ipsi ministretur absolute, nisi dubitetur de intentione suscipiendi sacramentum, quo casu unctiones peragantur conditionate. Præterea, si peccator infamis est, offensio populi vitanda est vel ministrando sacramentum secreto, vel declarando illud in tanta necessitate licite conferri.

Ad II^um^.

1/ Hæretici et schismatici, *in periculo mortis constituti et sensibus destituti :*

a/ *Absolvi possunt conditionate.*

Sacramentum pœnitentiæ est necessarium necessitate medii ad salutem pro omnibus qui post baptismum in grave peccatum ceciderunt. Sperari sane potest moribundum ita voluisse ad æternam beatitudinem pervenire, ut saltem in mortis periculo adhibere voluerit medium ad salutem necessarium, quod est, quamvis forsan illud ignoret, sacramentum pœnitentiæ. Præsumitur itaque non deficere in casu intentionem aliquam implicitam suscipiendi sacramentum. Quare, etiamsi moribundus pertinet ad sectam confessionem respuentem, auderem tamen conditionate eum absolvere, quia, si post baptismum graviter lapsus est, sperari potest eum habere votum utique implicitum absolutionis sacramentalis.

b/ *Viatico refici non possunt*, quod est minus ipsis necessarium et signum unitatis Ecclesiæ. Ceterum, cum agatur de moribundo sensibus destituto, quæstio vix practica esse potest.

c/ *Extrema unctione muniri possunt.*

Nimirum, si pertinent ad sectam quæ illud sacramentum admittit, vel si olim ad Ecclesiam catholicam pertinuerunt, vel ob adjuncta quædam particularia sperari potest ipsos habere intentionem suscipiendi hoc sacramentum, inungi possunt sub conditione « quod habeant reapse necessariam intentionem ». De hoc non est dubitandum.

Quodsi circumstantiæ illæ deficiunt, si ad sectam

pertinent sacramentum prorsus respuentem, censet cl. Desmet, moribundum inungi non posse, quia nescit quonam titulo præsumi possit, cum aliqua probabilitate, quantumvis levi, intentio implicita suscipiendi sacramentum (6).

Non pauci tamen auctores aliter sentiunt. Re mature perpensa, et quamvis contrariam olim sententiam secutus sim, arbitror moribundum de quo nunc agitur sub conditione inungi posse. Et re quidem vera, pro moribundo qui jam est incapax contritionis perfectæ eliciendæ, et qui forsan sacramento pœnitentiæ adjuvari non potest, deficiente confessione ad valorem probabiliter necessaria, pro tali inquam moribundo susceptio extremæ unctionis potest esse medium unicum quo jam salvari queat. Jamvero, præsumi potest hominem illum, forsan peccatorem habitualiter attritum, voluisse mori justificatum, adeoque habere votum *implicitum* medii hujus ultimi salutis.

Nota : a/ si dubitatur de valore baptismi, moribundus prius baptizetur sub conditione. b/ Si dubitatur utrum moribundus catholicus sit an hæreticus aut schismaticus, uti contingere potest in locis ubi promiscue catholici et acatholici obvii habentur, puta in prælio, conditionate absolvi et inungi potest. c/ Removendum est scandalum, ministrando sacramentum secreto, aut adstantibus docendo Ecclesiam, quia agitur de ultimo salutis adminiculo, supponere moribundum in ultimis momentis ad unitatem rediisse.

2/ Hæretici et schismatici *qui usum sensuum habent*, sive moribundi sint sive non :

Meliori quo fieri potest modo, adduci debent ad errores suos rejiciendos et ad veram fidem amplectendam. Quodsi bona licet fide id recusent, sacramenta recipere non possunt. Restat dumtaxat in tali casu ut sacerdos moribundum adducere conetur ad sensus perfectæ contri-

---

(6) Desmet, *o. c.*, n. 165.

tionis. Nam canone 730, § 2 : « vetitum est sacramenta Ecclesiæ ministrare hæreticis aut schismaticis, etiam bona fide errantibus eaque petentibus, nisi prius, erroribus rejectis, Ecclesiæ reconciliati fuerint ». Canon tamen iste non est applicandus casui moribundi sensibus destituti, quippe qui non valet jam externe errores suos abjicere et fidem profiteri. Huic interpretationi favet decretum congr. s. Off., 17 maii 1916 (1).

V. Coucke.

V.

Ontstaan van de Oostersche Scheuring (2)

V. *Duid eenige oorzaken aan van algemeenen aard alsook de naaste aanleiding tot de eerste moeilijkheden tusschen Photius en Paus Nicolaus I.*

A. De strijd tusschen Photius en Rome (858-886) is een ramp geweest voor de Kerk omdat daarmeê een reuzenstap gesteld werd naar de definitieve afscheuring der Grieken (1054). Op 't eerste gezicht nochtans schijnt het alleen een enggeestig krakeel te zijn om kleinigheden, zooals om het gebruik van ongedeesemd brood bij het misoffer en het inschuiven van een woord *(filioque)* in het Symbolum. Maar in den grond ging het om eene waarheid die tot de wezenheid zelf der Kerk behoort, namelijk om de leer over het oppergezag van den Paus, en de strijd zelf was maar de ontplooiing van een in verre tijden

(1) Ad quæstionem : « An schismaticis in mortis articulo sensibus destitutis absolutio et extrema unctio conferri possit », respondetur : « Sub conditione, affirmative, *præsertim* si ex adjunctis conjicere liceat eos explicite saltem suos errores rejicere, remoto tamen efficaciter scandalo, manifestando scil. adstantibus Ecclesiam supponere eos in ultimo momento ad unitatem rediisse » (Apud *Ned.-Kath. stemmen*, 1918, p. 372).

(2) Cfr P. Albers, *Handboek der kerkgeschiedenis*, I, bl. 375 ss. ; Hergenröther, *Photius, Patriarch von Constantinopel* (III Bde), Regensburg, 1867-1869. — Hefelé-Leclercq, *Histoire des Conciles*, IV, 1. p. 252 ss.; M. Jugie, *Dict. Apol.*, *v° grecque (Eglise)*, II, col. 344 ss.

wortelende verdeeldheid. Waaruit deze verdeeldheid tusschen Westersche en Oostersche Kerk was ontstaan, zullen we in een eerste punt onderzoeken, daarna zullen we de nadere omstandigheden vaststellen, die tot het losbarsten van den strijd aanleiding hebben gegeven.

I. **Oorzaken van algemeenen aard.**

Bij het zoeken naar de oorzaken van oneenigheid tusschen grieksche en latijnsche kerk, mag zekerlijk uit het oog niet worden verloren het verschil van ras en taal : dit laatste punt vooral is meer dan eens de reden geweest van het blijven aanslepen der theologische twisten. (1) Doch de bijzonderste factors van verdeeldheid zijn toch wel geweest de ontwikkeling der politieke verhoudingen tusschen Westen en Oosten, het Cæsaropapisme der keizers en de immer groeiende aanmatiging der Byzantijnsche patriarchen.

1°) *Politieke omstandigheden :* Ongetwijfeld is voor de geschiedenis der verhouding tusschen Westersche en Oostersche kerk het verplaatsen van het keizerlijk hof naar Byzantium een gebeurtenis van het grootste belang. Immers door die verhuizing was toch het middenpunt der staatkundige wereld niet eenvoudig weg naar het Oosten overgebracht, maar eerder gesplitst geworden. Alhoewel Constantinopel zich den eerzuchtvollen naam van « Nova Roma » toeëigende, bleef het oude Rome toch zijn aanzien en invloed bewaren, des te meer daar de Byzantijnsche regeering zich om de verafgelegen latijnsche provinciën meestal maar weinig bekommerde. Dit mocht Italië vooral ondervinden, toen de Barbaren met woest geweld kwamen binnengestormd. Te vergeefs

(1) B. v. het verzet van het Westen tegen de geloofsbepalingen van de 7e alg. kerkvergadering (787) betreffende de vereering der beelden, had als voornaamste oorzaak de uiterst gebrekkige vertaling van de in 't grieksch opgestelde geloofsformule ; cfr Albers, *o. c.*, bl. 361. — Naar het getuigenis van Gregorius I was op het einde der 6e eeuw het grieksch te Rome bijna niet meer gekend. — De Grieken ter andere zijde wisten niets af van de latijnsche theologie.

smeekte Rome om bijstand bij de Oostersche vorsten. En zoo kwam het dat, door nood gedwongen en met de hulp der Frankische prinsen de « ducatus romanus » zich ontwikkelde tot een zelfstandige staat met den paus aan het hoofd. (756) Een ander gevolg was dat het opperhoofd der kerk zich voortaan tot het Westen richtte om aldaar den noodigen steun te vinden : de Frankische koningen werden weldra tot officieele beschermers van den apostolischen Stoel uitgeroepen en te dien einde werd hun door den paus zelf de keizerlijke kroon geschonken. (800) Deze twee politieke veranderingen — *het ontstaan van de pauselijke staten en het herstel van het Westersche keizerrijk* — buiten alle goedkeuring van Byzantium doorgevoerd, hebben er niet weinig toe bijgebracht om de goede verstandhouding tusschen Westen en Oosten moeilijk te maken.

2°) *Het Cæsaropapisme der Byzantijnsche vorsten.* De Byzantijnsche keizers, opvolgers van heidensche machthebbers, die zich goden waanden, hadden met de tijdelijke macht ook ietwat van de heidensche denkbeelden overgeërfd. Geestelijk en wereldlijk gezag aanschouwden zij als onafscheidbaar. (1) Zij waren het, die de conciliën bijeenriepen en voorzaten. Ze benoemden bisschoppen en patriarchen en stelden ze af. Het dogma zelf wilden ze regelen, doch, daar hun de zending en de onfaalbaarheid ontbrak, waren de zoo talrijke dogmatische edikten door hen uitgevaardigd, meestal van ketterijen doordrongen (2). Bij dit machtsmisbruik waren de Byzantijnsche kerkvoogden, gewoonlijk de gedweeë werktuigen in 's keizers hand. De paus alleen was het, die den aanmatigenden vorst het hoofd durfde bieden. Rome behaalde

(1) Constantinus noemde zich, volgens hetgeen Eusebius verhaalt, bisschop voor de uitwendige zaken der kerk : « Vos quidem » aldus sprak hij tot de bisschoppen, « in iis quæ intra Ecclesiam sunt, episcopi estis. Ego vero in iis quæ extra geruntur, episcopus a Deo sum constitutus ». (Cfr KIRCH, *Enchiridion fontium hist. eccl*, p. 271).

(2) Zie de lijst der bijzonderste dogmatische verordeningen bij ALBERS, *o. c.*, bl. 193.

wel telkens de zegepraal, doch niet zonder veel strijd en langdurige schismen (1).

3°) *De eerzucht der patriarchen*. Een natuurlijk gevolg van de keizerlijke keuze die Byzantium tot hoofdstad maakte van het rijk, was dat de bisschoppelijke zetel dezer stad, onder de aanhoudende werking der bisschoppen en met den steun des keizers, immer in aanzien groeide, tot die zetel de eerste werd van het Oosten Dit was niet noodzakelijk een euvel, zoolang men de rechten van Rome niet krenkte ; maar dit gebeurde nu toch, daar de leuze der patriarchen was : « Het nieuwe Rome moet in alles het oude zooveel mogelijk nabijkomen ». Dit princiep, voor de eerste maal vooruitgezet en gedeeltelijk toegepast in de kerkvergadering van Constantinopel (381) (2), vinden we terug, doch verder doorgedreven, in canon 28 van het concilie van Chalcedon (3). 't Duurde niet lang meer of de Byzantijnsche bisschoppen lieten zich met den beteekenisvollen naam van « patriarcha œcumenicus » betitelen (4). Zelfs gelukte het hun de provinciën van het

---

(1) Cfr M. Jugie, *art. cit.*, col. 353.

(2) Can. 3 : « Verumtamen Constantinopolitanus episcopus habeat honoris primatum post Romanum episcopum, *propterea quod urbs ipsa sit nova Roma* » (Kirch, *o. c.*, p. 352).

(3) « Etenim *antiquæ Romæ* throno, quod urbs illa imperaret, jure Patres privilegia trlbuerunt. Et *eadem consideratione* moti centum quinquaginta Dei amantissimi episcopi sanctissimo *novæ Romæ throno æqualia privilegia* tribuerunt, recte judicantes, urbem quœ et imperio et senatu honorata sit et *æqualibus cum antiquissima regina Roma privilegiis fruatur*, etiam in rebus ecclesiasticis, non secus ac illam tolli et magnifieri, secundam post illam existentem (Kirch. o. c., p. 514) ». Die canon, werd door Rome verworpen. Wel is waar Rome, volgens dezen canon behield nog den voorrang, doch die scheen enkel gesteund te zijn op politieken grondslag. Van het goddelijk voorrecht, dat Rome toekomt, omdat aldaar Petrus'opvolgers zetelen, wordt geen gewag gemaakt, en daarom vooral was die canon vol venijn en gevaar.

(4) Cfr P, Batiffol, *Saint Gregoire le Grand*, Paris, 1928, p. 205, n. 1. « Patriarcha æcumenicus » beteekende eigenlijk « eerste bisschop van het keizerrijk », en niet « bisschop van de gansche wereld »,

Illyricum (aan de oostkust der Adriatische Zee) aan de rechtsmacht van Rome te onttrekken (1). In de Trullaansche Synode van 692, ging de aanmatiging der oostersche bisschoppen zoo ver, dat zij maatregelen troffen met betrekking niet alleen tot de grieksche maar ook tot de latijnsche kerk (2). Eindelijk mag uit het oog niet verloren, dat de patriarchen van Constantinopel meestal geheuld hebben met hun ketterschgezinde keizers, en aldus er veel toe bijgedragen hebben om het geheele Oosten immer meer van Rome te verwijderen. Ook, wanneer Photius in 858 aan den paus den oorlog verklaarde, verwekte hij bij zijn grieksche geloofsgenooten maar weinig ergernis. Zij waren immers dat spel sinds lang reeds gewoon : sedert Constantinus' dood (337) tot aan het optreden van Photius (858), op een tijdruimte dus van 521 jaar, had de Byzantijnsche kerk niet min dan 248 jaar in schisma doorgebracht (3).

II. — **Naaste aanleiding tot de moeilijkheden.**

Waarom het nu juist omtrent het jaar 850 was, dat die reeds lang bestaande verdeeldheid tusschen Westen en Oosten tot een strijd losbarstte, schijnt, bij een eerste oogopslag, van een feitje van geringe beteekenis af te hangen, namelijk van de onrechtvaardige verheffing van Photius op den Byzantijnschen zetel. De toenmalige patriarch, de heilige Ignatius, had het aangedurfd Bardas, den goddeloozen broer des keizers, om zijn gedrag te laken, en zelfs had hij geweigerd zich tot diens boosaar-

---

zooals Gregorius het verstond « Cependant », voegt Mgr Batiffol erbij, « soit Pélage II, soit saint Grégoire ne se trompaient sans doute pas sur les arrière-pensées du patriarcat, qui avait dessein d'exploiter l'équivoque du terme ».

(1) In 732 onder Keizer Leo den Isauriër. Een eerste poging ten jare 421, was niet geslaagd door verzet van den paus.

(2) Cfr Kirch, *o. c.*, pp. 578 et 584. «... sanctæ Synodi visum est, ut in *Romanorum quoque Ecclesia* inconcusse vires habeat canon qui dicit : « Si quis clericus inventus fuerit in sancto die dominico vel sabbato jejunare, præter unum et solum, deponatur, sin laicus, segregetur ».

(3) Cfr H. Jugie, *art. cit.*, col. 353.

dige plannen te leenen (1). Valschelijk van samenzwering beschuldigd, werd hij in ballingschap gestuurd en door een leek, met name Photius, vervangen (858). Tegen die onwettige handelwijze van Byzantium zal Rome verzet aanteekenen.

Deze gebeurtenis was niet van aard om een scheuring tusschen Oosten en Westen teweeg te brengen, was het niet dat hier tegenover elkander kwamen te staan twee personen, Nicolaus I en Photius, die respectievelijk als de belichaming waren van de Grieksche en Roomsche gedachtenstrooming. Aan de eene zijde stond Nicolaus I, een man met een organiseerend verstand en een sterke wilskracht, door de geschiedschrijvers terecht aangezien als den grondslaglegger van het middeneeuwsch kerkelijk leven, als den voorlooper van Gregorius VII, Innocentius III en Bonifacius VIII. De hoofdgedachte van zijn regeering was juist, spijts alles de rechten van den Apostolischen Stoel bij prinsen en bisschoppen te doen gelden (2). Aan de andere zijde integendeel vinden we het type van de Byzantijnsche aanmatiging : Photius is een Griek vol verfijndheid en aantrekkelijkheid, met een ongehoorde eruditie en belezenheid, gedreven door een nooit verzadigde eerzucht, die zoowel geweld als vleierij weet te hanteeren (3).

Kortom, omdat het hier gaat over een twist niet alleen

---

(1) Onder meer was Bardas van plan de moeder en zusters van den keizer, omdat ze hem met hun vermaningen lastig vielen, in een klooster op te sluiten. Ignatius weigerde de ceremonie der wijding van den sluier te doen.

(2) « Constat enim », aldus Nicolaus in zijn schrijven aan Photius, « sanctam Romanam ecclesiam per beatum Petrum principem apostolorum, qui dominico orè primatum ecclesiarum suscipere promeruit, omnium ecclesiarum caput esse » (Harduinus, *Acta conciliorum*, V. col. 133).

(3) Photius staat ook in de geschiedenis bekend om zijn vaardigheid in het vervalschen van dokumenten. Cfr Hefelé-Leclercq, *o. c.*, IV, 1, p. 256 n. 2.

tusschen personen maar veeleer tusschen twee met malkander strijdende gedachtenstroomingen, daarom juist zal de strijd zoo hevig zijn en zoo zware gevolgen na zich sleepen.

A. Dondeyne.

VI

De absolutione a censuris in periculo mortis

Q. — *Interpretare can.* 2252.

R. — Sub hodierno jure triplex casus est distinguendus ad rite determinandam jurisdictionem ad absolvendum a censuris requisitam. Censuratus enim versatur in periculo mortis vel extra hoc periculum est, et tunc subdistinguendus est casus, qui dicitur urgentior et casus ordinarius.

Jamvero, *in periculo mortis*, omnis sacerdos licet ad confessiones non approbatus quemlibet peccatorem vere pœnitentem cum Deo et cum Ecclesia reconciliare potest, i. e. ad hoc ab Ecclesia jurisdictione munitur, valetque absolvere a quibusvis peccatis et censuris, quantumvis reservatis et notoriis. Si tamen ægrotus convaluerit, pro quibusdam censuris remanet onus recurrendi, et quidem sub pœna reincidentiæ, ad superiorem competentem, qui congruam pœnitentiam imponat et reparationem condignam exigat.

Extra periculum mortis, si nihil urget, reservatio censuræ natura sua recursum ad superiorem ad ipsam absolutionem recipiendam postulat.

In *casibus urgentioribus*, i. e. si censuræ latæ sententiæ exterius servari nequeant sine periculo gravis scandali vel infamiæ, aut si durum sit pœnitenti in statu gravis peccati permanere per tempus necessarium ut superior competens provideat, facultas cuilibet confessario conceditur ipso jure a censura quovis modo reservata immediate absolvendi, sub pœna tamen reincidentiæ, nisi

recursus fiat intra mensem ad superiorem competentem.

Normæ speciales pro his tribus casibus traduntur in can. 2252-2254. Hic autem solas juris dispositiones *primum* casum spectantes explicamus ad normam can. 2252.

Qui canon sonat : « *Qui in periculo mortis constituti, a sacerdote, specialis facultatis experte, receperunt absolutionem ab aliqua censura ab homine vel a censura specialissimo modo Sedi Apostolicæ reservata, tenentur, postquam convaluerint, obligatione recurrendi, sub pœna reincidentiæ, ad illum qui censuram tulit, si agatur de censura ab homine ; ad s. Pœnitentiariam vel ad Episcopum aliumve facultate præditum, ad normam can. 2254, § 1, si de censura a jure; eorumque mandatis parendi* ».

Qui canon apte explicabitur pervolvendo quid veniat nomine periculi mortis ; quinam sint casus in quibus recursus imponitur ; quisnam, quonam tempore et apud quemnam superiorem recursum instituere debeat. Inde :

1/ Dicitur : *in periculo mortis*, non vero in articulo mortis : quæ verba intelligenda sunt de omni periculo mortis *prudenter æstimato*, nempe de illo vitæ discrimine, in quo mors est vere probabilis, licet non imminens aut certa aut probabilissima. Nec refert quanam ex causa mortis periculum proveniat : sive ex gravitate morbi, qui dies criticos, ut aiunt, habet ; sive ex conditione subjecti, puta si quis senio debilitatus morbo per se etiam levi corripitur ; sive ob adjuncta externa, ut apud milites ad pugnam vocatos (1), vel incolas civitatis ope tormentorum bellicorum obsessas, vel personas, quæ operationem chirurgicam vel extremum supplicium subire tenentur (2).

Nec de validate absolutionis dubium moveri debet casu

---

(1) Cfr Declarationem S. Pœnitentiariæ 18 mart. 1912 et 29 mai 1915 « miles quicumque in statu bellicæ convocationis, seu, ut aiunt, mobilisationis, constitutus, ipso facto æquiparari potest iis qui versantur in periculo mortis, ita ut a quovis obvio sacerdote possit absolvi », A. A. S., VII, p. 282.

(2) Cfr bibliographiam, supra p. 219.

quo constat periculum prudenter existimatum revera non adfuisse, cum in dubio probabili Ecclesia suppleat.

2/ Sub disciplina novi juris (1) *duplex* datur *casus* in quo *recursus* imponitur, scil. censuræ ab homine et censuræ specialissimo modo Sedi Apostolicæ reservatæ. Quatuor autem a jure statutæ sunt censuræ hujusmodi : contra absolventem vel fingentem absolvere complicem in peccato turpi (c. 2367), contra violantes directe sigillum sacramentale (c. 2369, § 1), contra lædentes personam R. Pontificis (c. 2343, § 1), contra profanatores SSmæ Eucharistiæ (c. 2320).

3/ *Onus recurrendi* eum directe gravat, qui in periculo mortis a præfatis censuris fuerit absolutus, non vero confessarium. Pœnitens tamen recurrere potest per confessarium, qui hoc onus suscipere debet, nisi gravi incommodo excusetur. Nec confessario in can. 2252 specialis obligatio monendi pœnitentem de hoc onere imponitur ; quare, hæc monitio, haud raro satis difficilis, ipsius prudenti judicio remittitur (2). Practice autem confessarius se gerat juxta doctrinam theologorum de monitione in confessione facienda vel omittenda nempe α/ si pœnitens sit in extremis, eam omittat ; β/ item, si prudenter timeat vel dubitet eam fore obfuturam ; γ/ si prævideat eam pœnitenti certe profuturam eam faciat (3).

4/ *Tempus* quo obligationi recursus instituendi est satisfaciendum, ad normam can. 2254, § 1 merito deter-

---

(1) Jure anteriori obligatio recurrendi urgebat, si ageretur de absolutione a censuris *speciali modo* Papæ reservatis.

(2) Rationes a Cappello, *l. c.* dantur sequentes : a/ maxima indulgentia Ecclesiæ, piæ matris, erga infirmos ; b/ timor Ecclesiæ, ne imponenda obligatio sit occasio quæ detrimentum afferat bono sive spirituali sive temporali periclitantium ; c/ timor, ne confessarius obligationem recurrendi forte imponat cum prudenter esset omittenda in majus bonum animæ, v. g. ad majorem tranquillitatem ægrotantis ; d/ inutilitas rei sive impositionis recursus in multis casibus, ubi scil. mors certe secutura prævidetur.

(3) Cfr Cappello, *De censuris*², p. 110 et De Meester, *Compendium juris canonici*, t. III, p. 180.

minatur *infra mensem* « postquam convaluerint ». Convalescere autem dicendus est qui hujusmodi negotio sine gravi incommodo vacare potest. Tempus illud anxie non est computandum, præsertim si pœnitens bene dispositus est. Non-ægrotis vero, qui, ut diximus, ex causa extrinseca in periculo mortis versari possunt, ex analogia juris recursus imponendus esset intra mensem a tempore quo periculum cessavit.

Recursus imponitur *sub pœna reincidentiæ*, ita ut qui ex gravi culpa recurrere negligit, in eamdem specie censuram incidat.

5/ *Superior* ad quem recursus præscribitur faciendus ille est qui relate ad censuram competens est.

Jamage pro censura ab homine lata competens est ille qui eam intulit, vel ejus successor aut delegatus. Pro censura specialissimo modo S^ae^ Sedi reservata recurrendum erit ad s. Pœnitentiariam vel saltem ad episcopum speciali facultate præditum (1).

6/ Obligatio « *parendi mandatis* » additur oneri recursus, et hoc quidem ad congruam pœnitentiam implendam et satisfactionem pro censura præstandam.

Quæstio movetur apud auctores num illa obligatio parendi mandatis urgeat *sub pœna reincidentiæ*. Affirmativam ut probabiliorem tenemus, cum id constet ex claro s. Officii responso 30 martii 1892, ad 3, et in dubio a veteri jure non sit recedendum (c. 6, 4°). Negativa sententia, quæ communiter ut probabilis admittitur, ut argumentum palmare affert dispositionem verborum codicis, quatenus verba « *sub pœna reincidentiæ* », quæ immediate adnectuntur verbis « *onere recurrendi* » tantum

---

(1) « Casus, ait VERMEERSCH-CREUSEN, *o. c.*, p. 224, quo confessarius etiam regularis necessariam facultatem habeat, rarissimus erit. Ordinarii autem locorum nonnunquam facultate gaudent per delegatum absolvendi in duobus tribusve casibus. Sine speciali facultate etiam episcopum in hoc casu absolvere et mandata dare non posse, etsi per se planum erat, expresse declaratum est a *Comme J. C.*, resp 12 nov. 1922, ad VIII. »

respicere videntur onus recurrendi et non obligationem parendi mandatis. Atvero, hoc argumentum non videtur firmum quia in phrasi « ...recurrendi, sub pœna reincidentiæ, ...et standi ejus mandatis » verba « *sub pœna reincidentiæ* » grammaticaliter videntur æque adnecti verbis « standi mandatis ». Quod omnino confirmari videtur ex § 3, can. 2254, ubi de recursu non agitur sed negligentia mandatorum punitur reincidentia. Ceterum unicus finis recursus videtur esse impletio mandatorum cum satisfactione.

J. Brys.

RESPONSA

ad quæstiones in conferentiis mensis julii propositas.

—

I.

De sacrificiis judæorum (I).

Q. *Describe sacrificium holocausti in cultu mosaïco* (Lev., 1).

R. **Prænota.**

E variis quæstionibus quæ de sacrificiis judæorum moventur duas in sequentibus responsis solvendas assumpsimus, quæ tum pro exegesi tum pro theologia momento non carent. Mittimus disputationes de origine et de evolutione legum sacrificalium (1) ut, descriptis primo variis sacrificiis cultus publici (2), prout in lege mosaïca ordinantur, conemur dein horum sacrificiorum et rituum intimiorem sensum penetrare. In primis proinde respon-

---

(1) Hac de re apud acatholicos classica manent opera J. Wellhausen, *Prolegomena zur Geschichte Israëls*, 1878, et W. Robertson Smith, *The religion of the semits*, 1894. Inter catholicos recentiores citamus A. Sanda, *Mozes und der Pentateuch*, Münster, 1924, p. 187 ss. Decursu nostræ dissertationis de sacrificiis quædam depromemus e lectionibus quas Lovanii habuit A. Van Hoonacker.

(2) Cultum publicum vocamus cultum in sanctuario nationali unico celebratum a sacerdotibus leviticis secundum præscripta ritualia; « mais en dehors de la maison de Jéhovah il y avait des autels rudimentaires en tout lieu, destinés principalement à l'abatage du bétail, qui demeura toujours, chez les anciens hébreux, un acte religieux (I *Sam*, xiv, 33-35). Sur des autels de ce genre on n'offrait des sacrifices proprement dits, extra-rituels, qu'en certaines circonstances. L'intervention du prêtre n'y était pas requise; le rituel de la maison de Dieu n'y était d'aucune application. Ils étaient affectés au culte populaire et en quelque sorte domestique » (A. Van Hoonacker, *Le sacerdoce lévitique*, Louvain, 1899, p. 9).

sis non præbebimus nisi objectivam descriptionem rituum ita ut de facto quasi commentarium tradamus in prima capita libri *Levitici*.

Sacrificia in genere

Sacrificia in sanctuario offerenda alia sunt cruenta, alia incruenta (1); sacrificiorum cruentorum species sunt holocaustum, sacrificium pro peccato, sacrificium pro delicto et sacrificium pacificum; de quibusdam peculiaribus sacrificiis cruentis ad hæc reducendis postea verbulum addemus.

Sicut in incruentis nonnisi cibaria offerebantur, ita in sacrificiis cruentis non poterant immolari nisi animalia pura et domestica, quibus judæi communiter vescebantur; inter aves permittebantur columbæ et turtures, inter quadrupeda boves, oves et capræ. Victimæ oportebat essent nullo vitio infectæ (2), saltem septem dies natæ (3) nec occisæ eadem die qua mater (4).

Holocaustum (5).

Sacrificium holocausti eminebat inter sacrificia cruenta ideoque et strictior erat norma de victimis eligendis: per accidens licebat in holocaustum offerre pullos columbæ aut turtures sed per se præcipiebatur oblatio masculi e genere bovillo, ovillo vel caprino. Holocaustum semper comitabatur aliqua oblatio incruenta (6).

---

(1) Sacrificium in genere hebraïce vocatur *minchah*, quod vocabulum venit juxta plerosque a verbo significante *donare*, juxta quosdam a verbo significante *dirigere*: in partibus Pentateuchi quas critici tribuunt documento P seu Codici sacerdotali sacrificium in genere dicitur *qorban*, cujus verbi radix significat *appropinquare*, dum vox *minchah* reservatur sacrificiis incruentis; sacrificium cruentum dicitur *zebach*.

(2) *Lev.*, I, 3; XXII, 18 ss.: *Deut.*, XVII, 1.

(3) *Lev.*, XXII, 27.

(4) *Ib.*, XXII, 28 coll. *Ex.*, XXIII, 19; *Deut.*, XIV, 21.

(5). Holocaustum (brandoffer) hebraïce dicitur *'olah.*, *id quod ascendit* scil. in fumo ad cælum; quandoque etiam vocatur *kalil* seu sacrificium totale.

(6) *Num.*, XV, 1 ss.

De majoribus animalibus offerendis ritus sequenti modo ordinantur (1) :

1/ adducitur victima ab offerente ad ostium tabernaculi;

2/ offerens imponit manus capiti victimæ ;

3/ victima trucidatur (2) « coram Domino », scil. « ad latus altaris, quod respicit aquilonem » (3) ;

4/ sanguis in vasis collectus a sacerdotibus effunditur per totum circuitum altaris holocausti :

5/ detrahitur pellis victimæ, quæ pellis obvenit sacerdotibus (4) ;

6/ animal in frusta conciditur, signantur caput et adipes a carne separantur ; lavantur intestina et pedes ;

7/ omnia altari imponuntur a sacerdotibus et comburuntur usque ad matutinum sequentis diei, quo cineres removentur (5).

Cum aves in holocaustum offerrentur, ritus brevior erat (6). Apud altare retorquebatur caput ita tamen ut corpori adhuc adhæreret (7) ; sanguis exprimebatur ut decurreret super parietem altaris ; dein vesicula gutturis seu ingluvies (krop, jabot) et plumæ apud cineres ad latus orientale altaris projiciebantur ; quin avellerentur frangebantur alæ et aves comburebantur in oblationem ignis suavissimi odoris Domino.

Quandonam holocaustum esset offerendum et quonam ritu, sive cum sola oblatione incruenta, sive conjunctim cum sacrificiis alius speciei determinavit lex. Primo varia holocausta publica, nomine communitatis judæorum offerenda, statuuntur, inter quæ primum locum obtinet

---

(1) *Lev* , I, 1-13 coll. *Ex.*, XXIX, 15-18 et *Lev.*, VIII, 18-21.

(2) Juxta textum hebraïcum, *Lev.*, I, 5, 11, victima mactatur ab ipso offerente, similiter v. 6 excoriatio fit ab offerente ; juxta LXX mactatio et excoriatio fiunt a sacerdotibus.

(3) *Lev.*, I, 5, 11.

(4) *Ib.*, VII, 8.

(5) *Ib.*, VI, 2 ss.

(6) *Ib.*, I, 14-17.

(7) *Ib.*, V. 8.

« juge sacrificium », quo singulis diebus, mane et vespere, in holocaustum offerebatur agnus anniculus cum oblatione similæ oleo conspersæ et cum libatione vini (1). Præter illud, holocausta injungebantur vario ritu offerenda singulis sabbatis (2), neomeniis (3) et festivitatibus (4); similiter holocaustum offerebatur occasione consecrationis sacerdotum (5) et levitarum (6), atque occasione peccati a populo per ignorantiam admissi (7).

Holocausta privata singuli israëlitæ offerre poterant sive sponte, sive ad votum solvendum (8); insuper quandoque ipsis holocaustum injungebatur a lege : sic holocaustum offerendum erat a nazaræo (9), a puerpera (10), a leproso sanato (11), a viro sanato a gonorhæa et a femina sanata a fluxu sanguinis (12). Etiam alienigenæ poterant sponte offerre holocausta (13).

M. De Jonghe.

II.

Argumentum tractatus de vera religione.

Q. *Generali conspectu exhibe argumentum tractatus de vera religione ejusque nexum indica cum scientia theologica.*

R. — In dissertatione quam olim conscripsimus de methodo demonstrandi Ecclesiam, fusius exposuimus quæ hanc quæstionem spectant, adeoque hæc pauca ad responsionem sufficere possunt (14).

---

(1) *Ex.*, xxix, 38 ss.; *Num.*, xxviii, 3 ss.
(2) *Num*, xxviii, 9-10.
(3) *Ib.*, 11-15.
(4) *Lev.*, xxiii, 4 ss.; *Num.*, xxviii, 16 ss.
(5) *Ex.*, xxix, 15-17; *Lev.*, viii, 18-21; ix, 2-3.
(6) *Num.*, viii. 12.
(7) *Num.*, xv, 22 ss.
(8) *Lev.*, xxii, 18-20.
(9) *Num.*, vi, 1-21.
(10) *Lev.*, xii, 1-8,
(11) *Lev.*, xiv, 20-31.
(12) *Ib.*, xv, 1-33.
(13) *Num.*, xvi, 14 s.
(14) *Collat. Brugen.*, XXVII, (1927), p. 50 s.

Imprimis sedulo recolendum venit quomodo ponatur problema de *Ecclesia Christi*, quæ est ipsa *vera religio concrete spectata*, ut dicitur in canone quodam præparato pro concilio vaticano : « Si quis dixerit Christi religionem in nulla peculiari societate ab ipso Christo fundata exstantem et expressam esse, sed a singulis seorsum, non habita ratione ad ullam societatem, quæ vera ipsius Ecclesia sit, rite observari et excoli posse, a. s. » (1).

1/ Inde jam facile intelligitur tractatum de vera religione imprimis demonstrare veram Ecclesiam Christi ; hæc porro demonstratio duplici via confici potest : empirica videlicet et historica.

a/ Si quis methodum adhibeat *historicam*, suppositis prius vel in memoriam revocatis haud paucis veritatibus ex disciplina philosophica, præcipue de cultu Deo debito necnon de religione generatim spectata, deinde longiore disquisitione præstabit ex documentis historicis, quorum auctoritatem in tuto prorsus reponere etiam oportet, duplicem *demonstrationem* : unam *christianam*, alteram *catholicam*. Præcipua capita utriusque demonstrationis et nexum intimum quem habent ad invicem, in eadem dissertatione paucis evolvimus (2).

b/ Si quis altera velit uti methodo, statim probabit *empirice*, ex factis scilicet perspicuis, etiam hodiernis, divinam missionem Ecclesiæ Christi, et hæc est demonstratio *ex notis* Ecclesiæ, quam indigitavit concilium vaticanum et irrefragabile vocavit argumentum (3).

Studiose nunc observa : α/ tractatus de vera religione non proponit ipsum contentum religionis revelatæ ; hoc pertinet ad scientiam theologicam, dogmaticam et mora-

---

(1) *Schema const. dogm. de Ecclesia*, can. 1 apud *Collect. lacen.*, VII, p. 576, Frib. Br., 1890.

(2) *Collat. Brugen.*, *t. c.*, p. 53.

(3) *Conc. vatic.*, œcum. XX, sess. III, const. de fide cath., cap. III (*Enchir.*, n. 1794 ; *Thesaurus*, n. 179).

lem. Multa ceteroquin adhuc problemata, quæ ipsam Ecclesiam Christi spectant, pauciora vel plura prouti aliquis priorem vel alteram viam secutus fuerit, ad theologiam proprie dictam demandanda sunt, uti supra diximus (1).

3 Cum methodo historica tam amplam habemus materiam, ut revera necesse sit duplicem ponere tractatum : unum de Christo legato divino, alterum de Ecclesia, qui tamen ambo unum constituunt tractatum de vera religione (2).

Ad hæc autem diligenter observa quosdam auctores tractatum de Christo legato divino, sæpius vocare tractatum de vera religione : et reapse cum hoc tractatu conjungunt disputationem de divinitate religionis catholicæ, uti aiunt. Jamvero hæc disputatio nihil aliud est quam demonstratio Ecclesiæ ex notis, methodo empirica, unde satis patescit talem processum potius confusionem quam claritatem afferre in quæstione aliunde jam multum intricata (3).

2 Ex dictis sequitur, siquidem non nitimur revelationi in toto hac demonstratione, tractatum de vera religione non esse theologicum (4) : est potius tractatus introductorius in theologiam, speciali ratione quam explicavimus supra, adeoque merito vocatur *propædeuticus* ad disciplinas omnes theologicas (5), et etiam speciali titulo nuncupari potest *apologeticus*, quatenus nempe justificationem fidei nostræ præbet (6).

H. Lamiroy.

---

(1) *Collat. Brugen., t. c.*, p. 60 s.
(2) *Ibidem*, p. 61 s.
(3) Cfr *ibidem*, p. 63.
(4) *Ibidem*, p. 57.
(5) *Ibidem*, p. 59.
(6) *Ibidem*, p. 64 s.

III-IV.

De facilitate bene operandi.

Q.— Explica quomodo acquiratur vel augeatur facilitas bene operandi per exercitium 1/ virtutum acquisitarum, 2) virtutum infusarum.

PRÆNOTANDA.

A. *Virtus* in genere dicitur « habitus operativus bonus ».

1) *Habitus* autem vocatur « qualitas de se difficile mobilis » secundum quam substantia (seu subjectum) bene aut male se habet sive quoad esse sive quoad operari » (1).

2) Porro, virtus dicitur habitus *operavitus*, quatenus directe afficit, non ipsam substantiam (uti habitus entitativi), sed unam alteramve subjecti potentiam seu facultatem (2), ac « primo et principaliter importat ordinem ad actum (3), ita ut subjectum sese bene vel male habeat *quoad operari*.

3) Estque tandem habitus operativus *bonus*, inclinans scil. ad operationem bonam, quatenus fit, ut sub influxu hujus habitus homo « prompte, uniformiter ac delectabiliter » elicere possit « actus bonos, i. e. ad bonum ipsius potentiæ rationalis » seu conformes naturæ, conditioni et fini ipsius agentis rationalis (4).

B. Missis nunc variis distinctionibus virtutum in virtutes stricte vel late dictas, in intellectuales et morales, — strictiore adhuc vel latiore sensu — (5), sufficiat hic præ oculis habere differentiam, ratione principii seu ori-

---

(1) DE JAEGHER, *Institut. Philos.* nº 253 ; — col. Summa Theol. 1a-IIæ, q. 49, art. 2.

(2) Cfr. SUMMA THEOL. 1a-IIæ, q. 50, art. 1.

(3) SUMMA THEOL. 1a-IIæ, Q. 49, art. 3.

(4) REINSTADLER, *Elementa Philos. Scholast.* t. II. p. 424. — Herder, Freiburg, 1920.

(5) Cfr. ILL. WAFFELAERT, *Tractatus theologicus de virtutibus cardinalis*, t. I, (1889), p. XIX, col. Summa Theol. 1a-IIæ, qq. 57 et 58.

ginis, inter virtutes *naturales et acquisitas* ex una parte, ac *supernaturales seu infusas* ex altera.

Priores vel simul cum ipsa natura ab Auctore naturæ accipiuntur, (et ideo *innatæ* vel *naturales* dicuntur, v. g. synderesis seu intellectus primorum principiorum), vel ab homine ipso acquiruntur ac augentur propriis actibus naturalibus tamquam causis efficientibus (et sic *acquisitæ* vocantur, vel et naturales, latiore sensu, in oppositione ad supernaturales ; sic v. g. acquisitus habitus obediendi, abstinendi...). Posteriores vero præter capacitatem et exigentias cujusvis naturæ creatæ a solo Deo infunduntur (et inde dicuntur *infusæ* seu *supernaturales*) (1).

C. Jamvero, in hac nostra quæstione agimus de « *facilitate* » quam utriusque generis virtutes illæ præstant.

Nimirum, missis aliis differentiis quæ in tractatibus de virtutibus in genere exponuntur (2), differunt virtutes acquisitæ (naturales) ab infusis etiam in hoc, quod priores naturali modo perficiunt facultatem, cujus nativam energiam quodammodo augent, ita ut facilior ac promptior reddatur repetitio actuum similium ipsi propriorum, dum virtutes infusæ seu supernaturales non majorem facilitatem, sed tantum solam *facultatem* seu *possibilitatem* conferunt operandi actus supernaturales. Aliis verbis, acquisitæ virtutes dicuntur dare « τὸ facile posse naturaliter », quod supponit jam ipsum « posse simpliciter » existens in potentia operativa ; — infusæ vero dicuntur tribuere « τὸ simpliciter posse supernaturale », cum ipsæ sint quasi — novæ — potentiæ connaturales homini ele-

(1) Nec loquimur hic de habitibus qui dicuntur tantum « per accidens » vel « secundum quid infusi », quatenus in se *possent* acquiri ab homine quin infundantur, licet de facto a Deo *quoad modum* sint infusi, v.g. si homo quis acciperet a Deo infusam cognitionem linguarum.

(2) Cfr. Collat. Brugen. t. VI (1901), p. 248 ss.

vato, quibus ille homo capax fit eliciendi actus supernaturales (1).

Unde statim apparet nodus quæstionis : revera, ex una parte, virtus infusa non dat *facilitatem* ad bene operandum, ut omnes agnoscunt, utque cœteroquin constat ex quotidiana uniuscujusque experientia. Nam homo divina gratia donisque infusis orbatus majorem nonnumquam facilitatem ad bene agendum, puta ad obediendum, ad eleemosynam tribuendam,... experiri potest ac justus omnibus virtutibus instructus. Pariter, homo qui per lethale peccatum infusas virtutes amisit, nihilominus facilitatem actuum bonorum non statim amittit; imo ipsam exercitio actuum mere naturalium adhuc augere valet. — Ex alia autem parte, experimur hominem virtutibus supernaturalibus decoratum, dum actus supernaturales obedientiæ, justitiæ, fidei, etc., satis frequentes ac intensos ponit, majorem in dies acquirere facilitatem ad similes actus reiterandos. Undenam igitur hæc facilitas ?

Resp. ad Primum.

Hisce positis, jam brevius ad solutionem prioris partis quæstionis, quæ potius philosophica seu psychologica dici potest, sed quæ ad secundæ partis intellectionem præsupponitur, responderi potest. Factum illud psychologicum maxime obvium : per actus bonos, saltem sufficienter intensos et frequentes, acquiri ac augeri facilitatem ad similes actus ponendos (2), philosophice sic adumbratur : potentia operativa, (cogita intellectum, voluntatem), de se sola dicit aliquam

---

(1) Revera, theologi scholastici nonnumquam aiunt « virtutes acquisitas *extrinsecam* conferre *facilitatem*, infusas vero *intrinsecam* facilitatem ». At reflectenti patet, ipsique agnoscunt hanc dictam intrinsecam facilitatem non esse nisi *meram facultatem* seu *possibilitatem* agendi supernaturali modo, ad instar possibilitatis seu facultatis ad naturaliter agendam quam tribuunt ipsæ potentiæ operativæ homini naturales.

(2) Ex opposito, et servatis servandis, idem verificatur quoad actus malos facilius repetitos ex acquisito habitu malo seu vitioso.

possibilitatem agendi, at tamen *cum quadam indeterminatione* ad actum in unum alterumve sensum dirigendum. Hæc autem indeterminatio non solum per singulum actum relate ad hanc ipsam operationem hic et nunc positam tollitur, sed simul paulatim minuitur et aufertur in futurum, vi alicujus influxus permanentis quo actus iste in facultate aliquod quasi sui vestigium relinquit, ita ut repetitis actibus generetur quædam stabilis inclinatio, quædam proclivitas, seu quædam incompleta seu imperpecta « determinatio » psychologica ad similes actus reiterandos (1).

Hæc præcise inclinatio vel proclivitas vocatur « habitus acquisitus », et in casu actuum bonorum « virtus acquisita », cui proinde proprium est majorem conferre facilitatem bene agendi, ita ut potentia magis ac magis in hunc sensum inclinata, etiam delectabilius, promptius, uno verbo facilius in actus ejusdem generis prorumpat.

Quod trito adagio : « *habitus quasi secunda natura est* » optime confirmatur. Quinimmo, hæc rationalis potentiæ per habitum inclinatio quodammodo per redundantiam agit in ipsas inferiores facultates seu in hominis potentias animales, sensitivas, (puta in vim motivam, in partem irascibilem et concupiscibilem) inquantum in istis etiam

---

(1) Hoc pulchre exponitur ab Ill. Card. Mercier in op. *Psychologie*, t. II, nº 245, (ed. 9a , 1912, p. 230) : « Les actes de l'intelligence et de la volonté ne s'évanouissent pas complètement avec le moment qui les a vus naître ; ils laissent après eux un dépôt, dont la répétition superpose les couches successives et forme à la longue le sol sur lequel s'appuie la fermeté de la volonté. » — Et p. 231 : « Dans l'ordre moral, le perfectionnement de la volonté comprend un double effort continu, la résistance au mal et la pratique positive du bien. Cet effort engendre graduellement dans la volonté des dispositions habituelles que l'on appelle vertus ; elles ajoutent à son énergie et facilitent l'essor de son activité. En voulant le bien, la volonté se rend capable de le vouloir encore et de le vouloir mieux ». — Cfr etiam Ill. Waffelaert, *De Geestelijke Duif*, Brugge, 1918, p. 38, ubi merito ostenditur habitum operativum bonum simul minuere seu destruere influxum habituum malorum oppositorum.

firmatur docilitas quædam ab obediendum imperio rationis et voluntatis, ac iterum augetur facilitas istas dirigendi ad actus proprios virtutis acquisitæ.

Resp. ad secundum.

Majoris autem difficultatis apparet solutio quæstionis secundæ, quæ ab auctoribus diverso modo proponitur. Etenim, dum statuimus virtutes infusas non dare facilitatem (extrinsecam) ad bene operandum, nihilominus videmus justos, dum actus bonos virtutum infusarum ponunt, simul acquirere vel augere facilitatem ad actus similes frequentiores ac intensiores ponendos. « Videmus enim, — ait Clar. Billot, — Sanctos semper profecisse in facilitate exercendi opera virtutum tam theologalium quam moralium, per ipsorum operum frequentationem. Videmus præterea, (quod maxime notandum est), eos semper habuisse specialem exercitii facilitatem in ea speciali virtute in qua speciali modo sese exercebant. En factum quod vim obtinet legis cujusdam uniformis et nunquam deficientis » (1).

Undenam, iterum, hæc facilitas ?

1) Quidam olim Auctores illam tribuebant *ipsi augmento et influxui directo infusarum virtutum,* quatenus « virtutes infusæ, intentiores effectæ, hoc intrinseco augmento homini christiano majores vires adderent ad supernaturaliter agendum (2). *Sed obstant plura* :

a) virtutes infusæ, secundum sententiam communem ac veram, uti jam diximus, sibi proprium habent quod non conferunt facilitatem agendi, at meram facultatem, (seu facilitatem intrinsecam) i. e. simpliciter ipsum posse agere supernaturaliter.

b) virtutes infusæ, utpote perfectæ, ita inter se connectuntur ut omnes simul, una cum gratia sanctificante, actibus sufficienter intensis augeantur ; et proinde, sin-

(1) Billot, de virtutibus infusis, ed. 1a, (1901) Romæ, p. 50 sq.

(2) Ita Salas, quem refutat Pesch (*Prælect.* VIII, 14) ; — cfr « *Divus Thomas* », Januarii 1928, p. 127.

gulo actu cujuscumque supernaturalis virtutis major acquireretur facilitas ad quoslibet actus etiam cæterarum virtutum, quod experientiæ supra indicatæ aperte opponitur.

c) homo per peccatum lethale a gratia decidens, et virtutibus infusis orbatus, nihilominus nonnumquam, ut experientia constat, non statim amittit, at suis actibus adhuc augere potest facilitatem ad bona opera correspondentia illis virtutibus quas intentius exercuerat, quod verificari non posset si facilitas ipsis *infusis* virtutibus tribuenda esset.

2) Unde alii Auctores, novam inquirentes viam, dixerunt facilitatem provenire *ex divina gratia*, quæ Christiano majorem suavitatem, perfectiorem cognitionem, vividiorem affectum in bonum tribueret.

Sed resp : De quanam divina gratia hic agitur ? An de gratia *habituali* seu sanctificante ? Sed hæc non est habitus operativus, sed entitativus qui nullatenus ordinatur ad agendi facilitatem conferendam. — An forte de gratia *actuali* seu transeunte, ut videtur innuere Suarezius ? (1) — Sed tunc, uti optime dicit Billot, res nullatenus explicatur, « cum constet facilitatem de lege ordinaria et constanti ex assuetudine operum resultantem esse aliquid homini *intrinsecum*, ejus potentiis inhaerens, et cum ipsa assuetudine ex natura rei connexum » (2), seu directa proportione ab ipsorum actuum frequenti repetitione pendens.

3) Alli adhuc cum Gonet (3), ad hypothesim sat miram recurrunt, quæ rem in confuso relinquit. Per actus infu-

---

(1) Suarezius, *De gratia*, lib. II, cap 8, nº 3, collato tamen, lib. I, cap. 10, nº 7, ubi hæc subobscure fatetur : « Quia soli habitus infusi *parum vel nihil* minuunt difficultatem fomitis ; nec juvant ad illam vincendam, nici *actu* operentur, vel aliquod *actuale auxilium* illis addatur ».

(2) Billot. op. cit. p. 51.

(3) Gonet, *Clypeus theologiæ thomisticæ*, (ed. 1677), tract. IV de Virtutibus, disp. IV, nº 25.

sarum virtutum non generatur aliquis habitus ; sed — addit Gonet — « Fateor tamen, hoc ipso quod aliquis frequentat actus virtutum infusarum, ipsum disponi et facilitari, ut circa eamdem materiam possit ex motivo naturali operari per virtutem acquisitam ; ideoque ex uno motivo facile transire ad aliud, et virtutem acquisitam circa eamdem materiam generare », ita ut « habitus non formaliter per illos actus generetur, sed dispositive solum ».

At sententia hæc revera non satis explicat quomodo actus supernaturales virtutem seu habitum naturalem gignant, quæ eamdem materiam habeat, quin motivum formale idem sit.

4) Rem jam clarius proponit Molina (1) : Quia tamen illi actus (np. supernaturales fidei, spei, charitatis) *eminenter continent* naturales actus fidei, spei, et charitatis, eò quod ad ipsorum productionem concurrunt causæ omnes quæ producunt illos actus naturales, nisi a Deo per suum supernaturalem influxum eveherentur, ut producerent eos supernaturales, superiorisque cujusdam speciei, inde evenit quod producant naturales habitus fidei, spei, et charitatis, qui remanent in eo, qui per lethale peccatum amittit charitatem supernaturalem, atque etiam in eo qui per infidelitatis peccatum amittit etiam fidem ».

5/ Nuperrime, E. Neveut, C. M. insistendo in *specifica* distinctione inter actum virtutis infusæ et actum virtutis acquisitac quod attinet ipsarum objectum et motivum formale specifice distinctum, jam nequit explicare augmentum facilitatis naturalis ex repetitione solorum actuum supernaturalium, ideoque recurrit ad *hypothesim duplicis actus* (2).

(1) Molina, *Concordia*, disp. 38 ; coll. Billot, op. cit. p. 54. Nota Ia.

(2) E. Neveut, in period. « *Divus Thomas* », t. XXXI (1928) p. 130 : « Ainsi pour les vertus infuses, *on peut distinguer deux actes*, un naturel et un surnaturel. Le premier, naturel, engendrera par la répétition des actes une habitude naturelle donnant facilité comme toute habitude. Le second, surnaturel.... » etc...

At explicatio hæc sat superflua nobis videtur, et quodammodo communi et obvio sensui opposita :

a/ Cogita enim hominem in statu peccati mortalis obedientem patri suo : sane hæc obedientia in se unicum constituit actum. Sed cogita nunc eumdem hominem, cœteris paribus, patri obedientem dum vivit in statu justitiæ et charitatis, et proinde instructus omnibus infusis virtutibus, etiam infusa obedientiæ virtute : an eo ipso nunc ille actus quasi duplicatur ? Hoc nullatenus sequi videtur, sicut non sequitur ex conditione regia alicujus principis aliquem ipsius actum (puta eleemosynæ) duplicem fieri actum, alterum mere humanum, alterum regium, seu aliam esse eleemosynam hujus principis qua regis, aliam qua hominis.

b/ Quoad argumenta ab auctore allata, præcipuum in hoc est quod ponit ut principium theologicum : « actus supernaturales non posse generare habitum seu virtutem naturalem » (1) ad quod respondemus distinguendo :

Actus *supernaturales qua tales*, seu præcise et formaliter in quantum supernaturales sunt, nequeunt generare habitum naturalem : concedo.

Sic enim habent utique objectum ac motivum formale distinctum. — Sed actus supernaturales, *qua actus* sunt, nego. Etenim : principium activum proximum, seu causa efficiens actus supernaturalis *non* est sola virtus infusa, ac si staret sola absque subjecto operante, sed manet ipsa potentia operativa hominis agentis, quæ potentia utique elevatur per virtutem supernaturalem, ita ut agat modo supernaturali et ob motivum supernaturale. Hæc autem potentia hominis operativa (intellectus, voluntas,..) per gratiam et virtutes infusas nec destruitur, nec propria sua activitate et efficacia frustratur, sed elevata, nihilominus omnino eodem modo tendit ad objectum sibi proprium, (verum, bonum) acsi elevata non esset.

---

(1) L. c. p. 127 : « Des actes surnaturels ne peuvent produire une habitude naturelle ».

Unicus ille actus proinde, sicut duplicem habet causam efficientem, (potentiam naturalem et virtutem infusam quæ hanc potentiam elevat ac perficit) etiam *duplicem induit aspectum,* seu, si vis, *duplicem efficaciam* ; scilicet :

α/ qua actus physice procedens ab hominis potentia operativa, entitate sua physica ejusdem efficacitatis est ac similes actus mere naturales, et eodem modo ac isti in potentia operativa relinquit aliquod sui vestigium, quodammodo determinans seu inclinans potentiam ad similes actus reiterandos : et si hæc actuum vestigia seu quasi-impressiones multiplicentur, in potentia operativa generant vel naturaliter augent habitum acquisitum ex quo major sequitur operandi facilitas (Cfr I^m partem).

β/ quatenus ille actus, utpote supernaturalis, simul procedit a virtute infusa, (vel saltem ab influxu gratiæ actualis transeunter elevantis) auget non per modum causæ physicæ et naturalis, sed per modum causæ *meritoriæ ac dispositivæ* ipsam virtutem infusam cui proprius est, necnon simul — propter connexionem virtutum — omnes alias virtutes infusas ; sed *ex hoc capite* de se nil confert ad majorem *facilitatem* agendi.

6/ Et sic redimus ad sententiam Ill. Billot, (1) magis obviam, experientiæ correspondentem, et sufficienter, ut nobis videtur, rem explicantem, quæ cœteroquin quasi enucleat et complet opinionem Molinæ :

Actus scil. infusarum virtutum (saltem sufficienter intensi et repetiti) non formaliter qua supernaturales, sed qua actus potentiæ operativæ hominis, seu suo physico influxu eodem modo ac naturales actus generant vel augent habitus naturales sibi correspondentes, quibus facilitas exercitii gignitur. — Supernaturalis autem indoles ipsorum, (quatenus simul procedunt a causalitate gratiæ vel virtutis infusæ) de se nil addit huic facilitati, sed addit in alia linea, (— scil. supernaturalis vitæ —) dispositionem et meritum ad augmentum virtutum infu-

(1) Billot, o. c. p. 50, ss.

sarum, gratiæ, et gloriæ. Quod optime concordare videtur cum sententia sancti Thomæ, ubi dicit : « *Ex his actibus* (repetitis) non generatur habitus alterius modi ab illo habitu ex quo actus eliciuntur : *sed vel aliquis habitus ejusdem rationis, sicut ex actibus infusæ charitatis generatur aliquis habitus dilectionis, vel præexistens augmentatur, sicut in eo qui habet habitum temperantiæ acquisitum ex actibus, ipse habitus augmentatur* » (1)

St. Willems.

V.

De scapularibus in genere.

Q. *Indica præscriptiones generales Ecclesiæ circa scapularia, nimirum circa eorum materiam et formam, benedictionem ac impositionem, necnon circa modum ea gestandi.*

R. — Parva scapularia, quæ fideles gestare solent, in sua origine et institutione aliud non sunt quam scapularia variis ordinibus religiosis propria, pro majori fidelium commoditate ad parvam formam redacta (2). Unde priora scapularia assumebantur in signum aggregationis vel conjunctionis cum aliquo ordine vel congregatione religiosa, cujus deinceps tamquam propria habita sunt, cuique benedictio atque impositio eorum reservata fuit. In decursu autem temporis plura invecta fuerunt scapularia quæ non sunt nisi signum quoddam devotionis alicujus specialis. Scapularia quæ maxime sunt in usu inter fideles, sunt scapulare fuscum seu tanneum B. M. V. de Monte Carmelo, quod ordini carmelitarum, scapulare album ss. Trinitatis, quod ordini trinitariorum, scapulare nigrum septem Dolorum, quod ordini servitarum, scapu-

(1) S. Thomas, *De Veritate*, q. 17, a. 1, ad 4, in secunda serie.

(2) Cfr decr. 18 aug. 1868, *Decr. auth.*, n. 423 ; Beringer-Steinen, *Die Ablässe*, t. I, p. 463, n. 919.

lare cæruleum Immaculatæ Conceptionis, quod ordini theatinorum, ac scapulare rubrum Passionis D. N. J. C. quod congregationi lazaristarum seu Missionis s. Vincentii a Paulo proprium est.

Scapularia, ut satis notum est, constituuntur duobus pannis seu panniculis ita inter se duobus funiculis conjunctis ut unus pannus a pectore, alter ab humeris dependeat (1). Ad lucrandas indulgentias et privilegia gestantibus scapularia concessa, oportet ut ea sint rite confecta, ab habente facultatem ritu præscripto sint benedicta et imposita, et modo debito gestentur.

Materia. Panniculi, qui essentaliter scapularia constituunt, debent, ad valorem, esse ex sola *lana* confecti : ergo non ex cylino, (coton, boomwol), lino, (lin, lijnwaad), serico, (soie, zijde), aut quavis alia materia ; et quidem debent esse ex *lanea textura*, (tissus ou drap, geweven wol of laken), non vero ex lana subcoacta, (feutre, gevilte wollen stof), nec ex lanea textura reticulata, (tricotage, gebreide wollen stof), aut de laneo opere acu picto, (broderie, gestikte wollen stof) (2).

Validum tamen est scapulare si in panno laneo, formæ et coloris præscripti, intexta vel acu picta sint ornamenta ex quavis materia aut cujusvis coloris, dummodo ornamenta talia sint ut color præscriptus in panno prævaleat, et dummodo serventur imagines propriæ, si quæ sint præscriptæ, uti pro scapularibus ss. Trinitatis et Passionis (3).

Funiculi autem possunt esse cujusvis materiæ et coloris, excepto scapulari Passionis, cujus, funiculi debent et ipsi esse ex lana rubra, sicut et panni.

Forma. Generalis viget usus conficiendi panniculos

---

(1) Cfr decr. 26 sept. 1864, ad 1, *Decr. auth.*, n. 408.

(2) Cfr decr. 18 aug. 1868, ad I et ad II, *Decr. auth.*, n. 423, coll. decr. 6 maji 1895 apud *Acta s. Sedis*, t. XXVII, p. 692.

(3) Cfr decr. 18 aug. 1868, ad III et IV, coll. responsum 18 junii 1898, ad II, apud *A. s. S.*, t. XXX, p. 748.

scapularium formæ oblongæ, vel saltem quadratæ, in qua forma « nihil est innovandum » (1).

Debent panniculi duobus funiculis hinc inde assui ; non possunt ambo in una eademque extremitate eorum poni, ita ut ex una tantum parte corporis dependeant (2), neque sufficit quod duo panniculi vesti assuantur a pectore et a tergo (3).

Laudabilis viget usus, a s. Sede approbatus, gestandi per modum unius plura simul scapularia diversa, quo in casu sufficit ut varia scapularia sint distincta, id est vere plura scapularia, sive totidem, sive duobus tantum funiculis unita (4), et ita ut cujuslibet scapularis pars una ab humeris, altera vero a pectore pendeat (5).

Benedictio et impositio. Oportet ut singula scapularia, quando prima vice accipiuntur, a sacerdote facultatem habente rite benedicantur ac fideli imponantur (6) : quando autem scapulari primum recepto alterum substituendum est, non est opus ut hoc sit benedictum (7).

Facultas necessaria obtinenda est a superioribus respectivorum ordinum religiosorum quorum scapularia ut

---

(1) Decr. 18 aug. 1868, ad V. Adeoque non est introducendus usus conficiendi scapularia formæ rotundæ, vel ovalis vel multangulæ.

(2) Cfr decr. 18 sept. 1862, *Decr. auth.*, n. 394, et 26 sep. 1864, *ibid.*, n. 408, et 18 aug., 1868, ad VI.

(3) Rescriptum s. C. Ind., 30 martii 1716, *Recr. auth.*, n. 29.

(4) Hi funiculi debent esse ex lana rubra, si inter illa scapularia adsit scapulare Passionis.

(5) Cfr decr. 18 aug. 1868, ad VI et 27 apr. 1887, ad. IV, apud *A. s. S.*, t. XIX, p. 558. Non possunt hæc scapularia ita confici, ut loco plurium panniculorum diversi coloris, unicus tantum in utraque funiculorum extremitate panniculus habeatur, in quo conspicitur ornamentum intextum vel acu pictum ex diversis coloribus ad significanda plura diversa scapularia. Nec possunt varii panni ita inter se conjungi ut fere unum scapulare efficere videantur : ideo ne panni assuantur in quator extremitatibus, sed potius in superiori tantum margine. Cfr *Theologia mechliniensis, de Indulgentiis*, p. 208.

(6) Cfr decr. 19 sept. 1850, *Decr. auth* , n. 350, et 18 sept. 1862, *ibid* , n. 397.

(7) Hæc regula hodie valet etiam de scapulari ss. Trinitatis, quod antea ab eadem excipiebatur. Cfr Beringer, *o. c.*, p. 468, n. 923.

propria habentur (1), vel a s. Sede, sedulo observando omnes et singulas restrictiones facultati appositas, in specie restrictionem circa loca ubi respectivi religiosi, viri scilicet (2), domum habent (3).

Sacerdos qui facultatem obtinuit benedicendi scapularia, eo ipso habet facultatem ea imponendi et fideles respectivis confraternitatibus adscribendi (4).

Per se de manu sacerdotis auctoritatem habentis scapulare benedictum suscipi debet (5) et quidem ab eodem sacerdote scapularia imponenda sunt, a quo benedicuntur (6). Fidelis qui scapulare suscipit ac confraternitati adscribitur, debet esse præsens in hac imposi-

---

(1) Pro scapularibus supra enumeratis, respective scribendum est Romam ad Generalem carmelitarum, via Sforza Pallavicini 10 ; trinitariorum, viale del Re 2 ; servitarum, piazza di s. Nicolao da Tolentino, 31 ; theatinorum, s. Andrea della Valle, via dei Chiavari, 3; et lazaristarum, Chiesa di s. Apollinare. Cfr HUBERTUS, *Leer en Praktijk der aflaten*, ubi de variis scapularibus in specie.

(2) Cfr *Decr. auth.*, n. 309, n. 316, n. 326.

(3) Quid, quando hæc restrictio localis non explicite apponitur in facultate ? Post responsa s C. de Propaganda Fide, 28 martii 1927, non auderemus improbare sacerdotes qui tali facultate uterentur sine ulla restrictione locali : in votis tamen est ut declaratio authentica et generalis circa hoc punctum per Acta Apostolicæ Sedis promulgetur. Cfr *Collat. Brugen.*, t XXVII, 1927, p. 458 et *Periodica de re morali, canonica, liturgica*, t. XVII, 1928, p. 142 s.

(4) Cfr decr. 26 jan. 1871 ad I, *Decr. auth.*, n. 428. Non vero eo ipso habet facultatem commutandi obligationes ad lucrandas indulgentias vel privilegia cum scapularibus connexa, sed hoc explicite in facultate concedi debet. Cfr BERINGER, *o. c.*, t. I, p. 469, n. 925, *Decr. auth.*, nn. 305 et 329. Recole autem facultatem commutandi quam habent confessarii vi can. 935, quam explicatam vide apud *Collat. Brugen.*, t. XXV, 1925, p. 318 ss. Facultas autem benedicendi scapularia non potest ad alium subdelegari, nisi id expresse statuatur. *Decr. auth.*, nn. 306 et 319.

(5) Ita statuitur pro scapulari de Monte Carmelo, decr. 18 sept. 1862, *Decr. auth.*, n. 397. Hic prætermittimus speciales facultates concessas variis religiosis, v. g. redemptoristis, capucinis, franciscanis, jesuitis et lazaristis, de quibus cfr BERINGER, *o. c.*, t. I. p. 470, n. 928. Similiter hic omittimus specialem concessionem pro militibus : cfr BERINGER, *ibid.*, n. 930, *Theologia mechliniensis, de Indulgentiis*, p. 195.

(6) Cfr decret. 16 junii 1872, *Decr. auth.*, n. 430.

tione et adscriptione (1), quin debeat interesse ipsi benedictioni scapularis (2).

Parvulis, etiam usum rationis nondum adeptis, valide scapulare imponi potest, ita ut, cum ad usum rationis pervenerint, indulgentiis aliisque privilegiis illud gestantibus concessis frui possint (3).

Impositio uni humero tantum et non circa collum, valida est (4), imo cum mulieribus sæpe magis conveniens.

Sacerdos qui habet facultatem imponendi scapulare fidelibus indiscriminatim, non vero taxative, v. g. pro aliqua monialium communitate, potest illud sibi imponere (5).

Quando scapulare pluribus fidelibus est imponendum, potest unum idemque scapulare semel benedictum singulis per vicem imponi, repetita super singulis receptionis sive impositionis formula, ita tamen quod primum scapulare quod deinceps adscriptus induere debet, sit benedictnm (6).

Formula benedictionis. Ad validam benedictionem scapularium non sufficit signum crucis, sed benedictio danda est juxta formulam præscriptam (7), servatis saltem substantialibus, nempe benedictione et impositione (8).

Ad imponenda quinque scapularia supra enumerata *unica formula*, specialis requiritur facultas. Qui ergo facultatem habet quinque illa scapularia imponendi, ea

---

(1) Cfr *Decr. auth.*, nn. 226, 437 et 453, ad II et III.

(2) Beringer, *o. c.*, t. I. p. 471, n. 932. Hæc impositio et adscriptio ubique fieri potest.

(3) Cfr decr. 29 aug. 1864, *Decr. auth.*, n. 410.

(4) Cfr decr. 26 sept. 1892, apud *A. s. S.*, t. XXV, p. 319.

(5) Cfr decr. 7 martii 1840, *Decr. auth.*, n. 280.

(6) Cfr decr. 18 aug. 1868 ad I, *Decr. auth*, n. 421. Quando plures fideles adsunt qui scapulare recipere cupiunt, prius omnia scapularia simul benedicantur: dein « sacerdos omnibus scapularia singillatim imponat, ac deinde formulam [impositionis] proferat super omnes simul ». *Rit. rom.*, Benedictiones propriæ nonnullorum ordinum, n. 14.

(7) Cfr decr. 27 apr. 1887, ad I, apud *A. s. S.*, t. XIX, p. 557.

(8) Cfr decr. 24 aug. 1844, *Decr. auth.*, n. 329, ad III, 18 aug. 1868 ad II, *ibid.*, n. 421 et 27 april. 1887 ad III, apud *A. s. S.*, t. XIX, p. 558.

singillatim, propria adhibita formula, benedicere et impónere debet; si sine speciali indulto uteretur unica formula, valide quidem scapularia benediceret et imponeret, sed illicite ageret (1).

Præter benedictionem et impositionem, pro scapularibus B. M. V. de Monte Carmelo, ss. Trinitatis et septem Dolorum *per se*, seu salvis facultatibus specialibus, requiritur adscriptio respectivis confraternitatibus : ideo sacerdos scapulare imponens habeat penes se privatum regestum in quo nomina suscipientium inscribat, et quamprimum commode potest, ea transmittat ad superiores respectivæ sodalitatis vicinioris canonice erectæ (2). Hæc quidem adscriptio obligatoria est in conscientia pro sacerdote, (non sub gravi), sed quidquid sit de quæstione inter Aa. disputata utrum ea adscriptio sit necessaria ad validam susceptionem in respectivis confraternitatibus, non est necessaria ad indulgentias aliaque privilegia spiritualia participanda ; etenim « fideles, eo ipso quo a legitime deputato admittuntur, rite adscripti censentur ad effectum tantummodo ut indulgentias lucrari, aliarumque gratiarum spiritualium participes

---

(1) Cfr Rescr. 12 sept. 1883, *Rescr. auth.*, p. 680 ad 3. Cfr *Nouvelle revue théologique*, 1922, p. 104. Decretum 27 apr. 1887 prohibuit ne, elapso decennio a data hujus decreti, scapulare de Monte Carmelo commixtim cum aliis scapularibus benediceretur ac imponeretur (cfr decr. 26 sept. 1892 in expositis ad II, *A. s. S.*, t. XXV, p. 319 s.). Hæc autem prohibitio anno 1910 cessavit. Cfr Beringer, *o. c.*, t. I, p. 476, in nota (1), et t. II, p. 182, n. 10. Recolamus facultatem sacerdotibus Piæ Unionis cleri pro missionibus collatam benedicendi ac imponendi quinque scapularia supra enumerata unica formula et quidem absque onere inscriptionis in album confraternitatum. Cfr *Collat. Brugen.*, t. XXVI, 1926, p. 363.

(2) Cfr decr. 26 jan. 1871 ad I, *Decr. auth.*, n. 428. Pro scapulari de Monte Carmelo mittantur nomina ad viciniorem domum carmelitarum, sive calceatorum, sive excalceatorum, vel etiam ad monasterium sororum carmelitarum (cfr decr. 22 aug. 1842, *Decr. auth.*, n. 309). Pro scapulari septem Dolorum, mittantur ad conventum servitarum, Washingtonstraat, 29, Bruxellis. Non novimus domum trinitariorum in nostra regione.

fieri valeant, etiamsi eorum nomina, quacumque ex causa, in album sodalitatis relata non fuerint » (1).

De modo gestandi scapularia Oportet ut scapulare semper deferatur, et quidem a collo dependens unaque sua parte pectus, altera scapulas contegens (2) ; attamen non debet necessario immediate super corpus deferri, ita ut illud physice tangat, sed potest super vestes retineri (3).

Qui scapulare deponit, jam non participat indulgentias gestantibus concessas : ad eas iterum lucrandas, sufficit ut habitum sacrum ipse denuo resumat simpliciter (4).

Sanatio. Leo XIII, per rescriptum s. C. de Propaganda Fide, 20 julii 1884, omnes receptiones ad sodalitatem vel unionem scapularis cujusvis, invalidas ex aliquo defectu bona fide admisso, benigne sanavit (5). Pius X, per decretum s. Officii, 23 aprilis 1914, sanavit omnes defectus eousque admissos in inscriptione et transmissione nominum fidelium, qui ad quamcumque piam sodalitatem cooptati fuerint (6).

A. Legrand.

VI

Missæ de dominica, de feria, de festis

Q. *Quomodo distinguuntur missæ aut officia de festis, et de dominica vel de feria.*

R. Rubricæ Generales Missalis in limine distinguunt diversas missarum species :

---

(1) Hic non agitur de Tertiis Ordinibus. Quoad disputationem in textu memoratam, cfr Hubertus, *o. c.*, p. 71. *Theologia mechliniensis, de Indulgentiis*, p. 126 s. Cfr decr. s. Officii, 23 apr. 1913, *Collat. Brugen.*, t. XIX, 1914, p. 481 s., et can. 692, 694.

(2) Cfr decr. 12 feb. 1840. *Decr. auth.*, n. 279 et explicationes Beringer, o. c., t. I, p. 474.

(3) Cfr decr. 12 martii 1855, *Decr. auth.*, n. 367. Nihil obstat quominus scapularia alicui involucro inclusa gestentur quo diutius munda serventur. Cfr Beringer, *o. c.*, t. I, p. 467 in nota (2).

(4) Cfr decr. 27 maji 1857, *Decr. auth.*, n. 379.

(5) Cfr *A. s. S.*, t. XVII, p. 242.

(6) Cfr *Collat. Brugen.*, t. XIX, 1919, p. 307.

Missa quotidie dicitur I) secundum ordinem officii : *de festo* duplici, vel semiduplici, vel simplici : *de dominica, vel feria,* vel vigilia, vel octava : — II) et extra ordinem officii, votiva, vel pro defunctis.

I. Distincta singularum specierum indoles ex earum origine et scopo clare percipitur.

1/ **Dominica**. Primi jam judæo-christiani, præter sabbatum, celebrabant etiam noctem insequentem eamque sanctificabant vigilia, oratione, prædicatione christiana et fractione panis eucharistici. Hæc nox pertinebat ad primam diem hebdomadæ, seu, ut aiebant, ad « primam » seu « unam sabbati », quæ jam ante finem sæculi I nomine specifice christiano vocata est « Dominica » seu dies Domini.

Hæc dies Judaico sabbato primum adjecta, dein substituta et tandem opposita est velut hebdomadaria dies sacra christianorum. Primum et potissimum cultui divino et conventibus eucharisticis fuit dicata, postea etiam per abstinentiam ab operibus servilibus sanctificanda. Hujus celebratio brevi omnibus christianis facta est non solum communis et consueta sed et obligatoria.

Hæc præcise dies primitus, sub ductu Apostolorum, electa est in gratam memoriam : a) principaliter resurrectionis Christi, *Filii* Dei, b) dein primæ diei creationis, quæ tribuitur *Patri* ; accessit postea c) memoria adventus *Spiritus Sancti*. Unde paulatim habita est ut dies specialiter sacra *ss. Trinitati*. (1)

2/ **Feriæ**. Hanc hebdomadariam commemorationem resurrectionis Domini mox subsecuta est celebratio diei *sextæ*, in honorem mortis Christi, et *quartæ*, probabiliter in memoriam initii passionis Christi. Dicebantur « *feriæ* » aut dies « stationis », h. e. vigilantioris servitii Dei : in eis servabatur semi-jejunium quod protrahebatur usque ad horam nonam (=tertiam pomeridianam), et absolve-

(1) Cf. quæ hac de re scripsimus ap. *Ephemer. Liturg.*, XXXVIII (1924), *De generali œconomia officii et breviarii*, § 3.

batur conventu liturgico, in quo sacrificium missæ solebat celebrari, sed modo magis pœnitentiali quam die dominica. Singula hebdomada ita exhibebat parvum memoriale passionis, mortis et resurrectionis Domini (1).

Sæculo autem IV, sub nomine *feriarum* ceteri quoque dies hebdomadæ, in connexione cum dominica præcedenti, consecrati sunt Deo, officio canonico et missa quotidiana.

Dies dominica erat hebdomadæ dies prima, longe præcipua et exemplar feriarum subsequentium. Singulis dominicis itaque assignata est formulare missæ speciale cum orationibus, cantibus et lectionibus propriis; in feriis autem resumebatur simpliciter missa dominicæ præcedentis sed sine solemnitate.

Hæc erat primæva et fundamentalis ordinatio hebdomadæ. Quum autem ex hebdomadibus constitueretur annus ecclesiasticus, et hic paulatim ordinaretur in repræsentationem liturgicam vitæ Christi, consequens erat ut nonnullæ hebdomadæ induerent indolem et assumerent textus mysteriis vitæ Christi aut tempori anni magis appropriatos. Erant officia *de Tempore*. Feriæ quædam factæ sunt majores (v. g. Adventus et Quadragesimæ) aut imo privilegiatæ, ut feria IV Cinerum et feriæ Majoris Hebdomadæ. Item Dominicæ distinctæ sunt in minores et majores sive I sive II classis. Et nonnulli dies celebrata sunt ut

3/ **Festa**. Quoties recurrebat semel in anno ipsa dies anniversaria alicujus facti vel mysterii præstantioris ad vitam Christi aut ad opus Redemptionis pertinentis, Ecclesia sponte concipiebat sensus devotionis speciales quos in textibus et majori solemnitate officiorum exprimebat. Et ita orta sunt pedetentim annua *festa Domini* (Pascha, Pentecostes, Epiphania, Ascensio, etc.) et, per extensionem, tempora liturgica anni ecclesiastici. Erant festa *de Tempore*.

Similiter inducta sunt *festa Sanctorum*, tanquam mem-

(1) Hæc probavimus et plene evolvimus ap. *Tijdschrift v. Liturgie*, t. V (1924), *De wekelijksche vastendagen in de vroegste tijden der Kerk.*

brorum eminentium Christi mystici. Incarnatum enim Verbum per fidem et caritatem in unitatem corporis mystici sibi conjungit his in terris fideles et in cœlis sanctos quos pro gradu sanctitatis participes reddit suæ gloriæ et potestatis. Ecclesia ideo merito Christo sociavit in cultu, qui Christum perfectius imitati sunt in terra et quos Ipse sibi eminentius copulavit in cœlo, martyres et apostolos primo, dein confessores ac virgines.

Notatis diebus quibus passi erant martyres, christiani *quotannis* « *in exsultatione* congregati *natalem martyrii diem* celebrabant, tum in memoriam eorum qui certamina jam pertulerunt, tum ut posteri exercitati sint et parati ad eadem sustinenda » (1). Conveniebant ad sepulchrum. agebant conventum liturgicum in quo orabant, psallebant et sacrificium offerebant.

Ex quibus jam elucet *notio et indoles festi*. Est enim cultus liturgicus proprius, quo Ecclesia per officium et missam certa die annuam alicujus mysterii vel Sancti memoriam in gaudio recolit et celebrat.

II. Quod si nunc **comparemus** dominicam, feriam et festum, multiplici ratione liturgica inter se distinguuntur.

A/ **Essentialiter** ordinatæ sunt *dominica et feria* ad satisfaciendum per singulas hebdomadas et dies generali et fundamentali obligationi reddendi Deo Uni Trinoque cultum semper debitum.

In hoc differunt quod *dominica* est dies speciatim et vere sacra cultui divino, ita ut cum feriatione, solemnitate (2) et longiori officio (3) celebretur ; feriæ autem sunt dies communes, quæ ideo debent « humiliter inofficiari » (4).

---

(1) Ita de martyrio S. Polycarpi a. 155 scribebat ecclesia Smyrnensis.

(2) Officium dominicale præstat omni officio feriali, imo et festivo de Sanctis, quod non est duplex II aut I classis.

(3) Longius erat, ante reformationem Pii X, officium dominicale ad matutinum, Laudes et Primam. Inde ab anno circiter 500 ad Pium X, habebat Matutinum dominicale tres nocturnos et 18 psalmos, dum feriale constabat tantum uno nocturno 12 psalmorum.

(4) Ita Radulphus Tungrensis, *De observantia canonum.*

Nisi ex evolutione anni liturgici accesserit specialis significatio et commemoratio (v. g. in Adventu, Quadragesima, tempore paschali aut Quatuor Temporibus), dominicæ et feriæ de se *sanctificant hebdomadam*, sine relatione chronologica ad aliquem eventum historicum annue celebratum in anno ecclesiastico.

Festa autem celebrant semper aliquod objectum speciale, mysterium aliquod vitæ Redemptoris vel aliquem Sanctum, et quidem *semel in anno*, in die fixa quæ est vel censetur *anniversaria* eventus cujus occasione Christus vel Sanctus colitur. Festa quidem *Domini* habent sedem determinatam in ordinatione anni liturgici ; *Sanctorum* vero festa habent sedem in die fixa mensis, absque ulla relatione ad hebdomadam vel cursum anni ecclesiastici.

B/ Quod *indolem et formulare* officiorum spectat :

1/ *Dominicæ* per se assignari solent textus qui nati sunt exprimere sensus pios magis communes, independentes ab adjunctis peculiaribus ; adeoque, primis sæculis potissimum, desumi solebant ex libris sacris secundum successionem ordinatam librorum, capitum, aut psalmorum (1).

Dominica tamen est commemoratio hebdomadaria, adeoque non festiva et solemnis, resurrectionis Christi et est sacra cultui ss. Trinitatis. Inde celebratur *in gaudio* quod est echo lætitiæ resurrectionis (2) et cum multiplici allusione ad *s. Trinitatem*.

Ideo ab antiquis prohibentur jejunium (3), genuflxio pœnitentialis (4) et « omnis anxietatis habitus », ut ait

---

(1) Hæc dispositio magna ex parte evanuit, crescente ordinatione anni ecclesiastici. Manent tamen nonnulla vestigia, quæ vide in opere nostro *De Liturgia universim*, nn. 151-152.

(2) Nisi caracter anni liturgici hoc impediat, puta in Quadragesima.

(3) *Didascalia*, V, XIV, 15.

(4) TERTULLIAN. *De corona*, 3 ; *De oratione*, 25. Vestigium servamus etiam in rubrica quæ præscribit recitare antiphonam finalem B. M. V. stando, die dominica.

Tertullianus (1). Omittuntur ergo semper « preces flebiles » ; vigilia, in dominica occurrens, anticipatur in sabbatum (2). In officio et Missa frequentius occurrit *Alleluia ;* regulariter cantantur *Gloria in excelsis* et *Te Deum ;* soli dominicæ reservantur : ad Matutinum responsorium octavum *Duo seraphim... Sanctus, Sanctus, Sanctus*, ad Laudes hymnus trium puerorum, ad Primam symbolum *Quicumque*, ad Primam vel Laudes ps. 117 *Confitemini Domino* habens hunc versum, qui est quasi proprius lætitiæ paschali : *Hæc dies quam fecit Dominus, exsultemus et lætemur in ea.*

2/ *Feriæ* sunt dies communes vel speciatim pœnitentiæ addicti.

Generatim non habent missam propriam sed resumunt simpliciter missam dominicæ præcedentis, sine *Gloria*, interdum sine versu alleluiatico. Quodsi gaudeant missa propria, hæc est ritus simplicis et pœnitentialis, sine *Gloria*, *Credo* aut *Alleluia*. Matutinum habet unicum nocturnum, olim 12, nunc vero 9 psalmorum, generatim sine *Te Deum;* Laudes inchoabantur olim psalmo *Miserere*, qui hodie reservatur secundo schemati. Semper dicuntur preces quæ in diebus pœnitentialibus sunt longiores et recitantur flexis genibus.

3/ *Festa* tandem semper celebrantur *in gaudio*, ut sæpe exprimitur v. g. in introitu vel collecta. Ideo imitatur potius officium dominicale quam feriale. Unde solet habere tres nocturnos in matutino et olim ad ceteras Horas habebat psalmos dominicales ; nunquam dicuntur preces flebiles seu feriales ; semper cantatur *Gloria in excelsis* et *Te Deum*.

Omnes textus sunt ex industria electi et appropriati festo, ita ut doceant vel exaltent vel insinuent aliquid pertinens ad mysterium vel ad vitam aut indolem Sancti.

---

(1) Ad *uxorem*, II, 4.

(2) Nunc semper sine abstinentia et jejunio. Codicis can. 1252, § 4.

In collecta notatim solet plus minus explicite exprimi objectum (v. g. Nativitatis, Pentecostes, etc.), qualitas (Pontifex, Martyr) aut etiam nota caracteristica (v. g. s. Ignatii, s. Francisci, etc.) (1). Inter textus officii et missæ (v. g. epistolæ missæ = capitula officii) solet esse intima connexio (2).

C. Callewaert.

---

(1) Cf. *Liturgicæ Institutiones*, t. I. *De Liturgia uniuersim*, n. 154.
(2) Ibid. n. 166.

Acta SS. Congregationum

E S. Congr. Rituum

I

Decreto *Urbis et Orbis* diei 9 maii 1928, Pius XI approbavit et ab universa Ecclesia adhibendum decrevit officium, Missam et elogium martyrologii pro festo s Joannis Eudes, die 19 augusti recolendo (1).

II

DUBIUM (2)

« An in Missa Sabbati Sancti addenda sit oratio S^smi^ Sacramenti, si statim post Missam fiat in eodem altari expositio ss. Eucharistiæ pro oratione XL Horarum seu pro publica causa ? »

Et Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, omnibus perpensis, rescribendum censuit: « *Affirmative*, ad normam Decretorum Sacræ Rituum Congregationis dierum 27 Aprilis 1927 et 11 Februarii 1928 (3) ». Atque ita rescripsit et declaravit, die 8 Junii 1928.

---

(1) Textum et decretum vide ap. *Acta Apost. Sedis*, t. xx, p. 234 ss.

(2) Cfr *Acta Apost Sedis*, xx, 237.

(3) Quæ vide ap. *Collat. Brugen.*, xxvii, 213 et xxviii, 167. Ex *Adnotationibus* (t. xxviii, 168) elucet præsens responsum esse meram applicationem regulæ tunc positæ.

Acta Episcopalia

Ut quæcumque in gratiam missionum suscepta debite ordinateque agantur, sequentia omnibus ad quos spectat commendamus observanda.

† J. E. Card. van ROEY, *Arch. Mechlinien.*

I.

Schikkingen voor het inrichten der Missietentoonstellingen.

1. — De missietentoonstellingen zijn een zeer doelmatig middel om de missie-actie te bevorderen en in stand te houden ; daarenboven blijkt het uit de ervaring, dat zij ook zeer geschikt zijn om het geloofsleven en de katholieke actie bij de geloovigen op te wekken. Het is dus wenschelijk dat zij in alle bisdommen zouden voortgezet en uitgebreid worden.

2. — Anderzijds leggen deze missietentoonstellingen aan de missionarissen, die dikwijls in het land maar zijn om hun gezondheid te herstellen, groote vermoeienissen op. Daarom is het wenschelijk dat tusschen de elkaar opvolgende tentoonstellingen de noodige ruimte wordt open gelaten.

3. — Om ten deze alle verwarring te voorkomen, worden de inrichters van missietentoonstellingen verzocht, *vooraleer tot gelijk welke missiecongregatie een aanvraag te richten*, zich te wenden, tot het Centraal Secretariaat van den Priester-Missiebond, Middaglijnstraat, 40, Brussel, dat zich met de missie-oversten zal verstaan.

4. — Het is wenschelijk, dat tot de missietentoonstellingen *alle* missiecongregaties worden uitgenoodigd, of ten minste, al degene, die hetzij een huis in het bisdom

of in de dekenij, hetzij leden hebben uit de plaats waar de eventueele tentoonstelling wordt ingericht.

5. — Deze schikkingen zijn niet toepasselijk op gedeeltelijke tentoonstellingen waar maar twee of drie missiecongregaties aan deelnemen ; daarvoor is het toegelaten zich alleen met de betrokken congregaties te verstaan.

II.

Aansluiting der Missienaaikringen bij het Genootschap der Gedurige Aanbidding en het Liefdewerk voor Arme Kerken.

I *Reden.* — Op 30 Juli van het jaar 1860, werd bij gezamenlijken Brief der Bisschoppen, aan het Werk voor Arme Kerken ook de zorg opgedragen voor de vreemde missiën.

Van toen af drongen hunne DD. HH. de Bisschoppen van België op eendrachtige en éénvormige samenwerking aan, en om die reden ook stelt het Genootschap aan de naaikringen thans deze aansluiting voor.

II *Doel.* — Deze aansluiting heeft enkel ten doel het verband der verschillende naaikringen met elkander te versterken, den arbeid voor de missiën meer kracht bij te zetten, en in eene rechtmatige verdeeling der kerkgewaden te voorzien.

III *Inrichting.* — De aangesloten naaikringen — hetzij ze afzonderlijk bestaan, ofwel tot een zelfde groep behooren — behouden hunne volle onafhankelijkheid en hunne volkomen zelfstandigheid. Elke naaikring richt zich in naar goeddunken, en beschikt vrij over de voortbrengst van zijnen arbeid. Wat echter het vervaardigen van kerkgewaden betreft, de naaikring die er zich mede belast, is gehouden den Middenraad van het Werk voor de Arme Kerken kennis te geven van de bestemming dezer voorwerpen. Deze maatregel is noodig om te beletten dat sommigen te veel en anderen te weinig zouden ontvangen, en om tevens onpartijdig in de behoefte van elke missie te voorzien.

IV *Voordeelen.* — Het Genootschap der Gedurige aanbidding is kerkwettig ingericht, en heeft de goedkeuring en de aanmoediging ontvangen van verschillende Pausen, die het verrijkt hebben met vele volle en gedeeltelijke aflaten (1).

Buiten deze geestelijke voordeelen, levert de aansluiting bij het Genootschap andere voordeelen op van stoffelijken aard. Zoo kan men, als men het verlangt, zich wenden tot het Middenbestuur van het Werk, om aldaar de grondstoffen te verkrijgen tot het vervaardigen van kerkornamenten, en altijd zal men daar modellen, raadgevingen en practische richting kunnen bekomen.

Voor het overige zal elke naaikring naar believen zijn bestuur regelen, de wijze bepalen om leden aan te werven en om geldmiddelen te verzamelen

In plaatsen waar reeds een « atelier » of werkkring van het Werk voor de Arme Kerken bestaat, zal de Missienaaikring er zich op toeleggen om in verstandhouding te blijven met vermeld Werk in zake van inrichting van feesten, omhalingen en tentoonstellingen. Zoo zal een wederzijdsch verlangen tot volkomen eendracht beves tigd, en de christelijke liefde — ziel van alle missiewerk — grootelijks bevorderd worden.

Gezien en goedgekeurd, Mechelen, 29 December 1927.

† J.-E. Kard. van ROEY, Aartsbisschop van Mechelen.
† G.-J. Bisschop van Brugge.
† TH.-L. Bisschop van Namen.
† G.-A. Bisschop van Doornik.
† HON. Bisschop van Gent.
† L.-J. Bisschop van Luik.

---

(1) Om deelachtig te worden aan die aflaten moet men :

1° Zich laten opschrijven (naam en voornaam) in het Genootschap der Gedurige Aanbidding en het Liefdewerk voor de Arme Kerken.

2° Elke maand een uur aanbidding doen vóór het H. Sacrament.

3° Eene jaarlijksche bijdrage betalen van minstens 1 frank ten voordeele van het Genootschap.

Consultatio.

Dubia de publicationibus antenuptialibus, juxta statutum 134 diœcesanum et decretum 206 concilii mechlin. IV.

Statuto 134 præscribitur : « Si una vel utraque pars alio in loco per sex menses commorata sit post adeptam pubertatem, parochus accuratius investiget, adhibitis documentis publicis sive ecclesiasticis sive civilibus, privatis testimoniis vel documentis fide dignis, *una cum affirmatione jurata contrahentium;* et si, facta inquisitione, ipsi constat » nihil matrimonio obstare ac præsertim nupturientes liberos esse, parochus non tenetur rem Ordinario exponere, *nec publicationes in aliena parœcia faciendæ sunt.* Si vero, post diligentem inquisitionem, dubium vel suspicio sit de existenti impedimento, Ordinarium consulat ejusque præcepta sequatur ».

Hæc statuta sunt ad normam can. 1023, § 2 : « Si pars alio in loco per sex menses commorata sit post adeptam pubertatem, parochus rem exponat Ordinario, qui pro sua prudentia *vel* publicationes inibi faciendas exigat, *vel* alias probationes seu conjecturas super status libertate colligendas præscribat ».

Jamautem :

1/ Dubitatur de necessitate requirendi juramentum contrahentium : utrum scil. prædictum juramentum sit *semper* addendum aliis modis diligentis investigationis, an vero in solo casu quo, peractis aliis investigationibus de quibus in statuto 134, *nondum constat* de absentia impedimentorum et præcipue de statuto libero nupturientium ?

2/ Dubitatur an publicatio, semel facta in ecclesia loci in quo una vel utraque pars per sex menses commorata est, prout antiquæ dispositiones sonabant, possit adhiberi, ut fiat satis statuto 134 investigationes præscribente?

Responsum ad Ium.

Inspecto tenore statuti 134 distinctione opus est : juramentum scil. non est requirendum, quando *publicis* documentis constat de statu libero contrahentium, est autem requirendum, quoties *privatis* testimoniis vel documentis opus est ut de statu libero constare possit.

Responsum ad IIum.

Collatis statuto 134 et can. 1023, § 2, apparet legislatorem publicationes *distinguere* ab aliis probationibus, quas præscribit adhibendas Quodsi istæ non sufficiant, parochus recurrere debet ad Ordinarium et sequi ejus præcepta, adeoque non potest, nec valet, propria auctoritate publicationes ullibi faciendas præscribere.

V. Coucke.

Burgerlijke Wetgeving

Wedden der Katholieke Geestelijkheid

Uittreksel uit de wet van 30en Juli 1928 betreffende het bezoldigen van de leden van de rechterlijke orde, den mijnraad, de bestendige deputatiën van de provinciale raden, de katholieke geestelijkheid en het onderwijzend korps der lagere en bewaarscholen alsmede van het personeel van het hooger onderwijs (1).

Hoofdstuk III. — Wedden van de leden der katholieke geestelijkheid.

Art. 8. De door den Staat uitgekeerde wedden der geestelijken van den katholieken eeredienst worden bepaald als volgt :

Hoogere geestelijkheid :

Aartsbisschop	fr. 100.000
Bisschoppen	» 80.000

(1) Zie *Moniteur*, 2 Augustus 1928, nº 215, blad. 3424.

Vicarissen-generaal van het aartsbisdom .	»	30.000
Vicarissen-generaal van de bisdommen .	»	28.000
Kanunniken van het aartsbisdom . .	»	18.000
Kanunniken van de bisdommen . .	»	17.000
Secretarissen van het aartsbisdom . .	»	15.000
Secretarissen van de bisdommen . .	»	14.000

Lagere geestelijkheid :

Pastoors eerste klasse	»	11.000
Pastoors tweede klasse	»	11 000
Kerkbedienaars (desservants) . . .	»	10.500
Kapelaans en onderpastoors . . .	»	9.500

Na twintig jaar door de Thesaurie bezoldigde ambtsvervulling in de *parochiale kerkbediening* bekomen de pastoors, de kerkbedienaars, de kapelaans en de onderpastoors een enkele weddeverhooging van 500 frank.

Art. 9. Artikel 4 der wet van 24 April 1900 wordt vervangen door de volgende bepaling :

« Art. 4. De geestelijke welke voorloopig de functie van pastoor, kerkbedienaar, kapelaan of onderpastoor waarneemt heeft recht op de helft der wedde van de openstaande plaats (boven hunne jaarwedde) vanaf den datum waarop deze wedde beschikbaar wordt » (1).

* * *

Uit hoofdstuk VIII, dat enkele gemeene bepalingen geeft, nemen we :

---

(1) Wanneer dus een onderpastor voorloopig de bediening van pastor moet vereenigen met zijn ambt, zal hij niet meer zooals vroeger recht hebben op de wedde van den pastor plus de helft van zijn eigen wedde (zie *Coll. Brugen.*, 1929, p. 348), maar wel op de wedde van onderpastor plus de helft der wedde van den pastor.

Krachtens de nieuwe wet mogen er dus niet alleen *voorloopige* pastors en desservanten benoemd worden, maar ook *voorloopige onderpastors*. De wedde echter van die voorloopig-benoemden wordt gebracht op de helft der wedde, die toekomt aan den bedienaar der openstaande plaats.

« Art. 16. Voorgaande artikelen worden van kracht met ingang van 1 Januari 1928.

Nochtans, worden bij wijze van overgangsmaatregel de nieuwe organieke wedden, tot nadere beschikking, voortvloeiende uit een Koninklijk Besluit, slechts toegekend naar rato van zeven en negentig honderdsten van het weddegedeelte gelijk of lager dan zes en twintig duizend franken, van drie en negentig honderdsten van het weddegedeelte dat de som van zes en twintig duizend frank te boven gaat ».

Aanmerkingen.

Om recht te hebben op die weddeverhooging van 500 fr. moeten twee voorwaarden vervuld zijn : a) een twintigjarige ambtsvervulling in een door de Openbare Schatkist bezoldigde plaats ; b) ambtsvervulling in de *parochiale kerkbediening*. Bijgevolg de jaren die men in het professoraat, al was het door den Staat bezoldigd, of de jaren waarop men almoezenier van 't gevang of van 't hospitaal was, komen niet in aanmerking voor het verkrijgen van die weddeverhooging. Men heeft recht op die verhooging van af den 1ste der maand die volgt op het tijdverloop van 20 jaren zulkdanige ambtsvervulling.

De Eerw. Heeren Pastors en Onderpastors die meenen recht te hebben op bovengemelde weddeverhooging worden dringend verzocht daarover den hulpsekretaris van het Bisdom te verwittigen, en heel *volledig* en *juist* den datum aan te geven waarop ze hun eerste benoeming tot de *parochiale* kerkbediening kregen, en, zoo noodig, de juiste opgaaf der onderbrekingen.

De priesters die tot den oorlog *werden opgeroepen* en oorlogsinvalieden zijn, of tot de politieke gevangenen of weggevoerden behooren, mogen voor de bepaling van het twintigjarig tijdverloop, dat recht geeft op die weddeverhooging van 500 fr., benevens den tijd dien ze in de parochiale kerkbediening reeds overbrachten, den duur van hun diensttijd, hun gevangenschap of wegvoering

meêrekenen, zooals 't bepaald werd in art. 13 der wet van 21 Juli 1924 (1).

De tijd dien ze gedurende den oorlog in 't leger overbrachten komt in aanmerking zelfs wanneer ze opgeroepen werden vóór hun priesterwijding.

Voor de gemobiliseerden *niet-invalieden*, die reeds in dienst waren vóór den oorlog, komt de tijd, waarop ze tot het leger behoorden, ook in aanmerking voor die weddeverhooging (art. 1, alinea 2, wet van 3 Augustus 1919).

Elke priester, die meent recht te hebben op die weddeverhooging om dien reden, wordt eveneens dringend verzocht aan den hulpsekretaris van het Bisdom alle noodige inlichtingen te verschaffen met heel *juiste*

---

(1) Zie *Moniteur*, 24 Juli 1924, nº 206, blad. 3744.

« Art. 13. Voor de oorlogsinvalieden, die eene betrekking van den Staat of van de instellingen onder de controle of den waarborg van den Staat bekleeden, gelden de hierna vermelde jaren als dienstjaren:

a) Is de invalied in dienst getreden vóór den oorlog, dan telt zijn dienstjaar bij het leger vanaf 31 Juli 1914 tot 11 November 1918 voor het dubbele ;

b) In geval hij in dienst is getreden gedurende den oorlog, wordt zijn diensttijd bij het leger vanaf 31 Juli 1914 tot den dag zijner indiensttreding in aanmerking genomen ;

c) Is hij in dienst getreden na den wapenstilstand en vóór de afkondiging van deze wet (21 Juli 1924), dan geldt zijn diensttijd bij het leger vanaf 31 Juli 1914 tot 11 November 1918.

De tijd, gedurende de vijandelijkheden doorgebracht door den invalied met verlof zonder soldij of als gereformeerde wegens zijn verwondingen, lichaamsgebreken of ziekten, wordt gelijkgesteld met den diensttijd bij het leger.

Voor de politieke gevangenen en voor de weggevoerden, wier invaliditeit door de rechtbanken voor oorlogsschade werd vastgesteld, gelden dezelfde jaren als dienstjaren.

De tijd, door den invalied, gewezen politieke gevangene of weggevoerde doorgebracht als beschikbaar gestelde wegens zijne lichaamsgebreken of ziekten, wordt gelijkgesteld met den actieven diensttijd bij het leger.

In het geval voorzien bij littera a) telt de tijd, gedurende denwelken de belanghebbende weggevoerde of gevangen gehouden werd voor het dubbele. In het geval-voorzien bij de litteras b/ en c/ komt die tijd voor den belanghebbende in aanmerking ».

datums. De volgende inlichtingen worden gevraagd vanwege :

1) *de gemobiliseerden :* a) datum waarop ze tot het leger werden opgeroepen ; b) datum van aftreding.

2) *de oorlogsopgeroepenen die invalied zijn :* a) datum waarop ze tot het leger werden opgeroepen ; b) datum van aftreding ; c) duur van verblijf aan 't front of getal frontstrepen ; datum waarop ze ongeschikt verklaard werden tot legerdienst of waarop het vonnis werd gegeven dat hen invalied verklaart ;

3) *de politieke gevangenen en weggevoerden :* datum van hun gevangneming of wegvoering en datum van hun invrijheidstelling.

J. Brys.

Notæ bibliographicæ

P. Stegmiller (S. D. S) *Jerusalem*. Neue Schulwandkarte mit einer Erlaüterungstafel. München, Kösel & Pustet, 1928. — Pr. op papier, Mk. 12; op linnen, Mk. 16 (1).

Die kaart is een nieuwigheid en een nuttige nieuwigheid. Meer en meer gaat de huidige Schriftuurverklaring den weg op van het historisch realisme; het leven van het uitverkoren volk, van den Godmensch, van zijn jonge Kerk willen we nu met behulp van de archeologie zoo natuurgetrouw mogelijk herstellen om onze gewijde boeken des te beter te verstaan en te genieten; we wenschen die landschappen te zien, die steden, die kleederen, die gebruiken in hunne frissche werkelijkheid en eenvoud. Wie bijvoorbeeld heeft niet langen tijd gestaard op een kaart van Jerusalem om er Jezus' leven en lijden in te plaatsen? We kregen weliswaar eenige foto's en plattegronden te zien, maar een plattegrond blijft voor velen een rebus.

Hier krijgen we een netjes omlijnd en gekleurd beeld van Jerusalem, opgemaakt naar foto's van vliegers; niet de oude stad met zijn blanken tempel, — zoo'n herstelling ware nog te gewaagd, — maar het huidige Jerusalem met zijn bonte wemeling van araabsche moskees, van byzantijnsche, romaansche en gothieke kerken en kloosters, van vierkante platte huisjes, alles omlijst met weelderig groen. Een bijgevoegde kaart duidt ons de voornaamste plaatsen en gebouwen aan en zoo verrijst vanzelf de oude stad uit de nieuwe; we zien de wegen die Jezus betrad, het landschap dat zijn oogen trof, het wijde tempelplein waar hij bad, Gethsemane waar hij gevangen genomen werd, het nu volgebouwde Golgotha waar hij stierf; telkens we die kaart bezien wordt ons iets duidelijk.

Ongetwijfeld is deze kaart een nuttig hulpmiddel bij het onderwijs; 135 cm. op 68 groot en in driekleurendruk uitgevoerd is het een heerlijke wandkaart, waar ieder iets bij leeren kan.

M. De Jonghe.

---

(1) Te verkrijgen met uitleg in de taal die men verkiest bij de Firma BEYAERT, 6, Mariastraat, Brugge.

Collationes Brugenses

RESPONSA

ad quæstiones in conferentiis mensis augusti-septembris propositas.

—

I.

De sacrificiis judæorum (II)

Q. *Describe sacrificium pro peccato et sacrificium pro delicto* (Lev., IV, I-VI, 7 ; VI, 24-VII, 7).

R. Inter sacrificium pro peccato (1) et sacrificium pro delicto (2) magnam intercedere diversitatem quod ritum sacrificandi spectat cuique librum Levitici legenti statim affulget, subtiliori autem opus est inquisitione ut dignoscatur qua de causa modo hoc, modo illud sacrificium offerendum sit.

Tempora alterutrius sacrificii offerendi.

I. SACRIFICIUM PRO PECCATO offerendum præcipitur

1/ *summo sacerdoti, populo Israël, principi vel privato homini ubi agnoscunt se contra legem Dei aliquid egisse inadvertenter* seu, ut dicit Scriptura, « per ignorantiam, per imperitiam, per errorem » ; (3) hujusmodi transgressionum exempla sunt falsum testimonium post inter-

(1) Hebraïce dicitur *chatath*, quæ vox proprie significat peccatum, hic sensu derivato adhibetur pro sacrificio expiationis peccati ; flandrice vocatur *zondoffer*.

(2) Hebraïce *ascham* seu culpa sensu primitivo, sacrificium ad culpam delendam sensu derivato ; *schuldoffer*.

(3) *Lev.*, IV, 2, 13, 22, 27 ; V, 2, 4. Opponuntur peccata commissa « manu levata » (Vulgata dicit : « per superbiam ») ; qui illa patravit peribit a populo, *Num.*, XV, 30.

pellationem judicis prolatum, contactus quarumdam rerum legaliter immundarum et juramentum temerarium. (1)

Hoc præceptum non sola respicit peccata commissionis sed extenditur ad peccata omissionis, quo tamen casu, ut videtur, aliæ leges applicandæ veniunt. (2)

2/ *in quibusdam purificationibus ritualibus ;* sic vir sanatus a gonorrhæa et mulier a fluxu sanguinis sanata offerebant duos turtures vel pullos columbarum, unum in holocaustum, alterum pro peccato ; (3) puerpera, præter agnum vel turturem aut columbam holocausti, sacrificabat turturem aut columbam pro peccato ; (4) nazaræus hominis cadavere pollutus duos turtures aut columbas offerebat, unum in holocaustum, alterum pro peccato et simul agnum pro delicto ; (5) post absolutum votum, præter alia sacrificia, agnum pro peccato offerebat ; (6) tandem leprosus post probationem offerebat holocaustum, sacrificium pro peccato et sacrificium pro delicto. (7) Ratio horum sacrificiorum similiter est iniquitas quædam involuntarie contracta et abstergenda.

3/ *in quibusdam festivitatibus et diebus solemnioribus* simul cum aliis sacrificiis ; hircus pro peccato offerebatur in neomeniis, (8) septem diebus azymorum, (9) in Pentecoste, (10) in festo tubarum (11) et octo diebus festi taber-

---

(1) *Lev.*, v, 1-6 ; hi versus cum descriptionem sacrificiorum interrumpant postea inserti videntur.

(2) *Num.*, xv, 22-29. Diversitas legum explicanda videtur ista distinctione peccatorum, aliæ tamen explicationes etiam suam probabilitatem habent.

(3) *Lev.*, xv, 13-15 ; 29-30.

(4) *Ib.*, xii, 6-8.

(5) *Num.*, vi, 9-12.

(6) *Ib.*, vi, 13-16.

(7) *Lev.*, xiv, 12-31.

(8) *Num.*, xxviii, 15.

(9) *Ib.*, 22.

(10) *Ib.*, 30 ; *Lev.*, xxiii, 19.

(11) *Num.*, xxix, 6.

naculorum ; (1) peculiare sacrificium pro peccato celebrabatur magna die expiationis ; (2) quando consecrabantur Aaron ejusque filii per dies octo sacrificatus est vitulus pro peccato ; (3) dein ipsi sacerdotes prima die qua munia sua obibant obtulerunt vitulum pro peccatis sacerdotum et hircum pro peccatis populi ; (4) similiter in consecratione levitarum (5) et in consecratione altaris (6) pro peccato sacrificia sunt oblata. Hæc sacrificia pro peccatis in genere sive populi, sive sacerdotum vel pro impuritate altaris erant expiatoria.

II. Sacrificium pro delicto nunquam offerendum erat a populo neque pro populo, indeque nec præcipiebatur diebus festivis et solemnioribus, sed *offerendum erat ab illo qui « per ignorantiam » injustus fuerat* erga sanctuarium, scil. in re oblationum Deo tribuendarum, (7) vel erga proximum ; (8) quibus casibus res injuste detenta restituenda erat, addita quinta parte ejus valoris, et victima statuti pretii offerenda erat pro delicto. (9)

Insuper, ut supra notavimus, hoc sacrificium, præter sacrificium pro peccato et holocaustum, offerendum erat a leproso et a nazaræo in ritu purificationis ; (10) nonne ratio est legem præsumere illos, quin rem adverterent, impuritatem suam aliis injuste tribuere potuisse ? Cum tamen hæc injustitia nec determinata nec certa sit, nulla restitutio præcipitur.

Simili ratione explicandus videtur casus sat obscurus sacrificii pro delicto in *Lev.*, v, 17-19 propositus qui primo aspectu videtur esse casus sacrificii pro peccato ; discre-

(1) *Ib.*, 16 ss.
(2) *Ex.*, xxx, 10 ss., cfr sequentem quamdam dissertationem.
(3) *Ex.*, xxix, 10-14, 36 ; *Lev.*, viii, 14-17.
(4) *Lev.*, ix, 8-11, 15.
(5) *Num.*, viii, 8.
(6) *Ib.*, vii.
(7) *Lev.*, v, 15-16 ; casus sat similis describitur *Lev.*, xxii, 14, quin indicetur obligatio sacrificii offerendi.
(8) *Ib.*, vi, 2-7 ; *Num.*, v, 5-8.
(9) Vide loca modo citata.
(10) *Lev.*, xiv, 12-18 ; *Num.*, vi, 12.

pantia tamen haud exigua perspici potest ; etenim ad sacrificium pro peccato tenetur qui per ignorantiam peccavit et postea rem advertit ; hic e contrario agitur de illo qui, licet sciat se peccasse, ignorat quomodo peccaverit ; talis erat apud israëlitas casus illius qui affligebatur morbo a Deo, ut censebant, in pœnam immisso ; iterum præsumpsisse videtur lex ægrum forsitan propter injustitiam pœnas dare, adeoque quasi ad cautelam sacrificium pro delicto fieri jubet.

Pro delicto igitur sacrificium offertur ubi determinate agnoscitur vel præsumitur peccatum injustitiæ ; ad expianda cetera peccata determinate agnita vel ad expianda in genere peccata populi aut sacerdotum offertur sacrificium pro peccato ; utroque casu supponitur peccata « per ignorantiam » esse admissa. Una tamen videtur dari exceptio, quæ istam inadvertentiam non postulat, np. casu quo quis commercium carnale habuit cum serva alii viro desponsata ; (1) cum non peccaverit nisi cum serva, reus non damnatur morte, (2) cum tamen peccaverit contra justitiam, offerendum habet sacrificium pro delicto.

Ritus sacrificiorum pro peccato.

1/ *Solemniores ritus ordinantur pro peccatis commissionis determinate agnitis tum summi sacerdotis tum totius populi.*

Victima, vitulus immaculatus, adducitur ad ostium tabernaculi eique summus sacerdos vel, si sacrificium fit pro populo, seniores manus imponunt ; immolata victima ad partem septentrionalem altaris, summus sacerdos affert sanguinem in tabernaculum et digito in sanguine intincto septies aspergit velum interius tabernaculi, dein sanguine linit cornua altaris thymiamatis et egressus reliquum sanguinem effundit ad pedes altaris

---

(1) *Lev.*, XIX, 20-22 ; juxta quosdam auctores non ageretur de sponsa sed de concubina alterius.

(2) Cfr *Deut.*, XXII, 23 ss.

holocausti. Adipes et renunculi exsecantur et comburuntur in altari, dum ceteræ partes animalis extra castra in loco puro cremantur. (1)

2/ *Ritus minus solemnis in ceteris sacrificiis celebrabatur.*

Si sacrificium fiebat pro peccato principis, victima erat hircus nullo vitio infectus ; post adductionem, impositionem manuum et mactationem sacerdos non ingreditur tabernaculum sed tantum linit sanguine cornua altaris holocausti, coram quo dein reliquum sanguinem effundit; adipes iterum cremantur in altari dum ceteræ partes cedunt sacerdoti. (2)

Si offerens erat privatus israëlita, victima diversa esse poterat pro fortuna offerentis ; per se offerenda erat capra vel agna et peragebatur sacrificium ut modo indicatum est pro sacrificio principis. Si autem illas expensas ferre nequibat, offerre poterat par turturum aut pullorum columbarum unum in holocaustum, alterum pro peccato; caput avis pro peccato oblatæ retorquebatur quin a corpore avelleretur, sanguis prius projiciebatur contra parietem altaris et dein ad pedes altaris reliquus sanguis exprimebatur, nihil autem in altari comburebatur. Si nec pretium duorum turturum solvere poterat, offerebat oblationem similæ, nec oleo nec thure imposito ; pars oblationis in altari comburebatur. (3)

Si omissione peccaverat totus populus, offerendus erat vitulus in holocaustum et hircus in sacrificium pro peccato ; si privatus israëlita, capra annicula offerenda erat. (4) Ritus sacrificii non describitur sed procul dubio idem erat ac supra diximus de sacrificiis pro peccato commissionis principis et privati israëlitæ.

---

(1) *Lev.*, IV, 3-21.
(2) *Ib.*, 22-26.
(3) *Lev.*, IV, 27-V, 13. De oblationum ritu postea agemus.
(4) *Num.*, XV, 22-29.

Sacrificia in genere pro peccatis sacerdotum vel populi vel in ritibus purificationis oblata non accuratius describuntur sed indubie eodem modo celebrabantur. (1) De ritu peculiari diei expiationis in sequenti quadam dissertatione ex professo agemus.

Nota sedulo regulas quæ præerant sorti animalis post collectum sanguinem et excisas adipes :

a/ quoties sanguis victimæ affertur in ipsum tabernaculum, animal cum pelle totum comburitur extra castra ; (2)

b/ idem obtinet in omni sacrificio pro peccatis sacerdotum ; (3)

c/ in ceteris autem sacrificiis animal cedebat sacerdoti celebranti (4) et, cum essent « sancta sanctorum » seu res sacrosancta, manducandæ erant carnes a sacerdotibus in atrio tabernaculi. (5)

Ritus sacrificiorum pro delicto.

Victima erat aries æstimatus siclis juxta pondus sanctuarii. (6) Post impositionem manuum, quæ licet non memoretur indubie fiebat, victima loco consueto mactabatur et sanguis effundebatur circa altare, uti mos erat in sacrificio holocausti, deinde adipes cum renunculis et cauda comburebantur in altari ; ceteræ autem partes in atrio a sacerdotibus edebantur. (7)

Ritus sacrificii pro delicto a leproso offerendi multum differt a ritu modo descripto : leprosus pro delicto offerebat agnum et *log* olei ; (8) immolato agno, sanguine

---

(1) Cfr ritus in consecratione sacerdotum *Ex.*, XXIX, 10-14 ; *Lev.*, VIII, 14-17.

(2) Vide v. g. *Lev.*, IV, 11 s., 21 ; VI, 30.

(3) *Ex.*, XXIX, 14 ; *Lev.*, VIII, 17 ; IX, 11.

(4) *Lev.*, VI, 26 ; VII, 7 ; XIV, 13.

(5) *Lev.*, VI, 26 ss. ; X, 16 ss. ; *Num.*, XVIII, 19.

(6) *Lev.*, V, 15 ; *schekel* argenteus antiquitus æquivalebat circiter 2,50 Mk. — 21,50 Fr. (I. BENZINGER, *Hebraïsche Archäologie*, 3e ed., Leipzig, 1927, p. 201).

(7) *Lev.*, VII, 1-7.

(8) *Log*, — Vulgata vertit *sextarium*, — æquivalet 0,506 litr. (BENZINGER, *o. c.*, p. 195).

tingebantur extremum auris dextræ, pollices manus dextræ et pedis dextri ; dein, digito in oleo intincto, sacerdos septies coram Deo aspergebat et easdem partes corporis ungebat ; reliquum tandem oleum capiti infundebat. (1)

Sacrificia affinia.

1/ sacrificium pro peccato dicitur *sacrificium vaccæ rufæ* extra castra immolandæ ut ejus cineres inservirent aquæ lustrali conficiendæ ; (2)

2/ ad idem genus sacrificiorum refertur *sacrificium vitulæ in agro immolandæ* cum inveniretur cadaver hominis occisi et ignoraretur cædis reus ; est enim sacrificium ad expiandum sanguinem. (3)

M. De Jonghe.

II

De notis Ecclesiæ

Q. *Quid venit nomine notæ Ecclesiæ ? Explica responsum et indica quænam sint notæ Ecclesiæ Christi.*

R. — Antequam ad quæstionem respondeamus, juvat rursum animadvertere quod in præcedenti responsione iterum inculcavimus (4), et antea fusius explicavimus (5), nimirum *empirica methodo*, uti vocatur, demonstrari

---

(1) *Lev.*, XIV, 10 ss. Hic ritus adeo diversus a consueto ritu sacrificiorum pro delicto plures similitudines præbet cum sacrificio arietis in consecratione sacerdotum oblati, ita ut quæri possit numquid illud sacrificium consecrationis fuerit oblatum pro delicto.

(2) *Num.*, XIX, 9, 17.

(3) *Deut.*, XXI, 1-9. Forsan addendus esset ritus adimplendus die qua leprosus sanatus se sistit coram sacerdote (*Lev.*, XIV, 4-7) vel qua sacerdos agnoscit lepram domus cessasse (*Ib.*, 48-53) ; sumere debet sacerdos duos asseres, quorum unum immolat dum alterum libere dimittit ; hic ritus obvie in memoriam revocat ritum sacrificii pro peccato in die expiationis.

(4) *Collat. Brugen.*, XXVIII (1928), p. 398.

(5) *Ibidem*, XXVII (1927), p. 53.

divinitatem Ecclesiæ, adeoque religionis catholicæ, ex quibusdam proprietatibus Ecclesiæ, quæ notæ plerumque nuncupantur (1).

1/ Unde *notæ* intelliguntur Ecclesiæ *proprietates* quædam *conspicuæ*, re quæsita, nempe divinitate Ecclesiæ, *cognitu faciliores*, quibus eamdem divinitatem immediate conficere fas est (2).

Ad explicationem hæc pauca sufficiant : notæ sunt *proprietates*, seu qualitates Ecclesiæ Christi *semper* inhærentes et quidem *necessario*, ex positiva divina institutione ; sunt insuper proprietates *distinctivæ*, quibus Ecclesia uti divina, uti sola vera, facile dignosci potest, et ab omnibus, qui rem absque præjudicio considerant, incunctanter agnosci debet.

2/ Proprietates enumerantur communius septem : visibilitas, indefectibilitas, infallibilitas, unitas, sanctitas, catholicitas et apostolicitas (3). Tres priores non sunt notæ ; quatuor posteriores simul proprietates et notæ haberi possunt, ast non eodem sensu, ut statim explicabimus.

Nimirum *a*) *unitas*, non illa numerica, quæ opponitur pluralitati, sed *interna*, quæ excludit omnem divisionem internam, *uti proprietas* complectitur : α) unitatem fidei

---

(1) Sæpius distinguunt theologi notam *negativam* et *positivam* ; positiva dicitur ea cujus præsentia directe demonstrat rem quæsitam *adesse ;* negativa vero habetur ea, cujus absentia demonstrat rem quæsitam non adesse, sed cujus præsentia solum arguit rem quæsitam *posse adesse* ; cfr Van Noort, *De Ecclesia Christi*, n. 125, p. 131, Amstelodami, 1913³ ; Dieckmann, *De Ecclesia*, I, n. 576, p. 498, Frib. Br., 1925 ; Dorsch, *Instit. theol. fund.*, II, *De Ecclesia Christi*, p. 630, Œniponte, 1928². Nunc autem non consideramus nisi notas positivas, adeoque distinctionem omittere possumus.

(2) Dicitur *immediate*, ut hæc methodus empirica distinguatur sedulo a methodo historica, quacum *mediantibus testimoniis historicis* eadem divinitas Ecclesiæ probatur, primo in tractatu de Christo legato, deinde in tractatu propædeutico de Ecclesia ; cfr *Collat. Brugen.*, XXVII (1927), p. 53 s. coll. p. 63.

(3) Alii, uti Mazzella, *De Religione et Ecclesia*, n. 624 s., p. 487 s., Romæ, 1885³, distinguunt dotes et proprietates, sed dissensio non existit nisi circa voces ; quoad rem omnes conveniunt.

ac professionis, quæ dicitur quandoque unitas *symbolica*, utpote in symbolis fidei contenta ; β) deinde unitatem communionis ac cultus, quæ sæpius *socialis* vocatur ; γ) denique unitatem regiminis, quæ adhuc *hierarchica* nuncupatur.

Oportet enim ut omnes, qui ad Ecclesiam Christi pertinent, profiteantur externe eamdem doctrinam a magisterio propositam ; obediant uni eidemque auctoritati visibili a Christo institutæ, et quidem in una et individua societate. Sedulo tamen nota unitatem communionis non impedire diversitatem in liturgia, nec etiam diversitatem in legibus disciplinaribus, dummodo maneat eadem fides sub diversis cæremoniis et una subjectio ad eosdem legitimos pastores.

Nunc autem hæc eadem *triplex unitas* uti *nota* simul considerari potest, quia vere conspicua et cognitu facilior quam ipsa divinitas Ecclesiæ, quæ per illam unitatem omnibus manifesta debet apparere, utpote quæ divinum interventum miraculosum indubie arguit (1).

b) *Sanctitas*, quæ solis creaturis rationabilibus *sensu proprio* convenit, quippe quæ dicit rectitudinem voluntatis circa finem ultimum, adhuc *sensu anologo* prædicatur de rebus, quatenus divino cultui consecratæ sunt, uti templa ; aut efficaciam habent ad homines sanctificandos, uti sacramenta ; aut etiam sanctitatis proprie dictæ sunt signa, uti miracula.

Jamvero Ecclesia debet prædicari sancta, quoniam auctorem habet et caput suum sanctum, ipsum Christum, legatum divinum (2), et simul finem sanctum, qui est gloria Dei necnon sanctificatio hominum Insuper ex institutione divina fulgere debet sanctitate *membrorum*,

---

(1) Huc itaque semper redit argumentum : Ecclesia dicit sese habere missionem divinam et divinitus esse institutam, atque hoc idem testatur Deus per interventum miraculosum, qui falsum tueri nequit.

(2) In tractatu theologico de Verbo incarnato probatur Christum, legatum divinum, esse Filium Dei naturalem, sed divinitas Christi non debet in tractatu propædeutico considerari, ut alibi jam observavimus ; cfr *Collat. Brugen.*, XXVII (1927), p. 54, n. 3.

sanctitate *mediorum*, quæ sunt præcipue sacramenta, et tandem sanctitate *charismatum*, quæ sunt præsertim miracula (1).

Ad sanctitatem, quando consideratur ut *proprietas*, pertinent imprimis *sanctitas membrorum*, sive *communis* et ordinaria, sive *heroïca* et extraordinaria ; deinde sanctitas *mediorum*, ac denique sanctitas *signorum*, quæ sunt miracula.

Atvero, quum sanctitas consideratur tanquam *nota*, jam insistendum non est nisi in sanctitate *heroïca membrorum*, necnon in sanctitate *charismatum*, quoniam nihil prohibet quominus aliqua secta separata, præsertim initio, conservet *doctrinam* et *sacramenta* Christi, non quidem jure sed materialiter saltem ; item sanctitas *membrorum communis*, licet per accidens, aliqua tamen ratione in ecclesia adulterina inveniri potest (2).

c) *Catholicitas* Ecclesiæ, uti vox ipsa dicit, aliquam universalitatem indicat, quæ attendi potest quantum ad *doctrinam*, quatenus Ecclesia prædicat et prædicare debet universam doctrinam Christi ; quantum ad *personas*, quoniam omnes homines cujuscumque conditionis in Ecclesia recipiuntur ; quantum ad *tempus* etiam, quia durat Ecclesia inde a Christo et usque ad consummationem sæculi durare debet atque ex promissione divina durabit (3) ; quantum ad *locum* denique, quatenus per universum mundum diffundi debet et diffunditur.

---

(1) Infallibilitas pariter est charisma, sed non habetur ut nota. Agitur nunc de miraculis, quæ in Ecclesia patrantur, uti dicit catechismus, v. g. in Lourdes ; etiam nota catechismum nostrum speciatim loqui de miraculis, quæ possunt simul nihilominus cum sanctitate considerari.

(2) Ubi de miraculis agitur sedulo observa quandoque objici miracula quæ extra Ecclesiam catholicam obtinere dicuntur ; de hac difficultate vide Van Noort, *De vera religione*, p. 90, n. 1, Bussum, 1900³ et proximum responsum nostrum.

(3) Hæc catholicitas quoad tempus redit itaque partim ad apostolicitatem, partim ad indefectibilitatem Ecclesiæ.

Hoc porro ultimo sensu sumitur plerumque quando de catholicitate Ecclesiæ tractatur, adeoque nomine catholicitatis Ecclesiæ intelligitur unius indivisæ Eeclesiæ per totum orbem diffusio ; inde faciles adhuc percipitur catholicitatem semper considerari *simul cum unitate*, sive quando ut proprietas, sive quum uti nota proponitur.

Uti *proprietas* distinguitur : α) *catholicitas juris*, quæ dicit aptitudinem, jus necnon officium Ecclesiæ sese diffundendi per universum mundum ; β) *catholicitas facti*, quæ in eo consistit quod Ecclesia Christi, saltem post prima exordia, de facto gaudet et gaudere debet *diffusione moraliter universali*, jugiter *progressiva*, ut tandem aliquando *ad omnes gentes* perveniat (1).

Uti *nota* jam non attendenda venit catholicitas juris, quæ est potius præsuppositum notæ, sed magis *catholicitas facti*, quæ concrete spectata, in intima videlicet connexione cum unitate interna, indubie rursum arguit specialem divinum interventum, quandoquidem per tot sæcula, mediis in omnimodis difficultatibus, nulla vi vel armis nihilominus perseverat.

d) Tandem *apostolicitas* tanquam *proprietas* comprehendit apostolicitatem tum *doctrinæ*, tum *auctoritatis* seu regiminis, tum denique *societatis*. Aliis verbis, Ecclesia tenet et tenere debet doctrinam illibatam ab apostolis acceptam ; auctoritatem habet ab apostolis institutam et legitima successione usque ad hodiernam diem conservatam ; ipsa societas tandem eadem est numerice iterum cum ea ab apostolis fundata.

Ubi consideranda venit apostolicitas tanquam *nota*, insistendum non est in apostolicitate doctrinæ, quoniam hæc non est ita obvia ac cognitu facilior Ecclesia, sed potius immorandum est in apostolicitate *regiminis* et *societatis*, quæ quam intime connectuntur. Et enim, re

---

(1) Nota non sufficere diffusionem Ecclesiæ per totum orbem *mere successivam* ; ita nunquam esset Ecclesia vere et actu catholica.

concrete spectata, non explicatur iterum hæc *invicta stabilitas*, per sæcula novemdecim protracta, nisi per interventum divinum, per miraculum ordinis moralis, uti dicitur.

Unde quatuor notæ, quas in symbolo fidei profitemur, sunt : *unitas symbolica*, *hierarchica* et *socialis*, quæ consideratur communius simul cum *catholicitate facti* ; deinde *sanctitas membrorum heroïca* et *charismatum* ; tandem *apostolicitas regiminis* et *societatis* ; atque hæ notæ, quæ practice itaque ad tres reducuntur, *singulæ sufficiunt*, si concrete et complete spectentur, ad divinitatem Ecclesiæ invicte demonstrandam.

Adverte, coronidis instar, sanctitatem esse notam magis obviam, quæ etiam rudioribus facilius proponi potest ; unitas catholica jam penitiorem importat quamdam investigationem ; apostolicitas tandem non nisi doctioribus perspicua videbitur, adeoque practice semper magis in admirabili sanctitate Ecclesiæ, necnon in unitate catholica insistendum erit.

H. Lamiroy.

III-IV.

Casus de participatione seu communicatione in divinis.

Q. 1) *An licet medico catholico, apud Judæos accersito, puerulum illorum circumcidere ?*

2) *An licet ancillæ vel obstetrici catholicæ puerum hæreticorum ad templum deferre brachiisque tenere dum a ministello ritu hæretico baptizatur ?*

R. — **Prænotanda.**

In tractatu de fide exponitur obligatio fidem *externe* etiam profitendi, cui obligationi varia opponuntur peccata quæ dicuntur « defectus externæ fidei professionis ». Hæc autem peccata fiunt sive per *omissionem* (v. g. dissimulando, occultando, erubescendo veram fidem), sive per *commissionem* (v. g. veram fidem totaliter vel partialiter negando, vel falsam religionem profitendo).

Jamvero præsentes quæstiones ad hanc ultimam categoriam referuntur : quæritur scil. utrum et cur propositæ actiones damnandæ sint tamquam peccata commissionis contra externam fidei professionem ? (1)

Et revera, *non quævis* « participatio » vel « cooperatio » catholici cultui acatholicorum semper ac necessario illius cultus approbationem vel professionem, et proinde veræ fidei rejectionem importat : distinguitur nempe participatio vel communicatio in rebus sacris acatholicorum *formalis* et *materialis*, et hæc ultima habetur adhuc plus minusve proxima vel remota.

1/ *Formalis* dicitur, quoties cooperans vel communicans consentit ritui vel actioni qua mala sunt, et hoc

a/ sive *explicite*, ipsis ex animo assistendo, ipsa voluntate approbando, verbo, cum explicita voluntate ipsa qua talia participandi ;

b/ sive *implicite*, absque tali explicita voluntate, sed nihilominus α) de facto actionem peragendo quæ *ex natura sua* ad falsum cultum pertinet (puta : baptismum ritu hæretico conferendo, potiores partes in cantu sacro hæreticorum agendo) ; β) vel etiam talem actionem vel assistentiam præbendo quæ attentis concretis adjunctis, *realem* (i. e. in ipsa re) approbationem illius ritus acatholici continet. (Cogita v. g. catholicum sacris hæreticorum cæremoniis publicis assistentem, ubi talis assistentia ab auctoritate civili in favorem falsæ sectæ injungitur, vel ubi vulgo, etiam a viris prudentibus, merito habetur tamquam tessera communionis cum secta acatholica) (2).

Per se enim, in hujusmodi casibus sub b/ enumeratis, nequit a tali modo agendi separari implicita seu exercita

---

(1) Insuper, ut infra dicemus, inspiciendum erit utrum et in quantum malæ sint ratione periculi propriæ perversionis vel scandali aliis dati.

(2) Cfr Genicot-Salsmans, *Institutiones theol. mor.*, Bruxellis, 1927, I, n. 200.

quædam intentio participandi ipsum ritum sacrum, seu *realis* quædam illius approbatio. (1)

Patet autem quamcumque *formalem* participationem, — quamdiu vere formalis exsistit — vi ipsius legis naturæ et intrinsece sub gravi catholicis illicitam esse, quod constat jam ex hoc solo capite quod revera contineat externam falsæ religionis professionem, et proinde æquivalenter veræ fidei negationem. (2)

2) *Materialis tantum* cooperatio vel communicatio (3) existit quando catholicus, absque ulla sive explicita sive implicita intentione participandi cultum falsum et prohibitum qua talem, sed *exclusive ob aliam intentionem* aliquomodo per externam præsentiam vel et actionem concurrit ad ritus vel cæremonias sacras alieni cultus, *quæ* utique peccata sunt, non vero *qua* peccata sunt.

Hæc sane cooperatio vel communicatio mere materialis multiplici adhuc gradu proximior vel remotior esse potest, quatenus ipsa actio majoris vel minoris momenti aut efficaciæ est ad ritum illum exsequendum. (Sic v. g. materialiter et mediate tantum, sed diverso «proximitatis» gradu communicant, tum ii qui ex mera curiositate cæremoniis hæreticorum præsentes sistuntur, tum alii qui instrumenta musica mutuo dant vel afferunt ad cantus liturgicos illustrandos, tum denique alii campanam pulsantes ad tales cæremonias nuntiandas, etc...).

Jamvero, hæc etiam communicatio vel participatio *mere materialis* sæpius catholicis illicita est, ob easdam varias rationes enumeratas : approbationem externam vel

---

(1) Hæc participatio « *formalis implicita* » nonnunquam ab auctoribus etiam merito vocatur « *materialis immediata* ». Cfr *Collat. Brugen.*, VIII (1903), p. 438 ss.

(2) Cfr VERMEERSCH, *Theologiæ moralis principia*... Bruxellis, 1924, II, n. 50. — Præterea, adduntur sæpe alia motiva unde ex vario capite illicita sit : periculum perversionis propriæ, scandalum, prohibitiones positivæ Ecclesiæ (v. g. can. 1258, coll. can. 2316 ad 2319).

(3) Hæc etiam « *materialis et mediata* » dicitur, in oppositione ad participationem « materialem immediatam », de qua supra.

simulationem falsi cultus in ea contineri visam, — propriæ perversionis periculum, scandalum aliorum, prohibitiones positivas Ecclesiæ.

Nihilominus, cum ex natura sua non contineat explicitam nec etiam implicitam fidei negationem, nonnunquam licita evadit ob motiva honesta proportionata speciem mali sufficienter abstergentia, eoque graviora quo ipsa cooperatio efficacior vel proximior est, vel quo pejores effectus prævidentur, — modo insuper pro posse reliqua pericula (scandali, perversionis, etc.) amoveantur.

Hisce principiis præ oculis habitis, jam liceat ipsa casibus hic propositis applicare. Et quidem :

I. **Quoad circumcisionem a medico catholico peragendam:**

1) Nulli evidenter catholico unquam licet illam peragere *cum intentione* approbandi vel promovendi ritum ac cultum Judaïcum : esset enim *cooperatio formalis explicita* ad ritum acatholicum ab ipso Christo in nova lege abrogatum, initio Ecclesiæ mere toleratum, at postea ut inutilem ac vanum omnino rejectum (1).

Sed missa jam hac explicita intentione, videndum est utrum actio illa circumcidendi puerum *formalem implicitam* an vero mere *materialem* tantum contineat cooperationem vel participationem.

2) Et imprimis, ipse physicus circumcidendi actus, seu ablatio præputii *non* apparet *ex natura sua* necessario vel unice actus ritualis seu religiosus. Nam sane haberi potest etiam qua actus medicinalis, fatentibus artis medicæ peritis aliquando sub respectu physiologico et hygienico necessarius, sæpe saltem utilis, — sub respectu vero morali in se indifferens, imo ex fine operis et circumstantiis bonus.

---

(1) Cfr H. Lesêtre, v. *circoncision* apud *Dict. de la Bible*, II, c. 778 ss., et V. Ermoni, v. *circoncision*, apud *Dict. de theol. cath.*, III. c. 2522.

Quod historice etiam confirmatur ; nam de facto apparet : tum usum circumcisionis non primitus ab Israëlitis inductum esse in signum distinctivum sui cultus, sed potius mutuatum ab Ægyptiis, qui circumcisionem adhibebant, testante Herodoto (1), « intuitu munditiei » corporalis, — tum ipsum exstitisse apud plures populos non-judaïcos, uti Moabitas, Ammonitas, Edomitas, Ismaëlitas, ac nostris adhuc diebus existere apud Arabes, Islamitas plerosque, necnon apud plures gentes barbaras Africæ, Australiæ, etc... (2). Imo, nunc adhuc viget apud Catholicos Coptas et Abyssinos, penes quos tamen nec ut obligatorius habetur, nec ullam significationem religiosam aut ritualem retinet (3).

3) At, inspecta iterum *practica et reali sua significatione* ex historicis et concretis adjunctis deducta, omnino fatendum est, circumcisionem *generatim* in casu proposito induere sensum omnino ritualem ac religiosum, unde *per se* pro catholico illam adhibente contineat — *formalem implicitam* — communicationem vel cooperationem falso cultui.

Etenim, testantibus rerum orientalium peritissimis auctoribus, iterum apparet circumcisionem non solum ob rationes hygienicas et physiologicas, sed etiam, et præsertim, propter aptissimam significationem symbolicam et religiosam a plerisque populis, etiam non-Judaïcis, adhibitam fuisse in ritum religiosum, per modum solemnis viri circumcisi addictionis proprio populo hujusque populi propriis numinibus. (4)

In specie pro Hebræis, *religiosa* significatio ab ipso Deo omnino sancita (5) ac pluries in memoriam revocata

---

(1) Herod. II, 37. — Cfr Lesêtre, a. c.; c. 773 ; — Ermoni, a. c., c. 2520; — J. M. Lagrange, *Etudes sur les religiones sémitiques*, Paris, 1905, p. 244, ss.

(2) Cfr *ibid.*

(3) Cfr *ibid.*

(4) Cfr Lagrange, *o. c.*, p. 242, ss.

(5) Gen. XVII, 10-14.

fuit, ipseque ritus in V. Testamento in signum fœderis cum populo suo electo a Jahve observandus inculcatur (1).

Ex alia parte, a nemine ignoratur lucidissima Apostolorum, notatim s. Pauli, ac postea totius Ecclesiæ doctrina de cultu mosaïco nova lege abrogato, ac in specie de inanitate ac inefficacia carnalis circumcisionis ad salutem pro Christiano per Baptismum regenerato et per « fidem » salvificando (2).

Concludendum igitur omnino censemus, illam actionem circumcidendi *puerum Judæorum* pro medico catholico *per se* importare, non ex rei natura, sed vi adjunctorum, implicitam formalem cooperationem cultui acatholico, et proinde sub gravi illicitam esse.

Dicimus autem *per se :* nam, cum illa participatio nonnisi ex adjunctis tum historicis tum hodiernis fiat formalis, non negamus possibilitatem qua, per accidens, mutatis scil. adjunctis, et positis cautelis, aliquando licita evadat.

Revera, ubi usus ille absque ulla religiosa significatione existit, v. g. ap. Catholicos Coptas, ut diximus, ibi jam nil obstat quin a medico catholico ad ordinariam sanitatis curam applicetur.

Pariter, apud nos, ubi puer sive catholicorum, sive etiam Judæorum ab aliqua læsione vel infectione membri virilis per ablationem præputii sanandus esset, sane, jam novis istis circumstantiis, coram necessitate physiologica, ritualis significatio quasi evanesceret pro quovis viro prudente, et catholicus medicus, ob talem gravem rationem, ut np. vitæ vel sanitati patientis consulat, ad hanc operationem chirurgicam recurrere poterit. (3)

---

(1) Exod. XII, 44-48 ; Levit. XII, 2-3, etc. Cfr Lesêtre, *a. c.* c. 778, ss.

(2) Vide præcipua loca citata apud Lesêtre, *a. c.*, c. 778, ss.

(3) Imo apud nos, in regione ubi rarissimi Judæi inter fideles commorantur, circumcisio pueri *catholicorum*, sic dicta « *mere præventiva* », positis cautelis, non adeo carpenda apparet.

Addimus tamen « *positis cautelis ponendis* ». Etenim, tenetur adhuc medicus, tum ut avertat periculum perversionis propriæ, ne scil. falsum ritum vel cultum approbet aut promoveat, — tum ut grave scandalum apud pueri parentes aliosve testes præcaveat, sufficienter et efficaciter protestando sese unice medicum agere propter necessitatem vitæ vel sanitatis pueri, nullatenus vero ministrum cultus vel ritus acatholici (2).

II. **Quoad casum ancillæ vel obstetricis.**

1/ Sane etiam ipsis nullatenus licebit unquam cooperationem vel communicationem *formalem explicitam* præbere, ex animo ritui acatholico assistendo illumve voluntate approbando. Sed, seclusa illa intentione aut voluntate, an licebit ipsis, unice propter alia motiva honesta puerum hæreticorum ad templum deferre, imo brachiis tenere dum a ministello ritu acatholico baptizatur?

2/ Hic, revera, nullatenus apparet illas actiones *intrinsece* malas esse, nec *natura sua* participationem *formalem etiam implicitam* constituere.

Nec per se et necessario dici debet *participatio formalis implicita ex circumstantiis*, cum actiones illæ de sese nonnisi sat remote et indirecte ad ritum acatholicum concurrant. Tale quid, utique, eveniret, sed per accidens, ex specialibus adjunctis, ubi v. g. illæ actiones a pueri parentibus vel ab aliis ancillæ aut obstetrici imponerentur in odium vel contemptum fidei catholicæ, vel si ad illas ancilla vel obstetrix invitaretur ad profitendum adhæsionem aliquam falsæ ipsorum sectæ, quo casu sane nunquam liceret obtemperare ; (fieret enim communicatio omnino formalis). — Idem dicendum, si ageret munus *matrinæ*, quod hic extra quæstionem ponitur.

---

(1) Quodsi, nonobstantibus adjunctis illis et sua protestatione, prævideat grave scandalum averti non posse, adhuc, ubi urget vitæ periculum pro puero, parentes hujusmodi omnino circumcisionem *ritualem* volentes remittat ad suos Rabbinos, qui mira dexteritate, uti fertur, rem conficere valent, seseque paratum dicat postea qua medicum interveniendi, si adhuc vitæ vel sanitati pueri consulendum sit.

3/ At iterum, talibus adjunctis particularibus seclusis, et in ordinaria muneris sui adimpletione, *per se* dicenda est illa cooperatio ancillæ vel obstetricis *mere materialis et mediata*, imo sat *remota* atque parum efficax. Et proinde, ob motiva honesta proportionata, et positis cautelis requisitis, modus ille agendi *licitus* ipsi erit (1).

Dicimus : a/ « *ob motiva honesta proportionata* ». Quænam autem talia erunt ? — Siquidem agitur tantum de cooperatione mere materiali ac sat remota, non videtur de se requiri ratio gravissima nec valde gravis. Sufficiet jam ratio sat gravis vitandi sibi vel aliis nocumentum aliquod vel incommodum notabile, imo quandoque mediocre tantum.

Et sic nonnulli auctores jam omnino merito admittunt « *ancillæ* » licere actionem deferendi ad templum hæreticum vel imo brachiis tenere puerulum a ministello baptizandum, — in ordinariis adjunctis de quibus agimus — ob solam *rationem* « *conditionis suæ* », quatenus vi dependentiæ suæ relate ad heros jam serium exsurgeret pro ipsa incommodum e non obsequendo dominorum voluntati in rebus quæ non intrinsece malæ sunt et quæ ab ipsis rationabiliter habentur qua pertinentes ad officia ancillæ (2).

Sane, ubi alius, v. g. Rabbinus, vel ipse paterfamilias jam circumcisionem fecit vel facere conatus est, et tali modi ut inde per infectionem, nimiam hæmorrhagiam, etc., puer in periculum vitæ vel sanitatis inciderit, medico catholico a fortiori licebit, — (semoto iterum scandalo, etc.), — omnia peragere, puta per ulteriorem præputii rescissionem, quæ ad malum auferendum vel præcavendum necessaria apparent.

(1) Quod apte componi potest cum verbis canonis 1258, § 2. Revera, illæ actiones dici possunt, sensu canonis hujus « præsentia passiva seu mere materialis, civilis officii vel honoris causa. »

(2) Ita Genicot-Salsmans, o. c. I. n. 200 ; Vermeersch, *o. c.* n. 52, aliosque ibid. citatos.

Notat tamen merito Vermeersch : « dummodo ne ita templum acatholicorum frequentetur », ut videatur ancilla acatholica esse.

Cum autem *obstetrix* qua talis minus a clientibus dependeat quam ancilla ab hero, videtur omnino ratio aliqua major illa sola « sua conditione » requiri, et quidem eo gravior quo insuper, spectatis concretis loci, temporis ac personarum adjunctis, majus periculum scandali pro aliis ex suo modo agendi oriri natum sit. Et ideo addidimus:

b/ « *et positis cautelis requisitis* » (1), scil. ad arcendum periculum propriæ perversionis (per approbationem falsi ritus), tum præsertim periculum scandali apud alios.

Sic, in regionibus pro magna parte hœreticis vel religione mixtis, vel etiam in magnis hodiernis civitatibus nostris, ubi talia communiora fiunt et revera hujusmodi agendi ratio personæ catholicæ minorem vel fere nullam admirationem aut adversionem movet, sed vulgo, etiam a viris prudentibus ac piis, habetur qua pars usualis muneris ejus socialis, non auderemus rationes per se graviores exigere pro obstetrice præter illam sat seriam difficultatem illud servitium suis clientibus recusandi.

In minoribus vero nostrarum regionum civitatibus et pagis, ubi talia rarius accidunt ac proinde facilius etiam concivium attentionem, indignationem et scandalum provocare possunt, gravior jam ratio et majores cautelæ postulabuntur, v. g. periculum amittendi clientes frequentiores, timor fundatus sat gravis detractionis vel injustæ vindictæ a parte talium hæreticorum, etc. (2).

Et sic, quoad practicum agendi modum, prudenter *conetur* bona catholica obstetrix (vel etiam ancilla) ut pro posse vitet ea quæ *propius* ad ritum acatholicum conferunt ac minus ad muneris sui adimpletionem necessaria sunt, curando v. g. ut in ipso saltem templo hœretico puerulus potius a persona hæretica — (v. g. matrina vel alia ipsius familiæ persona) — teneatur brachiis dum ministellus baptismum confert cæremoniasve peragit; imo,

---

(1) Quod etiam, proportione servata, pro *ancilla* notandum est.

(2) Cfr J. L. Jansen, c. ss. R., apud *Nederl. Kath. Stemmen*, XIX 1919), p. 346 s.

si omnino facile et absque ullo serio incommodo vel nocumento sibi aliisve timendo queat, ut etiam talis persona puerum ad templum deferat.

Si vero talis conatus non succedat vel jam ipse conatus secumferat timorem serii nocumenti, tunc, semoto sane periculo propriæ perversionis per falsi cultus approbationem, — necnon amoto pro posse periculo scandali alieni, per sufficientem (in quantum adhuc opus sit) protestationem, tuto procedat ad illas actiones quæ jam a quocumque homine prudente considerandæ erunt qua in se honestæ et propter adjuncta pertinentes ad muneris sui adimpletionem. — Cæteroquin, remanente adhuc dubio, utrum adsit ratio sufficienter gravis, adiri potest Ordinarius loci, ad normam Canonis 1258,§2.

St. Willems.

V.

De dispensationis ecclesiasticæ notione

Q. *Notionem dispensationis explica. — Ejus differentiam a notionibus juridicis connexis ostende ?*

R. I. **Notio Dispensationis.**

1. *Etymologia vocis.*

Dispensatio idem est quod *diversa pensare* ; sicut οἰκονομία, ab οἶκος et νέμω (*domus* et *dividere*), idem est quod *administrare* ea quæ *de domo* sunt. Porro *pensare* est aes ponderare, puta in ordine ad solutionem debiti vel ad partitionem rerum, etc ; inde dispensare est æqua lance rem communem partiri inter varios. Cum autem hæc actio pensandi aes in ordine ad solutionem debiti, præcipue sit administrantis familiam, « dispensatio », græce οἰκονομία, adhibetur ad designandam prudentem familiæ administrationem, seu æquam distributionem rei communis in singulos. Quo sensu tota Ecclesiæ gubernatio dici potest dispensatio (1).

(1) Cfr J. Brys, *De dispensatione in jure canonico apud Decretistas et Decretalistas*, p. 1.

2. *Sensus usualis :* a) *in jure antiquo.*

Jam antiquitus Patres tum Græci tum Latini dispensationem seu œconomiam appellarunt quod in casu extraordinario præter viam communem et regulam ordinariam agendi dispositum est vel facere licet. Quem sensum R. Pontifices in suis epistolis decretalibus secuti sunt. Inde orta est *significatio generalis vocis juridica prior* quædam : « mitigatio seu relaxatio quæcumque legis, ob bonum Ecclesiæ ».

Sæculo vero XII fuit hæc significatio generalis coarctata ad relaxationem legis in casu particulari. Hæc notio restricta, quæ, ut videtur, prius a decretista Rufino fuit tradita, cum docuit dispensationem esse « casualem derogationem canonici rigoris, ex justa causa, ab eo, cujus interest factam », usque ad hodierna tempora ut notio juridica remansit (1).

b) *in jure novo.*

Dispensatio ab ipso codice in can. 80 definitur : « *relaxatio legis in casu speciali* » (2).

Dicitur *relaxatio* : i. e. actus jurisdictionis quo legitimus superior aufert obligationem ex lege oriundam erga illum qui alias lege teneretur : effectus ergo dispensationis est mere negativus, quatenus mere auferatur obligatio legis, quin tamen pro dispensato novum jus normativum seu objectivum statuatur. Relaxatio autem est *in casu speciali*, seu ut communiter ante codicem dicebatur *in casu particulari* (3), vel ut decretista Rufinus olim dicebat *casualis* relaxatio, qua nempe obligatio aufertur pro

---

(1) Cfr *Ibid.*, p. 3.

(2) Apud antiquiores canonistas communiter in definitione ipsa inserebatur dispensationem esse relaxationem a legitimo superiore factam et quidem ex causa rationabili. Imo a sat multis auctoribus ut nota essentialis hujus definitionis dabatur : relaxatio *cum causæ cognitione* facta. De quibus cfr *ibid.*, p. 99 et 120.

(3) Est definitio prout olim data fuit a CARD. D'ANNIBALE, in sua *Summula theologiæ moralis*, t. I, p. 220.

certis personis, rebus vel circumstantiis, de casu ad casum, remanente lege in vigore pro aliis casibus aliisque personis. Lex proinde cujus obligatio dispensatione aufertur in se permanet et pergit obligare alios, imo et ipsum dispensatum in casibus non exceptis, aut saltem si tota communitas dispensetur, lex alio tempore obligat subditos (1). Porro relaxatio *specialis* est, sive vinculum legis sit unicum, ut pro dispensatione in impedimento matrimoniali, sive sit multiplex seu quod renascitur, prout in lege jejunii et abstinentiæ. Denique relaxatio est *legis* et quidem *omnis* et *solius* legis humanæ : *omnis* legis humanæ, ad significandum dispensationem fieri posse in lege tum generali tum particulari et non tantum in jure communi, ut antiquiores canonistæ contendebant (2) ; *solius* legis humanæ, ad excludendum jus divinum tum naturale tum positivum, in quo non datur dispensatio.

II. **Differentia cum notionibus juridicis connexis.**

a) *ab interpretatione doctrinali et epikeia* : quia *hæ* sunt actus interpretationis seu actus prudentiales, quibus pronuntiatur seu declaratur rem sub obligatione legis non cadere et proinde auctoritate privata possunt institui; dum *illa* est actus jurisdictionis, qui ergo requirit interventum legislatoris habentis potestatem super legis vinculum, vel ejus delegati eximentis ab obligatione seu obligationem auferentis (3).

b) *ab abrogatione et derogatione legis* : *abrogatione* enim lex ipsa ex integro aufertur, *derogatione* lex ex parte aufertur seu legi pars detrahitur, remanente altera parte in vigore ; *dispensatione* vero obligatio legis tantum suspenditur pro casu particulari, lege in se remanente. Inde merito dispensatio vocatur legis *relaxatio* et non

---

(1) Cfr A. Van Hove, *in cursu autographo*, ad can. 80.

(2) Cfr Gl. ad v. *plerisque*, c. 6, C. I, q. 7, J. Brys, *o. c.*, p. 100. Suarezius, *De legibus*, L. VI, c. 10, n. 4.

(3) Cfr A. Van Hove, *o. c.*, *l. c.*

derogatio, ut Rufinus dicebat, quia hoc nomine optime indicatur vinculum, quod suspenditur pro casu, non auferri aut prorsus tolli, sed laxari tantum (1).

c) *a licentia* : licentia enim est simplex facultas, per quam revera obligatio legis non aufertur, sed conceditur operatio ut fiat juxta modum a lege præscriptum. Est ergo conditio, qua posita, actus ex ipsa lege permittitur.

Sunt enim multæ leges vel statuta, quæ non prohibent aliquid absolute et simpliciter, sed ne fiat sine tali facultate, tali modo concessa ; dare hujusmodi facultatem non est dispensare sed servare et exsequi legem.

Ideo licentia non est, sicut dispensatio, contra legem seu vulnus legis. Inde ad illam concedendam non requiritur potestas jurisdictionis, sed ex qualibet legitima potestate manare potest. «Ita necessitas licentiæ imposita esse intelligitur, ut, nisi formalis et expressa exigatur, licentia præsumi possit ; i. e. satis esse censetur ut dependenter a superiore agas : quæ dependentia servatur, si, secundum prudentem mentis æstimationem, superior rem concessurus sit; nec repugnet quin, attentis adjunctis, licentiæ petitio omittatur. Dispensatio autem præsumi nequit, quia præsumptio effectum causalem seu necessarium interventum superioris auferentis obligationem non potest supplere » (2).

d/ *ab excusatione :* quia in illa legis vinculum non relaxatur, cum legislator ab initio casum excusationis vel non potuit, vel non voluit sub lege comprehendere.

c/ *ab absolutione a censuris seu pœnis medicinalibus :* quia illa absolutione lex non relaxatur, sed auferuntur consectaria actus contra legem commissi. Insuper absolutio non est contra jus sicut dispensatio, sed secundum jus. Censura enim, quia pœna medicinalis, non est pœna perpe-

---

(1) Cfr J. Brys, *o. c.*, p. 98, ubi ostenditur quomodo hæ notiones a canonistis fuerunt ab invicem distinctæ sub influxu studii juris romani. Cfr etiam Suarezius, *o. c.*, *l. c.*, n. 12.

(2) Cfr Vermeersch-Creusen, Epitome³, t. I, p. 126.

tua vel ad definitum tempus, sed donec delinquens a contumacia recedit; et ideo, in sua intrinseca ratione includit, ut ablata contumacia, ipsa pœna etiam tollatur, et ita lex disponit absolutionem non posse denegari cum primum delinquens a contumacia recesserit (c. 2248, § 2). Unde adhuc sequitur dari posse absolutionem quoties non fuerit superiori reservata, dum contra facultas dispensandi per se est reservata legislatori ejusve superiori vel delegato (1).

f/ *a privilegio contra jus :* de discrimine tamen inter dispensationem et privilegium contra jus non clare liquet. Quapropter non inutile erit paulo fusius exponere quomodo doctrina illa historice evoluta sit.

Apud Gratianum et decretistas *priores,* inhærentes vestigiis doctrinæ canonicæ antea admissæ, privilegium contra jus identificabatur cum dispensatione (2); apud *posteriores* vero quidam aliquam differentiam insinuare videntur, quamvis de specifico discrimine inter utrumque ex professo non inquirant (3).

Porro nec decretalistæ perfecte privilegium a dispensatione distinguunt. Sæpe enim privilegium vocant, quod juxta definitionem dispensationis ab ipsis traditam et in scholis juridicis admissam habendum est ut dispensatio, et promiscue verba *privilegium contra jus* et *dispensationem* adhibent. Non desunt tamen textus apud eosdem commentatores quibus apparet ambas notiones ab invicem esse secernendas. Nec inter illos ullus est qui theoretice inquirit in quo præcise differentia inter utrumque conceptum consistat. Atvero, quod probe notandum est, docent utrumque concedere *jus privatum*, et dum privilegium communiter definiunt *legem privatam*, dispensationem numquam vocant *legem* (4).

Hanc doctrinam *Suarezius* adhuc rememorat, dum scribit : « dicunt alii, dispensationem esse quoddam

---

(1) Cfr H. Van den Berghe, *Tractatus de legibus*², n. 145. A. Van Hove, *o. c.*, *l. c.*

(2) Cfr J. Brys, *o. c*, p 96.

(3) Cfr *Ibid.*, p. 102.

(4) Cfr *Ibid.*, p. 170.

privilegium, solumque differre a privilegio in communi tamquam species a genere, *a privilegio autem, quod est contia jus, non differre* ». Addit tamen suo tempore auctores jam communiter censere illa non nomine tantum sed et re differre (1).

Ab omnibus hodie rejicitur etiam doctrina a quibusdam auctoribus tunc propugnata, differentiam nempe ex eo esse desumendam quod « ad dispensationem requiratur causa, non autem ad privilegium ». Certum enim est in jure et doctrina hodierna nec dispensationem nec privilegium posse concedi sine legitima causa, imo privilegium contra jus majorem, cæteris paribus, requiri causam quam dispensatio.

Suarezius formale discrimen inter utrumque ponit in majore firmitate ac stabilitate qua privilegium contra jus gaudet præ dispensatione : « Solum autem illa dispensatio poterit privilegium appellari, quæ *per modum legis privatæ* conceditur ad operandum *ordinarie* et *stabiliter* contra aliquod jus commune, utendo privato jure per talem concessionem constituto, et tale privilegium dici potest quasi permanens dispensatio » (2) ; quapropter ait : « dispensatio ad unum actum tantum, ut ad contrahendum matrimonium, non potest dici proprie privilegium, quia non est lex privata : non enim per modum legis stabilitur, cum nullo modo jus permanens constituat ».

Hanc doctrinam Suarezii secuti sunt auctores communiter usque ad hodierna tempora.

Atvero rem penitius perscrutatus est claris. Prof. Van Hove, inquirendo causam hujus stabilitatis et inde deducendo formalem rationem differentiæ. « *Discrimen formale*, ait, *in hoc esse videtur, quod privilegium concedit jus normativum seu objectivum speciale, dispensatio vero mere negative*

---

(1) Cfr Suarezius, *o. c.*, L. VIII, c. 2, n. 10, A. Van Hove, *De la notion du privilège*, apud *Nouvelle Revue théologique*, 1922, p. 139. V. Del Giudice, *Privilegio, Dispensa ed Epicheia nel diritto canonico*, Perugia, 1926, p. 28.

(2) Cfr *l. c.*, n. 10.

operatur, legem relaxando, quin aliud jus privatum condatur » (1). Ex qua differentia *consequitur* major firmitas et stabilitas privilegii præ dispensatione.

Hæc tamen firmitas major non constituit essentiale discrimen, nam : 1/ difficultas nimia videtur adesse in determinando tempore quo durare debet concessio ut habeat illam firmitatem ac stabilitatem quam privilegium requirit ; 2/ omnibus inspectis dispensationes gaudere possunt eadem, imo et majore stabilitate quam privilegia, cum *a/* privilegium possit concedi ad tempus (can. 70); *b/* etiam privilegium potest cessare, si temporis progressu, rerum adjuncta ita, judicio superioris, immutentur ut noxium evadat (can. 77) ; et *c/* ex alia parte, dispensatio perpetua esse potest, vel quia conceditur propter causam natura sua perpetuam v. g. in lege abstinentiæ propter morbum incurabilem ; vel quando conceditur ab ipso legislatore motu proprio et sine causa motiva.

Immerito etiam quidam auctores ex facto quod dispensatio potest esse perpetua tenent hujusmodi dispensationem potius esse privilegium, nam, privilegium quod habet tractum successivum non cessat cessante causa finali, dum dispensatio cessat (can. 86). Ita sacerdos cæcutiens, qui obtinuit privilegium quotidie celebrandi missam B. M. V. ablata cæcitate facultatem servabit, dum

---

(1) Cfr *in Cursu autographo*, ad. can. 80, et in *art. cit.* p. 140 ubi optime scribit : « La différence entre la dispense et le privilège *contra jus* ressort de leur définition même. D'après le code, la dispense est *legis in casu* speciali relaxatio. Son effet est purement négatif : la loi subsiste *in actu primo*, même pour le dispensé, et elle l'obligerait *in actu secundo*, si l'autorité compétente ne le déliait de son obligation. Il en est autrement du privilège. Celui-ci est une *lex privata*, il crée une règle de droit nouvelle, qui est substituée au droit commun. Ce droit objectif nouveau existe, même si le privilège est simplement négatif, c'est-à-dire s'il se borne à exempter quelqu'un de la loi, sans lui accorder une prérogative positive. Voilà la différence fondamentale. Or, une règle de droit objectif présente un caractère de stabilité plus grande que la dispense, et cette stabilité, consacrée par les canons 70 et 86, est l'effet de l'existence d'un droit nouveau ».

illam perderet si concessa tantum fuerit dispensatio (1).

g/ *a dissimulatione :* quo legitimus superior, nihil *positive* approbans vel tolerans, acta contra legem quasi ignorare vult, ut, ad majora mala vitanda, eadem impunita esse sinat (2).

J. Brys.

VI.

De celebratione pro grege.

Q. *Explica parochorum obligationem celebrandi pro grege ?*

R. — Hæc parochorum obligatio apte describetur si explicaverimus hujus obligationis :

a/ *fundamentum*, b/ *subjectum*, c/ *naturam.*

a) **Obligationis fundamentum.**

Est *lex divina* mandans ut ii qui curam animarum gerunt pro ovibus suis missæ sacrificium offerant, i. e. fructum specialem sacrificii pro ovibus viventibus sibi commissis gratis applicent (3). *Ecclesia* autem hoc divini juris præceptum est interpretata ac magis determinavit tum quoad illos qui talem dicendi sunt habere curam animarum ut illo præcepto teneantur, tum quoad dies in quibus urget, tum quoad modum et locum illud adimplendi.

Cum autem secundum divinam Ecclesiæ institutionem,

---

(1) Cfr A. Van Hove, *o. c., l. c.*

(2) Cfr A. Vermeersch-Creusen, *o. c., l. c.* — Hæc *dissimulatio* olim sæpe locum habuit erga matrimonia bona fide invalide contracta, ut exposuimus in nostro opere, p. 175 seq.

(3) Cfr s. Paulus, *ad Hebr. V*, v. 1-3. — Conc. Trid. *Sess.* 23, c. 1, *de ref. :* « Cum *præcepto divino* mandatum sit omnibus quibus animarum cura commissa est... pro his sacrificium offerre ». — Pius XI, const. *Amantissimi*, 3 maii 1858 : « apprime cognoscitis, sacrosanctum missæ sacrificium ab animarum pastoribus esse applicandum pro populo eorum curæ commisso, et hujusmodi obligationem *ex divino præcepto* descendere... »

officium pastoris, sua integritate seu plenitudine residet in solis episcopis, illi soli jure divino *absoluto* tenentur ad sacrificium pro populo offerendum. Pro parochis vero illa obligatio etiam fundatur in munere pastorali, at urget tantum ex jure divino *hypothetico*, scil. posito facto Ecclesiæ curam pastoralem in certum populum ipsis committentis (1).

b) **Subjectum obligationis.**

Dicta obligatione vi legis ecclesiasticæ jus divinum determinantis tenentur omnes « quibus cura animarum commissa est (2) » vel « qui actualem animarum curam exercent(3) ». Attamen non qualiscumque cura animarum sufficit ad illam obligationem inducendam, sed illi tantum obligantur qui *principaliter et immediate certum populum vi officii sui in spiritualibus regunt, seu omnes qui actu verum officium parœciale exercent.*

Proinde, præter episcopos aliosque prælatos, de quibus alibi (4), tenentur *parochi* omnes, quocumque nomine vocentur, etiamsi amovibiles (uti nostræ succursalistæ), vel vero beneficio destituti aut etiam non habentes reditus congruos ; deinde illi qui, quamvis proprie dicti parochi non sint, in jure tamen parochis æquiparantur, quia pro tempore ecclesiam parœcialem administrant, uti sunt : a/ *vicarius œconomus* (can. 473, § 1), qui vacante parœcia, ad curam in ea exercendam deputantur ; b/ *vicarius curatus* (can. 471, § 1), qui nempe curæ exercitium actuale habet, remanente penes alium cura habituali ; c/ *vicarius* parocho absenti *substitutus*, ex condicto tantum cum parocho (can. 466, § 5 et 474).

Consequenter quoad hanc obligationem parochis *non annumerantur* vicarii cooperatores seu parœciales ; vicarii adjutores seu, uti apud nos dicitur, coadjutores, etiam

(1) Cfr H. Vanden Berghe, Tractatus autographus : *De parochis*, p. 55.

(2) Conc. Trid. *l. c.*

(3) Benedictus xiv, Const. *Cum semper oblatas*, 19 aug. 1744.

(4) Cfr A. De Meester, *Compendium*, t. II, p. 159.

casu quo in omnibus suppleant parochi vicem, ita ut ipsis omnia jura et officia parochorum propria competant, nam semper *excipitur* missæ applicatio pro populo quæ parochum gravat (c. 475, § 2) ; omnes illi qui, quamvis erga animas sibi commissas peragant quamplura ex officiis quæ parochi erga oves sibi commissas exercent, tamen veri nominis parochi non sunt, uti : directores religiosarum, eleemosynarii carcerum et militum (1), rectores seminariorum, directores collegiorum, capellani asylorum pro pauperibus, et regulariter rectores hospitalium (2).

c) **Natura obligationis.**

Hic duplex aspectus est aspiciendus 1/ canonicus, 2/ moralis :

1. *Sub respectu canonico :*

Obligatio parochorum celebrandi pro grege est a/ *temporalis*, b/ *realis*, c/ *personalis*, d/ *localis*.

a) *Temporalis seu diebus determinatis affixa :*

Parochi tenentur celebrare pro grege « *omnibus dominicis aliisque festis diebus de præcepto etiam suppressis* » (can. 339, § 1) et obligatio illa ita non est affixa diei ut die transacta cesset, siquidem determinatio non est ad finiendam sed ad urgendam obligationem.

Ecclesia vult ut missa pro populo applicetur iis diebus quibus populus consuevit frequentius ad ecclesiam convenire sive ob majorem solemnitatem qua determinatus Sanctus, v. g. patronus loci colitur, sive ob solemnem commemorationem mysterii. Hi dies ab Urbano VIII a 1642, pro tota Ecclesia fuerunt indicati, addito postea a Clemente XI, a 1708, festo Immaculatæ Conceptionis. Ad dubia exorta propter festorum quorumdam translationem vel suppressionem tollenda Pius IX, in encyclica

(1) Quoad cappellanos militum, peculiaria s. Sedis præscripta sunt inspicienda, cf. can. 451, § 3, et *causa Nullius Clunien.*, 22 maii 1909, ap. A. A. S., t. I, p. 546.

(2) Quod rectores begguinagiorum spectat, hac lege tenentur, si non tantum sint rectores Begguinarum, sed simul eis commissa sit cura personarum sæcularium intra begguinagii fines habitantium.

Amantissimi, 3 maii 1858, illos denuo enumeravit. Post promulgatum Codicem, plures auctores, ob sensum proprium verborum « *dies festi de præcepto* », quæ can. 339, § 1, adhibet, non immerito concluserunt nonnullos dies olim obligatorios sub hac lege jam non comprehendi. At Commissio Codicis interpretativa huic interpretationi privatæ finem imposuit declarando in suo responso 17 febr. 1918 : « *Nihil hac in re per Codicem juris canonici immutatum esse a disciplina hucusque vigente* ». Ad remanentia tamen dubia tollenda, id petentibus multis episcopis, S. C. Conc. decreto 28 dec. 1919 indicem festorum suppressorum denuo publici juris fecit (1).

Ex his documentis constat celebrationem pro grege urgere : α/ omnibus diebus dominicis, seu 52 diebus ; β/ 10 diebus qui, præter dominicas, ex can. 1247 sunt de præcepto pro universa Ecclesia ; γ/ 24 diebus festis suppressis, quibus addenda sunt festa Patroni regni et patroni loci. Cum autem in Belgio festum Patroni regni, i. e. s. Joseph, coincidat cum festo qui ex can. 1247 jam sit de præcepto, remanet ut summa omnium dierum prædictorum pro nostra patria ad 87 ascendat.

In festo Nativitatis Domini, et si quod festum, etiam suppressum quoad præceptum, quo missa pro grege celebranda est, *incidat in dominicam*, satisfaciunt suæ obligationi parochi semel applicando pro populo (can. 339, § 2). Idem valet si duo festa in eumdem diem incidunt. Si festum ita transferatur ut in die *ad quem* non solum fiat officium cum Missa festi translati, sed serventur quoque obligationes audiendi missam et abstinendi a servilibus, missa pro populo applicanda est in die *ad quem* ; secus in die *a quo* (can. 339, § 3).

Huic regulæ celebrandi pro grege in diebus determinatis magna *restrictio* nunc facta est a Codice, dum statuit

---

(1) Cfr Claeys-Boüuaert, apud *Coll. Gand.*, t. XII, p. 175, ubi totam hanc materiam optime tractat ; E. Leroux, apud *Rev. eccl. de Liége*, t. XIV, p. 149 ; A. De Meester, *o. c.*, p. 207.

can. 466, § 3 : « Ordinarius loci *justa de causa* permittere potest ut parochus missam pro populo alia die applicet ab ea qua jure adstringitur ». « Ante codicem, scribit Claeys-Boüuaert, hæc episcoporum facultas non erat in juri communi contenta. Quandoque S. C Concilii ipsam episcopis per indulta specialia concedebat. Motiva hujus concessionis reducebantur ad necessitatem moralem applicandi missam, statuto die, vel pro funere alicujus defuncti vel pro sponsis. Præterea Benedictus XIV episcopis facultatem concesserat permittendi eamdem transpositionem parochis, qui adeo tenues habebant reditus, ut fere ex eleemosynis missarum vivere cogerentur (1).

Nullum dubium est ergo quin episcopi in hujusmodi casu paupertatis hanc dilationem possent permittere ; at, seposito hoc casu, quæstio ponitur inter commentatores novi juris, an verba can. 466, *justa de causa*, interpretari liceat secundum sensum sibi proprium, qui est generalis, vel an interpretanda sint secundum jurisprudentiam antecedentem et restrictivam S. C. Conc.

Adhæremus omnino sententiæ illorum qui tenent verba illa esse sumenda in sensu proprio et proinde generali. Interpretatio enim præprimis est facienda secundum sensum verborum proprium (c. 18) ; nec ratio est cur textus in casu restringatur ad sensum juris antiqui, nam, ex una parte, facultas præsens est quid novum in jure, et ex altera parte, in unico exemplo generalis concessionis hujus generis a R. Pontifice episcopis factæ sub antiquo jure, causa erat omnino determinata; et de particularibus concessionibus restrictivis a S. C. Conc. emanatis non est ratio habenda, cum nequidem inter fontes c. 466, § 3 annumerantur. Cæterum, ut attestantur auctores quibus praxis hodierna Curiæ Romanæ apprime nota est, nostra

(1) Cfr *l. c.*

interpretatio nullo modo est aliena a mente ss. Congregationum (1).

Atvero, judicium de *justa causa*, uti ex can. 466, § 3 apparet, in casu relinquitur episcopo, nec potest ergo *præsumi* nisi tempus recurrendi ad episcopum omnino deficiat.

Jamage, Episcopi Belgici, facultate a citato canone ipsis concessa innixi, rem in Stat. Conc. Mechl. ita determinarunt : « *quodsi exsequias defuncti aut aliud solemne officium quod differri non possit peragendum ipse* (parochus) *habeat, vel alio modo, v. g. ratione infirmitatis, legitime impediatur, statis diebus applicet per alium ; si neque id præstare possit, quamprimum per se ipse vel per alium applicet alia die* ». (2)

Ex quo textu constat Episcopos provinciæ belgicæ modo generali permittere ut parochi, debitis sub conditionibus, adimpletionem hujus obligationis celebrandi pro grege ad alium diem differant. Conditiones autem sunt : a/ ut officium impediens differri nequeat, et quidem sine notabili incommodo ; b/ ut agatur vel de exsequiis defuncti vel de alio officio *solemni*, uti esse possunt : anniversarium solemne pro defunctis, missa pro sponsis, missa commemorativa vel in gratiarum actionem pro publico eventu, uti v. g. hoc anno die 11ª novembris in pluribus locis obtinuit.

Ideoque si ageretur de missa manuali vel de quodam officio non solemni, oporteret pro casu speciali recurrere ad episcopum.

Notatu dignum est Conc. Mechl. *expresse* parochis applicare quod can. 399, § 4 directe de episcopis statuit :

---

(1) Interpretationem restrictivam propugnant : A. De Meester, *o. c.*, p. 302 ; Cocchi, *Commentarium in Codicem*, t. I, p. 401. — Sententiam latam tenent : A. Cappello, *De Sacramentis*, n. 652 ; et affirmationem suam contra A. De Meester vindicat in *Gregorianum*, t. VI, p. 295 ; F. Claeys-Boüuaert, *art. cit.* p. 176.

(2) *Conc. Mech.* IV, decr. n. 150. Eadem verba in statutis nostris, n. 57, 3° inseruntur.

nempe quod character *temporalis* obligationis prævaleat characteri *personali*, siquidem imprimis curare debet impeditus parochus, ut *statuto die* applicet per alium. (1)

b/ *Realis character* hujus obligationis ex eo elucet quod urget, et quidem ex justitia, quousque res præscripta, i. e. fructus missæ, qui dicitur medius, pro populo applicandus, fuerit adimpleta ; ita ut si ipse parochus non valeat missam pro grege celebrare, debeat illam applicare per alium ; et si illa celebratio, quacumque de causa, etiam legitima, omissa fuerit, quam citius tot applicandæ sint missæ quot fuerunt omissæ. Si tamen omissio bona fide peracta sit, quandoque s. Sedes condonationem elargitur. (2)

Urget illa obligatio nonobstante omni consuetudine contraria etiam immemorabili, et *remota omni exiguitatis redituum excusatione aut alia quavis exceptione.* (3)

Hoc principium imponitur jure communi ; at, petentibus episcopis s. Sedes aliquando indulget pauperibus parochis dispensando ab onere celebrandi pro grege *diebus festis abrogatis.* Remanet tunc generatim obligatio stipendium missæ dispensatæ afficiendi diœcesanis operibus vel saltem ad mentem episcopi. (4) Ita apud nos « vi facultatis apostolicæ licet parochis hujus diœcesis *in festis abrogatis* accipere stipendium ad intentionem dantis, ea tamen lege ut præfatum stipendium, aut pars stipendii celebranti obveniens, impendatur « Fundo scholari », litteris 15 aprilis 1924 constituto. Apud nos, ex ipso

---

(1) Cfr. Claeys-Boüuaert, *l. c.*, p. 177.

(2) Vide exempla condonationis apud Rev. eccl. de Liége, t. XIV, p. 155 ; Cappello, *o. c.*, n. 652 ; Claeys-Boüuaert, *l. c.*, p. 178 in nota.

(3) Cfr declaratio Benedicti xiv, Const. cit. *Cum semper oblatas*, § 5. — Can. 339, § 1, qui directe de episcopis loquitur. In conc. Mechl., n. 148 hæc verba, ad normam can. 466, § 1, applicantur expresse parochis.

(4) Cfr S. C. Conc., in *Papien.*, 16 dec. 1914, apud A. A. S. t. VII, p. 26. Cfr indultum concessum diœcesi Leodiensi, in *Rev. eccl. de Liége, l. c.; Tornacensi*, in *statutis diœcesis Tornacensis*, a. 1925, p. 19 ; *Gandavensi*, in *Litt. epis. Gandav.* 1919, p. 71.

tenore indulti, integrum stipendium sive missæ lectæ sive missæ cantatæ præfato operi a parochis est solvendum, sibi retentis tamen, si quæ sint, juribus casualibus aut parœcialibus, retentis etiam retributionibus forsan obvenientibus pro labore extrinseco, necnon iis quibus augeatur eleemosyna intuitu personæ ». (1) Parocho vero liberum est in festis abrogatis vel celebrare pro grege, vel pro alia intentione missa applicare, modo hujus stipendium fundo scholari erogetur (2).

c/ *Charactér personalis* obligationis in eo est quod parochus *per se ipsum* missam applicare tenetur, nisi legitimo detineatur impedimento. At Codex statuit : « legitime *absens parochus* potest missam pro populo applicare vel ipse per se in loco in quo degit, vel per sacerdotem qui ejus vices gerat in parœcia » (can. 466, § 3). Probe tamen notandum est hanc eligendi facultatem parocho tantum concedi casu quo a parœcia legitime absens sit ; si enim in parœcia præsens sit et simul legitimo impedimento excusetur ab hoc onere personaliter adimplendo, debet curare ut *alius statuto die* in sui locum celebret, ut diximus sub a/.

Ratio hujus *personalis* obligationis esse videtur, quod, licet sacrificium possit *ex opere operato*, « fructus tamen sacrificii uberior *ex opere operantis* esse possit, et jure putandus est innixius et efficacius ad Deum ille esse oraturus, cujus oves sunt propriæ, quam qui mercenarius est. Deinde, in celebratione missæ pro populo parochus ministerium mediatoris exercet, et hoc alteri mandari non potest, quippe eligitur persona » (3).

Consuetudo contraria huic characteri personali non admittitur, uti constat ex responsis S. C. Conc.

Ut *causæ excusantes* a *personali* adimpletione allegari

---

(1) Cfr Statuta diœcesis Brugensis, a. 1926, n. 57, 4° ; cfr etiam quoad explicationem hujus textus art. quem scripsimus in *Coll. Brug.*, t. 28, p. 82.

(2) Cfr Statuta, *l. c.*

(3) Cfr A. De Meester, *o. c.*, p. 298.

possunt : legitima absentia e parœcia (c. 466, § 5) ; infirmitas vel alia physica impossibilitas; celebratio cujusdam solemnis officii quod differri nequeat et quod ipse parochus peragendum habeat (1).

d/ *Character localis* can. 466, § 4 determinatur : « Parochus missam pro populo applicandam celebret *in ecclesia parœciali*, nisi rerum adjuncta missam alibi celebrandam *exigant aut suadeant* ». In § sequenti ejusdem canonis datur parocho legitime absenti facultas obligationi satisfaciendi sive per semetipsum in loco in quo degit, sive per alium ; at, hoc ultimo in casu, debet curare ut missa pro grege celebretur in ecclesia parœciali per sacerdotem supplentem. Cum vero lex sine ratione cogenti non sit extendenda ultra sensum verborum, extra hunc casum parochus speciali præcepto non tenetur curare, ut missa pro grege, quam legitime *per alium* celebrare facit, celebretur in ecclesia parœciali (2).

Uti ex textu citato Codicis apparet, quod characterem localem spectat hujus obligationis, multum relinquitur prudenti judicio parochi. Ita communiter auctores admittunt excusare a præsenti regula motivum festivitatis specialis celebrandæ in quodam parœciæ oratorio ; casus quo parochus, servatis de jure servandis, sub dio propter publicam solemnitatem celebrat vel parœcianos suos, piæ peregrinationis causa, ad aliquod sanctuarium ducat (3).

e/ *Modus seu solemnitas*. Spectato *jure communi* nihil præscribitur circa hujus missæ solemnitatem. De *jure* vero *particulari* in Conc. Mechl. statuto, n. 149 : « *Missa pro populo celebretur hora fixa, et fideles ut ei intersint invitentur* ». Non tamen præcipit Conc. Mechl. pro toto Belgio ut missa pro grege sit solemnis ; addit tamen :

---

(1) Proinde non jam datur ratio insistendi in causis excusantibus *quasi-canonicis* de quibus A. De Meester; *o. c.*, *l. c.*

(2) Cfr Claeys-Boüuaert, *art. cit.*, *l. c.*

(3) Cfr A. De Meester, *o. c.*, *l. c.*; Cappello, *o. c.*, n. 652; Claeys-Boüuaert, art. cit., p. 179 ; E. Leroux, *l. c.*, p. 157.

« *consuetudo commendatur eam celebrandi in cantu vel solemniter* ».

In nostris statutis hoc præscriptum non expresse mutatur in præceptum. Nec auderemus contendere apud nos consuetudinem vere juridicam, stricte obligantem ad illam celebrandam in cantu vel solemniter, existere; quamvis utique fateamur usum, nitentem positiva præscriptione antiquorum statutorum, invaluisse et remansisse cantandi summum sacrum pro grege (1).

Si autem parochus rationabilem ob causam personaliter summum sacrum non celebret, *oportet tamen suam missam applicet pro grege* (decr. 149, Conc. Mechl.). Ut causa rationabilis, ob quam permittitur ut alius sacerdos celebret summum sacrum, allegari potest : debilis valetudo parochi ; præsentia presbyteri alieni qui ad breve tempus in parœcia moratur ; honor deferendus neo-sacerdoti primitias offerenti (2).

De modo celebrandi jus commune determinavit missam pro grege regulariter esse celebrandam *de officio diei*, etiam in illis dominicis ad quas perpetuo affixa est solemnitas externa festorum abrogatorum a 1802 (3).

2. *Sub respectu morali.*

Obligatio *realis* semper *gravis* est, innixa *motivo justitiæ* (4) ; unde omittere applicationem peccatum esset mortale, etiamsi ageretur de unica missa, et omissio, etiam involuntaria, sub gravi supplenda foret. Hæc

---

(1) Scribit Leroux, *l c.* : « En certains diocèses la messe offerte pour la paroisse doit régulièrement être la grand'messe. Tel n'est pas le cas au diocèse de Liége ». — In Statutis diœcesis Gandav. est præceptum, n. 43. — Cfr etiam pro officiis in diebus festis abrogatis peragendis, nostra statuta ad n.° 161.

(2) Cfr A. De Meester, *o. c.*, p. 298.

(3) Scil. iis Dominicis ad quas transferuntur solemnitates Epiphaniæ, Corporis Christi, ss. Petri et Pauli, cfr *decr. gen.*, 23 oct. 1913, tit. I, n. 2. — Exceptio admissa est in resp. 16 junii 1922, n. VIII, quoad missam celebrandam in Dominica ad quam transfertur festum Patroni loci.

(4) Berardi, *De parocho*, n. 101 ; Lehmkuhl, *Theologia moralis*, t. I, n. 196 ; Genicot-Salsmans, t. II, n. 227, Cappello, *o. c*, n. 656.

autem obligatio, equidem gravis, manet quousque satisfactum non fuerit.

Ut diximus, huic obligationi primariæ accedunt *determinationes secundariæ* : nempe ut celebretur *per se*, et non per alium ; *die præfixo* et non alio quovis ; et cum de parocho agitur : *in ecclesia paræciali*. Ad has obligationis determinationes secundarias servandas tenetur parochus *ex virtute obedientiæ* et obligatio dici debet *gravis ex genere suo*.

Practice vero materia erit, ut videtur (1), *gravis* si *crebro* et absque ullo motivo, omittantur, *levis* si raro tantum ; cæteroquin, juxta dicta, illæ secundariæ omissiones ob justas causas omitti possunt. At, parochus numquam tenetur supplere propter omissas illas circumstantias, modo ipsa res seu missæ applicatio omissa non fuerit.

Aliunde tamen parochus etiam caritatem lædere potest, onus celebrandi summum sacrum indebite in suum vicarium rejiciendo (2).

J. Brys.

---

(1) Dico : ut videtur. Nam triplex est sententia inter auctores. Quidam enim censent omnes circumstantias *toties quoties* esse sub gravi servandas ; alii distinguunt inter unam et aliam, et dicunt esse mortale, si personaliter non applicetur aut diebus præscriptis ; veniale, si una aliave vice dumtaxat seu *raro* præfatæ circumstantiæ non serventur, citra rationabilem causam. Capello, *o. c.*, n. 656.

(2) Cfr *Collat. Brugen*, t. VII, p. 530.

Miscellanea.

Tu autem Domine miserere nobis.

Hac formula solet lector absolvere lectiones officii, eique respondetur a choro : *Deo gratias*. Ratio et significatio hujus conclusionis non est primo aspectu obvia. Ab auctoribus communiter sequenti modo explicatur ex usu antiquo.

Lectiones officii erant prolixæ earumque duratio indeterminata pro adjunctis brevior longiorque fieri poterat. Præsidis autem chori erat lectionis finem signo indicare. Quem in finem alta voce dicebat, ipse vel diaconus designatus, ad lectorem : *Tu autem cessa* vel *desine*. Respondebat lector : *Domine, miserere nobis*. Decursu autem temporis, pericopis usu determinatis, factum est ut jam non interveniret præfectus chori, sed, omissa voce *cessa*, lector ipse pronuntiaret utramque formulam in unam conjunctam : *Tu autem, Domine, miserere nobis*. Indicium hujus evolutionis habemus in multis documentis antiquis quæ notant sola verba *Tu autem*.

Quam explicationem, utut intricatam, communiter et quasi indubitanter proponunt auctores etiam optimæ notæ, quales sunt, inter antiquos, Mabillon (1) et Grancolas (2), et inter modernos, Probst (3), Baümer (4), Thalhofer (5) Eisenhofer (6) et alii.

---

(1) Mabillon, *Musæum italicum*, t. II, p. cxxvii, coll. p. 123 et 174.

(2) Grancolas, *Commentar. historic. in roman. Brev.*, cap. 32, p 98 ; Antverpiæ, 1734.

(3) F. Probst, *Brevier und Breviergebet*, § 42, Tubingen, 1868.

(4) S. Baümer, *Geschichte des Breviers*, p. 268, Freiburg, 1895.

(5) Thalhofer-Eisenhofer, *Handbuch der Kathol. Liturgik*, ed II, t. II, § 98, n 1, c), Freiburg, 1912.

(6) L. Eisenhofer, *Kathol. Liturgik*, § 69, 3, Freiburg, 1924. Cf. *Commentaire sur la règle de S. Benoit*, par l'abbé de Solesmes, 1919, pp. 173 ; 180.

*
* *

Et tamen hæc sententia nullo modo nobis arridet.

Nullis enim fulcitur documentis. *a*) Nullo testimonio roboratur verbum *cessa, desine*, vel aliquid simile, quod mere supponitur ab auctoribus, quia verba *Tu autem* per se sola non habent sensum. *b)* Nec ullum adducitur documentum citans duas partes formulæ tanquam versum et responsum aut tanquam duas formulas divenas. (1) *c*) Priora verba *Tu autem* sola sæpe citantur, non solum in antiquioribus documentis sed etiam in recentioribus, eo nempe tempore quo certissime tota formula ab uno per modum unius recitabatur. (2)

His duobus verbis, per abbreviationem indicatur tota formula, secundum usum abbreviandi valde communem, puta in verbis *Pater noster*, *Gloria Patri*, *Per Dominum*, quibus solent designari oratio dominica, doxologia aut conclusio longior orationum.

Formula autem integra hodie est : *Tu autem*, *Domine miserere nobis*. Et talis erat ab antiquis in officio romano. Nam in recentius invento *Ordine officiorum ecclesiæ Lateranensis*, (3) ex medio sæculo XII, citatur prædicta conclusio sub triplici forma diversa : *Tu autem* (n. 117); *Tu autem*, *Domne* (n. 132) ; *Tu autem*, *Domine*, *miserere nobis* (n. 139).

Et multo antiquius, circa annum 680, formulam integram, absque ulla separationis insinuatione, exhibet Joannes archicantor basilicæ S. Petri Romæ, indicans modum absolvendi lectionem ad mensam in monasteriis romanis : *Tu autem Domine miserere nobis.* (4)

---

(1) Interdum quidem aliqui, v. g. diaconi, præcinebant priora verba *Tu autem* vel *Tu autem Domine*, et versiculum prosequebatur lector, ut videre est in Ordine romano XI, ca. 1143 (ap. MABILLON, *o. c.* p. 123 et 174). Sed eodem modo præcinebantur priora verba antiphonarum et psalmorum. Inde ergo nihil concludendum.

(2) Vide v. g. Breviarium, ad officium defunctorum post 1m lectionem.

(3) Edit. L. FISCHER, 1916, München.

(4) Edit. C. SILVA-TAROUCA, *Giovanni « Archicantor » di S. Pietro a Roma e l' « Ordo Romanus » da lui composto.* in *Miscellanea G. B. de Rossi* ; Memorie, vol. I, part. I, Roma, 1923, p. 213.

Si nunc quæratur quonam modo finis imponeretur lectionibus protractis et incircumscriptis, valde incongrua nobis videtur sententia communiter recepta. Vix enim sensum habent verba *Tu autem*, etiamsi gratis supponatur addi verbum *cessa*. Valde autem simplex et omnino practicus est usus, qui hodiedum permansit pro lectionibus ad mensam in monasteriis. Momento quod abbas æstimat congruum, ipse tintinnabulo vel alio instrumento dat signum aliquod. Statim lector cessat a lectione et per modum conclusionis dicit : *Tu autem Domine miserere nobis*. Cui respondent omnes *Deo gratias*. Quam facilis, quam rationabilis agendi ratio !

Eumdem modum etiam ab antiquis servatum fuisse, ex nonnullis textibus elucet. In citato enim tractatu *De convivio* dicit Joannes Archicantor (ca. a. 680) : « *tangit prior mensam* ut sileat ipse lector modicum » (1). Novimus ulterius Carolum Magnum, qui lectionibus liturgicis maximam haberi volebat curam, non solum designasse lectores sed etiam finem lectionis, quando aderat, significasse « baculo aut sono gutturis » (2). In quibusdam ecclesiis dicebat chori præses ; *Fac finem* (3). Sed quovis modo indicaretur finis lectionis, in ecclesiis quæ sequebantur usum romanum, dicebat lector : *Tu autem Domine miserere nobis*. Et chorus respondebat *Deo gratias*.

Quando, decursu temporis, initium et finis singularum lectionum fuit determinatus, interventus præsidis chori factus est inutilis ideoque merito suppressus. Sed nulla erat ratio ut lector omitteret suam conclusionem, quæ ideo usque in hodiernum diem servata est.

Ad *significationem* quod attinet, primo notandum est

---

(1) Edit. C. Silva-Tarouca, *op. c.*, p. 213. Pari modo teste Cassiano *De coenob. inst.* II, 11) indicabatur apud antiquos monachos finis cantus psalmorum.

(2) *De gestis Caroli Magni*, l. I, c. VII (MPL, XCVIII, 1376).

(3) D. Martene, *De antiqua Eccl. disciplina in divinis celebrandis officiis*, Lugduni, 1706, p. 33.

dici « Domine », non vero « Domne ». (1) Dirigitur ergo non ad « domnum » abbatem vel præsidem chori, sed ad « Dominum » Deum. Hoc diserte testatur sæc. XI Beleth, qui sententiam ita explicat : « Domine forsitan ego peccavi in legendo modulate pronuntians humanæ laudis cupiditate, et fortassis etiam peccaverunt auditores, quod variis cogitationibus fuerint intenti et lectioni debitum non tribuerint auditum, sed o tu, Domine, miserere nostri ». (2) Respondent autem audientes *Deo gratias*, « ac si dicerent : Deus pavit nos verbis salutis, quæ sunt animæ cibus, de quo beneficio vicissim nos Deo gratias agimus ». (2) Et hæc interpretatio ut valde rationabilis admittenda videtur.

* * *

Præfatus concludendi modus supponit lectionem cujus finis non sit usu statutus et cujus duratio sat facile aliquam negligentiam causare possit in legendo vel in audiendo.

Tales erant certe per plura sæcula *lectiones nocturnorum*. Lectio solebat esse continua, hoc sensu quod hodie incipiebant legere ubi heri desierant. Interdum lectio in officio incœpta absolvebatur ad mensam. (3) Regulæ s. Cæsarii et s. Aureliani jubent tria vel quatuor paginas legere ad singulas lectiones. Narrat Gregorius Turonensis in processione Rogationum ad Nonam legi, feria II librum Tobiæ, feria III librum Judith, feria tandem IV librum Esther. Et sæc. XI adhuc refert Udalricus librum Genesis integrum una Septuagesimæ hebdomada fuisse perlectum, Isaiam sex ante adventum Domini noctibus, epistolam ad Romanos duabus.

S. Benedictus quidem modo valde practico multum breviavit has lectiones in noctibus æstivis, sed generatim omnes lectiones breviari cœperunt communiter tantum

---

(1) In *Ordine officiorum eccl. Lateranensis*, n. 132, semel scribitur « Domne » ; sed videtur habenda hæc lectio ut erronea.

(2) Joan. Beleth, *Rationale divinorum officiorum*, c. XXV.

(3) *Ordo offic. eccl. Lateran* n. 254.

sæc. X. Jamvero formula conclusionis, ut vidimus, a sœculo *saltem* VII invaluerat.

Item dicendum est de *lectione brevi* ad finem Primæ et ad initium Completorii. Ex primæva institutione erant lectiones spirituales, ad officium diei non pertinentes, monasteriis propriæ, quæ ex libro ascetico aut ex Regula fiebant mane, ante discessum ad opera diei et vespere, cœnam inter et Completorium. Habebant conclusionem consuetam *Tu autem* etc. Decursu temporis officiis canonicis Primæ et Completorii tanquam partes integrantes adjunctæ sunt. Sed in ecclesiis sæcularibus, maxime ad recitationem solitariam, eis substituta est lectio brevis hodierna, quæ tamen origenariam servavit conclusionem *Tu autem Domine* etc.

Prorsus diversa est conditio brevium lectionum quas *Capitulum* nuncupamus. Existebant illæ ad tres Parvas Horas in officio romano diu ante Regulam s. Benedicti (1). Et quum solerent desumi ex epistola missæ, ab initio, ut videtur, fuerunt valde breves et erat eorum textus omnino determinatus. Non erat ergo ratio ut adhiberetur signum a præside, aut specialis formula conclusionis, sed, cessante lectore, respondebat congregatio : *Deo gratias*, pro beneficio lectionis.

Et non videtur alius usus fuisse admissus ad absolvendas lectiones *epistolarum* in missa. Quamvis interdum sat prolixæ essent, valde cito — certe jam sæc. VI et valde probabiliter jam sæc. V — earum initium et finis erant usu determinata. Iis igitur respondebatur simpliciter : *Deo gratias*.

C. Callewaert.

---

(1) *Laudes Matutinæ* ap. *Collat. Brugen.* t. XXVIII, p. 246. Ipse s. Benedictus induxit capitulum ad Laudes et Vesperas, eorumque textum elegit pro officio dominicali et feriali (*Ibid*).

Octiduum supplicationum ad Ecclesiæ unitatem obtinendam.

In nostro calendario liturgico anni proxime sequentis, ante dominicam I post Epiphaniam, hæc nota inserta legetur : « A festo cathedræ s. Petri (18 jan.), ad festum conversionis s. Pauli (25 jan), celebrabitur *octiduum ad unitatem Ecclesiæ precibus obtinendam.* Sacerdotes post missam recitabunt preces probatas (quas vide in folio adjecto), et idem octiduum commendabunt fidelibus ut hi uno ore sacerdotibus associentur ».

Ad animandos omnes sacerdotes ut cum fervore et zelo laudatæ præscriptioni satisfaciant, utile visum est paucis verbis originem, propagationem et indolem hujus octidui recolere (1).

Origo. Anno 1908, minister quidam protestanticus sectæ episcopaliendis, (Episcopal church) in America, L. T. Wattson, consilium iniit et inter suos late propagavit, ut durante octiduo supra relato, per Fœderatos Status, tum prædicationibus institutis, tum orationibus effusis promoveretur reditus omnium christianorum separatorum ad unitatem Ecclesiæ : quod octiduum ipse vocabat « The church unity octave » (2).

---

(1) Cfr *Nederlandsche katholieke stemmen*, t. XXVIII, 1928, p. 10 ss., coll. t. XX, 1920, p. 107 ; *Collectanea mechliniensia*, 1928, p. 129.

(2) Idem Wattson, anno 1895, Neo-Eboraci congregationem religiosam sub regula franciscali inter protestantes instituere aggressus est, hinc pro feminis, inde pro viris ; quam vocavit sodalitatem « expiationis ». Duo quoque periodica publicavit, « *The Antidote* » et « *The Lamp* », ad promovendam unionem cum Ecclesia romana. Primus fructus hujus apostolatus fuit quod omnes sic dicti religiosi et religiosæ expiationis, anno 1910, cum Ecclesia romana reconciliati sunt. Interea in Anglia simile consilium promovendi unionem christianorum iniit et promovit aliquis minister anglicanus, Spencer J. Jones, in unione cum Lord Halifax.

Processus. Anno 1909 rogavit et obtinuit Wattson approbationem Pii X. Die 25 februarii 1916, Benedictus XV, in suis litteris apostolicis *Romanorum Pontificum*, octiduum iterum approbavit, et « ut, ad optatum exitum facilius consequendum, [speciales] preces [dictis litteris adjectæ] ubique gentium et cum uberi animorum fructu Deo adhibeantur», concessit 1° indulgentiam plenariam pro recitantibus quotidie per octo memoratos dies laudatas preces, sub conditionibus confessionis, communionis, visitationis ecclesiæ vel oratorii publici cum precibus ad intentionem Summi Pontificis, et præterea 2° indulgentiam 200 dierum pro fidelibus quolibet ex octo diebus memoratis easdem preces recitantibus. (1) Tandem Pius Pp XI in festo Cathedræ s. Petri missam ad intentionem octidui celebravit.

Anno 1921, omnes episcopi catholici in America consensu unanimi statuerunt ut octiduum in omnibus diœcesibus Fœderatorum Statuum celebraretur. Eodem anno eædem preces a Sede romana approbatæ assumptæ et suis fidelibus propositæ sunt a congressu universali ecclesiarum protestanticarum et orientalium (World conference), dum simul plures Græci-schismatici ad hanc supplicationem universalem accesserunt. (2) Anno 1922 in Hollandia idem octiduum inter catholicos primum celebrari cœpit, ibique anno sequenti nomen « Internationale bidweek » accepit. Anno 1928, in Directorio liturgico mechliniensi et apud *Collectanea mechliniensia*, t. XVII, p. 129, octiduum commendatum est atque omnes episcopi Belgii, sparso folio cum precibus præscriptis, clerum et fideles suos hortati sunt ad participandum huic devotioni.

Hucusque plus quam 880 prælati, cardinales, archiepis-

(1) Cfr *Acta apostolicæ Sedis*, t. IX, 1917, p. 61.

(2) Factum mirandum et inde a tempore Reformationis prorsus inauditum, quod sectæ dissidentes cum catholicis deprecando ita uniantur ad unitatis restaurationem a Deo impetrandam ! Ne tamen obliviscamur ab hac unione in precando ad unionem in credendo totam veritatem revelatam, longam ac arduam restare viam.

copi, episcopi subsignarunt litteras supplices ad sanctam Sedem directas ad obtinendum ut laudatum octiduum in universa Ecclesia ex officio instauretur.

Indoles. Dum in initio octiduum inductum est ad promovendam unionem omnium christianorum in unum ovile, nunc jam extenditur intentio supplicantium ad omnes universim acatholicos, nimirum ad impetrandum a Patre luminum ut omnes errantes ad unitatem Ecclesiæ revocare, et infideles universos ad Evangelii lumen perducere dignetur.

A. Legrand.

Consultationes.

I. De dispensatione in lege abstinentiæ.

Quæstio. — *Uxor ducis militum qui a munere suo sese abdicavit (rustend officier, reserve-officier, ontslag-nemend of gepensionneerd officier), petit a confessario utrum possit, sicut antea, uti, pro tota familia, facultate edendi carnes qualibet per annum die, præter feriam VI in Parasceven. Addit maritum suum ecclesiam non frequentare, sed tamen sat bene dispositum esse ; timet vero ne nimis urgendo abstinentiæ obligationem animum mariti offendat, omnemque conversionis spem præpediat.*

Respondetur. — Agit quæstio de dispensatione episcopali pro nostra diœcesi concessa militibus eorumque familiæ, in dispositionibus quadragesimalibus, sub IV : « Krachtens bijzondere macht van den H. Stoel ontvangen, staan Wij toe *aan de militairen van allen graad, aan hunne huisvrouwen, kinderen en dienstboden*, alsook aan de andere personen die dadelijk in militairen dienst zijn, het gebruik van vleesch op al de dagen van het jaar, uitgenomen op Goeden Vrijdag ».

Jamvero hæc quæstio olim jam in hoc periodico posita et *in sensum affirmativum soluta* fuit, additis optimis motivis sequentibus : « Etsi enim tales de facto jam non sint servitio militari addicti, tamen communi sensu et vocabulo habentur ut milites ; solent cum pristinis suis armorum sodalibus conversari, eos invisere et vicissim recipere, cum illis non raro conviviis et solemnitatibus militaribus adesse, brevi se gerere ut qui vera quadam adhuc ratione pertinent ad classem militum » (1).

---

(1) *Collat. Brugen*, XIV (1909), p. 447.

Revera, tunc temporis, apud nostros hæc omnia obtinebant. Nam omnes fere militum duces, (qui cœteroquin erant sic dicti « beroepsofficieren, — officiers de carrière »), etiam postquam a munere suo se abdicarant, seipsos gerebant et communi omnino sensu habebantur ut qui vera adhuc ratione ad militarem ordinem pertinebant, unde merito addebatur : « etiam apparet pro ipsis de facto adfuisse rationes seu causam qua ipsis sicut et cœteris a legislatore fuerit dispensatio concessa » (1).

Sed decursu viginti annorum *nonnihil apud nos mutata sunt adjuncta*, — tum 1) *legibus successivis* (2) quæ onus militiæ ad plures numero cives extenderunt (algemeene dienstplicht), ita ut ordines ducum qui missionem acceperunt notabiliter etiam sint multiplicati ; — tum 2) *necessitate vitæ œconomicæ* ob quam multi sane duces, ad meliorem sibi comparandum vitæ statum, prorsus valedixerunt cuicumque militari rationi, transeuntes ad munera socialia mere civilia magis lucrativa. (Quot olim militum duces nunc in vita civili commercium agunt, munera diversissima implent medici, advocati, notarii, vel et scribæ, bankbediende, handelsreiziger, etc. etc.) ; — tum 3) *præsertim ratione belli* 1914-1918, quo tempore, ad complendos militiæ ordines, tot milites ad gradum plus minusve eximium ducis evecti sunt, quin unquam intenderint postea rationem militarem retinere, et præcipue quin peracto bello ad vitam priorem reduces, ullam relationem (præter stipendia quædam sibi elargita, vel pensionem) cum militia servaverint.

Adeoque, jam hisce diebus non amplius auderemus dicere allata motiva olim tam valida nunc adhuc indiscriminatim applicari omnibus hujusmodi ducibus ipsorumque familiis, nec proinde dispensationem episcopalem ad omnes indiscriminatim extendendam esse. Sed potius

---

(1) *Ibid.* p. 448.

(2) Leges 14 decembris 1909, 10 martii et 4 augusti 1923, etc.

distinctionem faciendam ducimus inter duas ducum species :

— *ex una parte*, duces qui adhuc quodammodo verificant istas rationes, scilicet qui adhuc sese gerunt, necnon vocabulo et communi sensu habentur ut qui adhuc ad militiam pertinent, quod maxime verificatur apud eos qui eximiores in militia gradus obtinuerunt, et generatim adhuc apud sic dictos « beroepsofficieren, — officiers de carrière ».

— *ex alia parte*, duces qui, licet ad gradum aliquem — præsertim belli tempore — evecti, post bellum jam prorsus valedixerunt cuicumque militari rationi necnon militiæ relationibus, qui munere funguntur mere civili, qui jam nec nomine nec communi æstimatione ad dictam « classem militarem » reducuntur, nisi forte, sicut cœteroquin ordinarii etiam milites, sub nomine « oudstrijders ».

Unde practice, quoad casum propositum :

1) Si dux ille *certo ad primam speciem* reducendus apparet, uxor ejus *tuto* pro tota familia dicta dispensatione uti *pergat.*

2) Si *certo ad secundam speciem* pertinere apparet, nobis non videntur ulterius verificari rationes cur episcopalis dispensatio adhuc ad talem familiam extendatur (salvis dicendis sub 3°).

3) *Si applicatio dubia remanet* etiam post prudentem æstimationem, — *vel* si dux certo ad secundam speciem pertinet, at *ob alia motiva*, ut v. g. ob motivum boni spiritualis seu non præpediendi conversionem ipsius ducis, temperamenta quædam adducenda videntur : obvia et facillima via uxori aperta manet, quam et confessarius ipsi consulat. Uxor illa scilicet in ipsa confessione pro seipsa a quocumque confessario, vel quod adhuc melius erit, pro tota simul familia a parocho suo (etiam extra confessionem) dispensationem petat, quam parochus sane — inspectis hujusmodi motivis sufficientibus — inhæsitanter concedere poterit ad normam Canonis

1245, § 1 : « Non solum Ordinarii locorum, sed etiam parochi, in casibus singularibus justaque de causa, possunt subjectos sibi singulos fideles *singulasve familias*, etiam extra territorium, atque in suo territorio etiam peregrinos, a lege communi... de observantia abstinentiæ et jejunii... dispensare ». (1)

St. Willems.

II. Casus de matrimonio inter concubinarios.

Joannes, homo valde dives, uxorem suam legitimam dereliquit ut in *publico concubinatu* viveret cum Bertha, *filia Rosæ, viduæ fratris sui*. Bertha moritur paucos dies postquam peperit filium et Rosa curam gerit infantis. Joannes in eadem domo habitat. Sic factum est ut, post breve tempus, Joannes *concubinarie* viveret cum Rosa eique *promitteret matrimonium* post mortem legitimæ uxoris suæ ineundum. Post aliquot annos, accepto nuntio mortis istius, Rosa a Joanne executionem promissionis exigit. Ille vero, qui *sæpe* et *notorie* confessus est se non credere in Deum nec in alteram vitam, consentit tamen matrimonium inire coram Ecclesia, *dummodo nullam confessionem instituere cogatur*.

Parochus, qui omnia frustra tentavit ut Rosam a concubinatu averteret, vellet matrimonium illud celebrari, ut publicum scandalum cesset ; verum, quia res videtur intricata, rogat quid sit faciendum in hunc finem.

Responsum.

1/ Quia Joannes, quamvis non transierit ad sectam acatholicam nec adscriptus sit societati ab Ecclesia damnatæ, fidem tamen notorie abjecit, considerandus venit can. 1065, § 1 : Absterreantur quoque fideles a matrimonio contrahendo cum iis qui notorie *aut* catholicam fidem abjecerunt, etsi ad sectam acatholicam non transierint, *aut* societatibus ab Ecclesia damnatis adscripti sunt. § 2. Parochus prædictis nuptiis ne assistat, nisi consulto Ordinario, qui, inspectis omnibus rei adjunctis, ei permittere poterit ut matrimonio intersit, dummodo

(1) Cfr *Collat. Brugen.*, XXIV (1924), p. 158, ss.

urgeat gravis causa et pro suo prudenti arbitrio Ordinarius judicet satis cautum esse catholicæ æducationi universæ prolis et remotioni periculi perversionis alterius conjugis ».

In casu nostro, parochus frustra conatus est Rosam a concubinatu avertere ut occasio peccati alio medio quam matrimonio cessare contingat, adeoque periculum concubinatus est *gravis ratio* ob quam ab Ordinario licentiam petat assistendi matrimonio. At, insuper inquirere debet an obtineri possint *cautiones* sufficientes de educatione catholica universæ prolis, nisi forsan ob ætatem Rosæ omnis spes prolis evanuerit. Dein, examinandum habet an sufficienter periculum perversionis a Rosa averti possit, puta, si Joannes paratus sit plenam Rosæ relinquere libertatem in adimplendis religionis suæ officiis. Debebit enim in petenda licentia assistendi matrimonio monere Ordinarium futuros conjuges serio paratos esse ad cautiones præstandas quas Ordinarius exigendas æstimat.

Notetur Ordinarium posse permittere ut matrimonium celebretur cum ritu ecclesiastico et missæ sacrificio, cum in canone prædicto non occurrat restrictio quæ in can. 1102, § 2 pro matrimoniis mixtis inseritur. Attamen, vix non semper præstabit matrimonium sine sollemnitate celebrare, adeoque sine pompa, imo sine missa.

Quod attinet *confessionem*, cum can. 1033 eam *non imponat* sed moneat parochum ut nupturientes « vehementer *adhortetur* ut ante matrimonii celebrationem sua peccata diligenter confiteantur », si Joannes confiteri renuit, assistentia matrimonio non est ex hoc capite recusanda. Ordinationes synodales non semel in hunc sensum a s. Sede moderatæ sunt.

2/ Verum alia dantur obstacula, etsi non insuperabilia, matrimonio Joannem inter et Rosam contrahendo : nimirum duo vel tria concurrunt impedimenta eaque dirimentia :

a/ Impedimentum publicæ honestatis.

Uti notum est, ante novum codicem, publica honestas

oriebatur 1/ *ex sponsalibus* validis et absolutis et dirimebat matrimonium in primo gradu lineæ rectæ vel obliquæ, 2/ *ex matrimonio non consummato* et dirimebat matrimonium usque ad 4^{m} gradum, sive validæ fuerint nuptiæ sive invalidæ, dummodo invaliditas non provenerit ex defectu consensus. Nunc autem, mutata notione et extensione : « impedimentum publicæ honestatis oritur ex matrimonio invalido, sive consummato sive non, et *ex publico vel notorio concubinatu ;* et nuptias dirimit in *primo* et *secundo* gradu lineæ *rectæ* inter virum et consanguineas mulieris, ac vice versa » (can. 1078).

Quare, in casu proposito, existit impedimentum publicæ honestatis in primo gradu lineæ rectæ, proveniens ex hoc quod Joannes in publico concubinatu vixerit cum filia Rosæ.

Sedulo notanda est sequens animadversio, scilicet : quamvis Bertha forsan jam mortua sit ante novum codicem, adeoque antequam publicus concubinatus constituerit impedimentum matrimonii pro Rosa, tamen, ex concubinatu *tunc* habito, oritur *nunc* impedimentum publicæ honestatis dirimens matrimonium Joannem inter et Rosam contrahendum.

b/ Impedimentum affinitatis.

Affinitas, uti notum est, oritur nunc ex *matrimonio valido* (non jam ex copula) et dirimit matrimonium inter uxorem et omnes consanguineas mariti (ac vice versa) usque ad 2^{m} gradum, si agitur de consanguineis in linea collaterali ; in quolibet autem gradu, si agitur de linea recta. Ita statuit can. 1077.

Uti suppono, frater Joannis *valido* matrimonio junctus fuit Rosæ, adeoque inter Joannem et Rosam existit impedimentum simplex affinitatis in 1° gradu lineæ collateralis. Dico « simplex » quia inde a Codice ex commercio carnali, quale exstitit inter Joannem et Bertham, jam non oritur impedimentum affinitatis.

c/ Impedimentum criminis.

Statuit enim can. 1075 : « Valide contrahere nequeunt matrimonium : qui perdurante eodem legitimo matri-

monio adulterium inter se consummarunt et fidem sibi mutuo dederunt de matrimonio ineundo ».

Ad hoc ut impedimentum existat oportet ut matrimonium promittatur post mortem legitimæ conjugis ineundum, quod verificatur in casu. Quod spectat autem adulterium, postulatur ut Rosa sciverit Joannem esse uxoratum, quod etiam verificatur, uti ex facta promissione apparet. Requiritur tamen ut adulterium fuerit *consummatum*, quapropter, si onanisticas tantum relationes habuerint concubinarii, ita ut adulterium ex parte actus non fuerit perfectum, impedimentum non existeret. In foro tamen externo adulterium præsumitur perfectum.

Duo itaque et probabiliter tria obstant impedimenta : Duo priora spectant forum externum, tertium vero internum forum, nisi ipsa promissio matrimonii publice nota sit.

Itaque, simul concurrunt duo impedimenta, pro quibus recursus romanus requiritur, et unum impedimentum, criminis scil. occulti, super quo Ordinarii solent vi indulti s. Pœnitentiariæ necnon vi indulti s. Congr. de Sacramentis posse dispensare.

Sedulo notandum est, non applicari can. 1050, legem scil. de omnibus impedimentis *simul* dispensandis, casu quo impedimentum criminis, super quo vi *indulti* Ordinarius dispensare valet *occultum* est. Quare, in tali hypothesi, dispensationes impetrandæ respective a Congregatione de Sacramentis et ab Ordinario validæ erunt quamvis in recursu romano mentio non fiat impedimenti criminis, et in recursu ad Ordinarium non memorentur impedimenta publicæ honestatis aut affinitatis, in quibus ceteroquin dispensare non valet.

Vix addi debet oportere ut parochus curet ut cohabitatio concubinariorum cesset usque ad diem celebrati matrimonii. Quod si prævideat sese separationem non esse obtenturum, de hoc moneat Ordinarium.

V. Coucke.

Kerkfabrieken

I

Formalités à observer pour les acquisitions, échanges et aliénations d'immeubles. — Procès-verbal d'expertise (1).

Monsieur le Gouverneur,

D'après les instructions en vigueur, la Commission d'assistance publique ou le Conseil de fabrique qui soumet à l'approbation royale une délibération tendant à l'acquisition, à l'aliénation ou à l'échange d'un immeuble, doit joindre à cette délibération, indépendamment de l'extrait certifié du plan cadastral et de la matrice cadastrale, du cahier des charges de la vente et du projet d'acte, *un procès-verbal d'expertise.*

Comme ce sont les évaluations figurant dans ce dernier document, qui doivent permettre d'apprécier l'opération et de prendre une décision, il importe que les dites évaluations présentent toutes les garanties d'exactitude.

Les receveurs de l'enregistrement sont par suite de leur fonction particulièrement à même de fournir à cet égard des indications sûres.

J'ai donc décidé qu'à l'avenir, c'est le procès-verbal d'expertise dressé par le receveur de l'enregistrement compétent qui devrait être joint à toute délibération d'une Commission d'assistance publique ou d'un Conseil de fabrique, ayant l'un des objets indiqués ci-dessus.

Dans ces conditions, il n'y aura plus lieu évidemment pour l'établissement public de s'adresser encore à un autre expert : ce serait inutilement doubler la dépense.

Je vous prie de vouloir bien porter ces nouvelles instructions à la connaissance des Commissions d'assistance et des Conseils de fabrique d'église de votre province et de veiller à ce qu'elles soient observées.

(Signé) : Le Ministre de la Justice,
P. E. Janson.

---

(1) Brief van den Minister van Rechtswezen, van 4 Juli 1928 (I. Afd. — N. 81627-12078).

Aanmerkingen : Een der pleegvormen, die door de Kerkfabriek te vervullen zijn om de toelating te bekomen tot het aanwerven, verwisselen of verkoopen van onroerende goederen, is (1) :

Het opmaken van een *proces-verbaal van schatting* op zegel, met een of twee afschriften op gewoon papier. Dit proces-verbaal moet worden gevoegd bij de beraadslaging van de kerkfabriek, waarbij de goedkeuring tot koop of verkoop van onroerende goederen aan de bevoegde overheid wordt gevraagd.

Er zijn geen wetsbepalingen nopens de manier waarop dit proces-verbaal moet worden opgemaakt. Doch de Bestendige Afvaardiging der verschillende provinciën gaf daarover nadere voorschriften : soms moest men twee experten aanstellen, een door de kerkfabriek of ten minste door het bureel aangeduid, een anderen door den verkooper (2).

Volgens dit Ministerieel Schrijven moet het proces-verbaal der geschatte waarde worden afgeleverd door den bevoegden ontvanger der registratie.

Bevoegd is de ontvanger der plaats waar het te verkoopen of aan te werven goed gelegen is (3).

II

Verandering van geldbelegging

Vraag : Onze kerkfabriek heeft inschrijvingen op het Grootboek der openbare Schuld, aan 3 %. Zij zou ze willen *omzetten* in inschrijvingen aan 6 % (dette consolidée). Dat zou haar verscheidene honderden franken meer inkomst verzekeren.

Welke zijn de formaliteiten die voor die bewerking moeten worden vervuld ?

Ant. : Voor de verandering van geldbelegging moet een beraadslaging in viervoudig afschrift worden opge-

(1) *Zie* : A. De Meester, *Les Fabriques d'églises*, p, 287.
(2) *Zie* : A. De Meester, *a. p.* p. 288.
(3) *Zie* : V. Sempels, in *Collectanea Mechliniensia*, 1928, p. 742.

maakt. Die beraadslaging moet worden opgezonden naar de besturen, die volgens de voorschriften van het bestuurlijk recht, in zulke zaken hun advies of toestemming moeten geven, namelijk naar de gemeente, de provincie en het Bisdom.

De beraadslaging moet vermelden :

a/ nummers en bedrag der te vervreemden titels ;

b/ oorsprong der gelden waarmede zij werden aangekocht ;

c/ juiste benaming van de nieuwe titels ;

d/ redenen waarom de oude titels verkocht en de nieuwe aangekocht worden.

J. Brys.

* * *

Wedden der Geestelijkheid.

De Eerw. Heeren Pastors en Onderpastors die *in den loop van het jaar 1929* recht zullen hebben op de weddeverhooging van 500 frank worden dringend verzocht *aanstonds* den hulpsekretaris van het Bisdom daarover te verwittigen, en hem de inlichtingen die hierboven op bl. 429 gevraagd worden, te geven.

De priesters oorlogsopgeroepenen die invalied zijn moeten, benevens de inlichtingen die gevraagd worden op bl. 431, het vonnis dat hen invalied verklaart, medezenden.

Catechismusles in de School.

In het *Bulletijn* der *Vragen en Antwoorden*, in de Kamer der Volksvertegenwoordigers gesteld, verscheen op 15 November 1928, de volgende vraag, door den Heer Gérard aan den Minister van Kunsten en Wetenschappen gesteld op 17 October 1928 :

Zou de Geachte Minister mij volgende inlichtingen willen geven :

1. Heeft de onderwijzer het recht de lessen in godsdienst bij te wonen in zijn klas door een afgevaardigde

gegeven, zelfs indien deze afgevaardigde dit recht weigert ?

2. Heeft de onderwijzer het recht zijn klas te verlaten zoodra de afgevaardigde er binnentreedt om er de les in godsdienst te geven, zelfs indien deze hem dit recht weigert ?

3. De wet bepaalt het eerste of het laatste half uur. Hoe moet men dit begrijpen : is het van elken dag of van elken halven dag ?

4. Heeft de afgevaardigde voor vier klassen het recht zijn leergang te geven buiten de uren door de wet bepaald?

Antwoord : 1 en 2. De onderwijzer heeft het recht niet de godsdienstles bij te wonen. Evenwel mag de leeraar, afgevaardigd om de les te geven, beroep doen op zijn medewerking om de tucht in de school te verzekeren. In dit geval is de onderwijzer verplicht aanwezig te zijn.

3 en 4. De wet voorziet een half uur les per dag. Nochtans wordt *door een ruime en welwillende uitlegging in de praktijk aangenomen* dat, *naar aanleiding van een overleg tusschen de schooloverheid en den bedienaar van den eeredienst*, deze duur overschreden wordt, op voorwaarde echter dat de belangen van het algemeen onderwijs ten volle gevrijwaard wezen.

In diezelfde voorwaarden en met hetzelfde voorbehoud kunnen de lessen op andere uren worden gebracht dan deze bij de wet voorzien » (1).

Aanmerkingen : De wetsbepalingen en Ministerieele voorschriften nopens het godsdienstonderricht in de lagere school kunnen als volgt worden samengevat :

« Luidens het 5e lid van art. 17 der wet wordt het eerste of laatste half-uur van de voor- en namiddagklas gebruikt voor het godsdienstonderricht. »

Men kan dus kiezen tusschen vier halfuren, behalve den dag dat er 's namiddags geen klas is. Men mag niet overal hetzelfde halfuur kiezen, opdat de priesters, zoo ze niet talrijk genoeg zijn, in alle klassen het onderricht kunnen geven. Het halfuur zal dus door het schepen-

(1) Vraag n. 20. Bulletijn van 15. Nov. 1928.

college moeten vastgesteld worden in gemeen overleg met de geestelijkheid (1). Dit is vereischt niet alleen voor de eerste vaststelling, maar ook voor een latere wijziging (2).

Dit is nog vereischt, wanneer het onderwijs niet door de geestelijkheid maar door de onderwijzers gegeven wordt, aangezien de geestelijkheid het recht heeft de lessen door de onderwijzers gegeven te bewaken (3).

Het is wenschelijk dat het godsdienstonderricht niet gegeven worde gedurende het laatste halfuur 's namiddags, daar de leerlingen dan niet meer de noodige aandacht kunnen geven Dit halfuur wordt best besteed aan zang, turnen, handenarbeid (4).

Het blijft bepaald dat er in de vrije katholieke scholen gedurende twee halfuren per dag godsdienstonderricht moet gegeven worden. In de gemeentescholen ook worden er gewoonlijk twee halfuren godsdienstonderricht gegeven. Deze schikking mag niet veranderen tenzij het gemeentebestuur de verandering eische. In de gemeentescholen echter, waar er maar één halfuur gegeven wordt, trachte men vanwege de overheid te bekomen dat er ook twee halfuren aan het godsdienstonderricht mogen besteed worden.

Bovenstaande Ministerieele verklaring bevat geen authentische wetsverklaring, doch mag worden aangezien als een goedkeuring, die verleend wordt aan een bestaande praktijk. De priester mag dus gerust op die verklaring steunen om de uren voor het geven van de les in godsdienst te bepalen. Doch hij moet steeds zorgen dat hij handele in gemeen overleg met de schooloverheid en dat hij het algemeen onderwijs niet benadeelige.

J. Brys.

---

(1) *Ministerieel Rondschrijven*, 1 October 1895.

(2) *Ministerieele Brief*, 29 Juni 1924.

(3) *Ministerieele Brief*, 17 April 1912.

(4) *Ministerieele Brief*, 21 Nov. 1922. — Zie H. Axters, *Lager Onderwijs en Onderwijzerspensioenen*, Brugge, Walleyn, 1925, n. 179.

Notæ bibliographicæ

Van Tichelen, T. *Het evangelie volgens Joannes.* Antwerpen, Geloofsverdediging. — In 16, 68 bl. — Pr. 1 fr. — *De brieven van s. Paulus.* Ib. — In 16, 212 bl. — Pr. 2 fr.

De boeken van Schr., vooral op schrijftuurgebied, hebben eene verspreiding gekend, die voor vlaamsche boeken ongewoon is. Dit was onder meer het geval met zijne vertaling van het Nieuwe Testament naar het grieksch ; als tegenhangers van de protestantsche bijbeltjes geeft Geloofsverdediging nu die vertaling in afzonderlijke deeltjes uit. Het is onnoodig den lof van die toch wat sober aangeteekende vertaling te herhalen.

M. De Jonghe.

Merkelbach, H. (O. P.). *Quæstiones pastorales.* II. *Quæstiones de Embryologia et de ministratione baptismatis*, Leodii, 1927. In 8, 87 p. Pr. 8 fr. — III. *Quæstiones de variis Pœnitentium categoriis*, Leodii, 1928. In 8, 205 p. — IV. *Quæstiones de pœnitentiæ ministro ejusque officiis*, Leodii, 1928. In 8, 118 p.

Primum opusculum sese commendat quæstionibus embryologiam spectantibus, videlicet : de vita uterina fœtus ejusque evolutione ac nativitate notiones physiologicæ, de principiis theologicis in quæstionibus embryologicis invocandis, de incisionibus quæ lædunt matrem, de embryotomia seu de incisionibus quæ lædunt fœtum, de procuratione abortus, de partu præmaturo artificiali, de fœtibus ectopicis seu extrauterinis. Quæstiones illæ, de quibus, uti advertit Auctor, non raro in pastorali ministerio occurrunt difficultates, hic plenius tractantur, ast, meo judicio, adhuc nimis parce, quia præcipua utilitas hujusmodi operis debuit esse in *complendo* quæ in tractatibus magis generalibus necessario compendiose exponuntur.

Quæ in 2a et 3a parte quæstionum de variis pœnitentium categoriis tractantur, valde utiliter legentur a sacerdotibus, studiorum complendi causa, speciatim vero quæ dicuntur de adolescentibus et juvenibus, de abnormalibus, de moribundis, de tentatis, scrupulosis et mundanis. Hæc multum commendamus. Quod attinet quæstiones de pœnitentiæ ministro, clerus noster eadem inveniet principia et regulas in tractatibus, quos præ manibus habet.

V. Coucke.

Goettsberger, J. *Einleitung in das Alte Testament* (Herders Theologische Grundrisse). Freiburg, Herder, 1928. — Gr. in 8, XVIII-522 p. — Pr. 16 Mk.

Sinds jaren had Herder deze inleiding beloofd en gerust mag gezeid dat er gretig werd naar uitgezien; de professor van München, tevens bestuurder van de *Biblische Zeitschrift*, was voor die taak opgewassen; oorspronkelijk werk durft hij te leveren, een breede bibliographie weet hij te beheerschen en bij hem is het voorbijzien der nieuwste vraagstukken, hypothesen en strekkingen niet te duchten; iets vreesden we toch, 't was dat Schrijver zijn stof zou moeten samenduwen in een onooglijk boekje zooals de toch verdienstelijke maar te beknopte inleiding op het Nieuwe Testament in de zelfde reeks verschenen. Die vrees was ongegrond want het pas verschenen werk is uitvoerig en streeft naar de hoogst mogelijke volledigheid; stout is alleszins de betrachting van Schr. waar hij in zijn voorwoord zegt: « Daardoor zelf dat voor de gewichtige vraagstukken een zooveel mogelijk volledige opsomming van bronnen en werken werd nagestreefd, moet deze inleiding, alhoewel bescheiden in omvang, een handboek worden voor de werktafel van den theoloog en zulkdanig dat alleen bij moeilijker en omstandiger opzoekingen het grijpen naar andere hulpmiddelen noodzaakt ».

Het boek vervalt in drie deelen: de inleiding op de boeken (p. 13-350), de Canongeschiedenis (p. 351-403), de tekstgeschiedenis (p. 404-487). Na de algemeene begrippen staan we aanstonds vóór een groote brok, het Pentateuchvraagstuk (p. 13-117); het loont de moiete Schr. te volgen in zijn uiteenzetting. Eerst komen indeeling en inhoud; daarna het aanstippen der litteraire eigenaardigheden van den Pentateuch: de herhalingen in de verhalende en wetgevende gedeelten, het gebrek aan samenhang hier en daar, de taalverschillen en namelijk het verschillend gebruik der Godsnamen; al die verschijnselen worden besproken en tot hunne ware verhouding teruggebracht; Schr. geeft wel toe dat de onafhankelijke kritiek deze eigenaardigheden fel heeft overschat en overdreven, maar hij neemt toch aan dat de Pentateuch niet een zoo gesloten eenheid is als sommigen beweren. Voor Genesis is er geen bezwaar, Mozes kon geschreven bronnen of mondelingsche overleveringen gebruiken en ineenwerken, maar voor de vier volgende boeken? Hierop worden onderzocht de verhoudingen tusschen Mozes en Pentateuch; het getuigenis van de traditie, vooral van de Schriftuurboeken en van Christus, wordt nagegaan; Schr. meent dat die *criteria externa*, al wijzen ze op een nauwe betrekking tusschen Mozes en den Pentateuch, niet afdoende zijn om den ganschen Pentateuch, in zijn huidigen vorm als mozaïsch echt te bewijzen; verder reiken, zegt hij, de *criteria interna*, en zorgvuldig worden die aanduidingen aangebracht die den Penta-

teuch in den Exodustijd doen plaatsen; doch die criteria mogen niet uit het oog doen verliezen dat in het zelfde boek andere aanduidingen naar een latere tijd verwijzen. De Pentateuchvraag wordt bijgevolg aldus gesteld: van welke deelen kan men bewijzen dat ze na Mozes werden geschreven? Hier schuift Schr. een overzicht in van de geschiedenis der kritiek; de oorkondentheorie van Graf-Wellhausen wordt natuurlijk breedvoeriger uiteengezet, doch niet zonder melding te maken van de ook bij niet-katholieken ontstane tegenbeweging tegen enkele extremistische stellingen.

Om de oplossing langs geschiedkundigen weg te benaderen behandelt Schr. de meest omstredene vraagstukken, vooral het ontstaan van die deelen, die de kritiek aan de documenten D (deuteronomist, 7e eeuw) en P (priesterkodex, 6e eeuw) toeschrijft. De hervorming van koning Josias in 631 (IV *Reg.*, XX) zou, naar de zienswijze van velen, samenvallen met het uitvaardigen van het kort te voren opgestelde boek Deuteronomium of ten minste van zijn voornaamste deelen; volgens Schr. kan men uit de teksten positief besluiten dat het Deuteronomium ten tijde van Josias in den tempel gevonden werd, niets echter laat toe te beweren dat de andere boeken er niet bij hoorden; integendeel, hunne aanwezigheid zou beter Josias' hervorming uitleggen. Schr. besluit dat het Deuteronomium zekerlijk bestond vóór Ezechias' pogen om de eenheid van eeredienst in te voeren. De wet door Esdras voorgelezen (*Esdr.*, VII). — volgens velen enkel eenige deelen uit P — omvatte feitelijk den ganschen Pentateuch, die in de zesde eeuw een litteraire eenheid uitmaakte; niets bewijst dat P slechts onder de ballingschap werd opgesteld. Daarmêe zijn twee groote oorlogstuigen van de vrije kritiek buiten strijd gesteld; doch komen in de wetgeving geene bepalingen voor die niet kunnen stammen van Mozes?

Eerst komen aan de beurt de drie bekende teksten over de plaatsen geschikt voor den eeredienst (*Ex.*, XX, 24; *Lev.*, XVII, 2-6; *Deut.*, XII); Schr. loochent het door sommige katholieken voorgeslagen onderscheid tusschen openbare en private cultus; hij neemt aan dat de eenheid van eeredienst en de centralisatie van het dierenslachten bij het tabernakel in *Lev.*, XVII wijzen naar Mozes' tijd en het omzwerven in de woestijn; die wetten echter moesten noodzakelijk vervallen bij de vestiging in Canaan en dan zal de wet van *Ex.*, XX de algemeene regel geweest zijn; vóór Ezechias bestond geen centraal eenig heiligdom en daaruit trekt Schr. het besluit dat het Deuteronomium, voor zooveel het steunt op de eenheid van het heiligdom, slechts kort vóór Ezechias den huidigen vorm verkreeg. Korter wordt vervolgens gesproken over de inrichting van de bedienaars van den cultus; Schr. bewijst dat het onderscheid tusschen priesters en levieten reeds bestond vóór de ballingschap, wat de vrije kritiek doorgaans loochent; hij meent nochtans dat dit onderscheid in den loop der tijden scherper werd

gesteld dan het aanvankelijk was ; hier zouden dus ook enkele wijzigingen zijn aangebracht in den Pentateuch. Als later bijgevoegde wetteksten stipt Schr. nog aan : *Num.*, XXXI, 27, *Deut.*, XVII, 8-13 en 14-28. We zouden bijgevolg in den Pentateuch de sporen vinden van de ontwikkeling die de mozaïsche wetten naar gelang de omstandigheden doormaakten ; dit hoeft echter voor ieder konkreet geval bewezen. Om te sluiten overschouwt Schr. de tegenwoordige stand van het Pentateuchvraagstuk en spreekt de hoop uit dat langs streng methodischen weg ook de vrije kritiek er toe komen zal aan Mozes een grooter aandeel toe te schrijven in het opstellen van den Pentateuch.

We bleven lang stilstaan bij de ontleding van dit eerste deel van het boek ; we hebben gemeend dat het nuttig was aan onze lezers eene samenvatting te bieden van een nieuw katholiek werk op dat gebied ; Schr. kunnen we niet bijstemmen op alle punten, onder meer wat aangaat zijn stellingen nopens de cultuseenheid. Waar de Bijbelkommissie toelaat enkele namozaïsche bijvoegingen aan te nemen zoolang men rechtzinnig de substantieele mozaïsche echtheid van den Pentateuch aanneemt, heeft Schr. enkele konkrete voorbeelden van bijvoegingen willen bewijzen ; men moet toegeven dat zijne voorstellen in verhouding met den omvang van den Pentateuch bescheiden zijn. Eene leemte willen we toch aanstippen, namelijk het niet behandelen van de verhalende gedeelten van den Pentateuch.

De andere boeken worden meer beknopt voorgesteld al wordt geen enkel belangrijk vraagstuk voorbijgezien ; we beleefden genoegen aan de systematische en klare uiteenzitting van de hedendaagsche stellingen in zake hebreeuwsche metriek ; zijn wijs besluit kleedt Schr. in de woorden van s. Augustinus : « omne metrum rhytmus, sed non omnis rhytmus etiam metrum ». Wat de geschiedkundige waarde betreft van omstreden werken, als zijn *Chronica*, *Esther*, *Judith*, *Tobias*, *Job* en *Jonas*, wijkt Schr. niet af van de traditioneele opvatting ; van den anderen kant neemt hij gemakkelijk aan dat boeken uit het Oud Testament min of meer werden omwerkt.

Kanon- en tekstgeschiedenis zijn degelijk en methodisch uiteengezet ; in zake het aannemen der deuterocanonica als gewijde boeken door de joden, zelfs in Alexandrië, is Schr. zeer terughoudend.

Ons overzicht van dit aan inlichtingen zoo rijk boek kan onmogelijk volledig zijn : we mogen nochtans niet nalaten te wijzen op de volledigheid en de nauwkeurigheid van dit handboek ; als bewijs ervan kunnen we aanbrengen dat de *Index auctorum* veertien bladzijden beslaat van drie kolommen elk.

We meenen dat Schr. het beoogde doel heeft bereikt en dat alwie Oud Testament studeert liefst het boek niet zal wegbergen maar het bij zich zal houden op zijn werktafel.

M. De Jonghe.

Veertien geestelijke voordrachten over onze verplichtingen tegenover het leven. — Geloofsverdediging, Antwerpen, 1928. — In 8, 118 bl. — Pr. 10 fr.

— **A. Janssen**, Hoogl. *Het Neo-malthusianisme.* — Zelfde uitgever, 1928. — In 12, 32 bl. — Pr. 2 fr.

Deze puike reeks voordrachten, ingericht door de K. V. Hoogeschooluitbreiding, vond in de proppensvolle S. Carolus-kerk te Antwerpen, aandachtige en getrouwe toehoorders. En geen wonder, daar bevoegde geleerden en uitstekende kanselredenaars, zooals E. H. Elebaers, Hoogl. Bellon, E. P. Pauwels, o. p., E. P. Van Gestel, o. p., E. P. Callewaert, o. p., Hoogl. Janssen, E. P. Salsmans, s. J., en E. P. Geerebaert, c. ss. R. om beurt bet woord voerden over zulke gewichtige zedelijke vraagstukken, die op onze dagen zoo dikwijls door ongeloovigen onder een valsch daglicht voorgesteld of door onwetende of halfslachtige Katholieken slecht begrepen en verkeerd uitgelegd worden. Het is goed dat over *zuiverheid, schoonheid en waarde van het leven,* over *plichten van ouders, geneesheeren, werkgevers* tegenover het leven, over *neo-malthusianisme, zelfmoord, oorlog,* enz. klare en juiste begrippen onder ons volk, ook wel onder de intellectueelen verspreid worden. Daarom verrichtten de uitgevers een uitstekend werk met die reeks voordrachten ook te genieten te geven aan de velen die ze niet ter plaats hooren konden. Voor menigeen brengen ze meer klaarheid, soms ook nieuwe kennis bij, onder een aangenamen en goed verzorgden vorm.

— Geloofsverdediging zorgde ook voor ruimere verspreiding van de voordracht van *Z.* E. H. Hoogl. Janssen over de verfoeilijke en ook bij ons zoo dringend te bestrijden kwaal der geboorte-beperking. Daarom werd die rede als n. 3 der reeks « Godsdienstige en sociale trakten », 1928, afzonderlijk uitgegeven.

Mulier, J. *Begrippen van maatschappelijke huishoudkunde.* Kortrijk, Druk. « Vooruitgang », 1928. — In 8, VI-50 bl. — Pr. 4,50 fr.

Een bondig eenvoudig boekje ten dienste van beginnelingen in de moeilijke maatschappelijke wetenschap; b. v. voor leerlingen van vak- of beroepsscholen, jonge leden van K. A. J.-studiekringen, enz. De verdeeling is logisch en klaar, de groote trekken der Katholieke maatschappijleer worden duidelijk afgeteekend, moeilijkere twistvragen terzijde gelaten. Wel zal menigeen 't een of 't ander wenschen eraan toegevoegd te zien, maar een bekwaam leeraar of studiekringleider kan best zelf, met behulp van ruimere en wetenschappelijke handboeken voor aanvulling zorgen. Het werkje verdiende stellig als handboek voor onze vrije beroepsscholen te worden aangenomen.

E. Willems.

Denzinger H.-Bannwart Cl. *Enchiridion symbolorum.* — Ed. 16 et 17, quam paravit J.B. Umberg, S. J. Friburgi Brisgoviæ, 1928. — In 8, xxviii, 618, 28*, [58] p.

Præclarissimi operis Denzinger nova editio ab anterioribus parum discrepat. Ipse auctor monet nos se textus quosdam recentioribus editionibus adaptasse, novos addidisse (v. gr. nn. 1-10, 413, 1090, 1965, 2190-2199, 3034, 3036-3055), notas historicas non paucas emendasse, atque indices perfecisse.

Bittremieux J. *Doctrina Mariana Leonis XIII.* — Brugis, Beyaert, 1928. — In 8, 166 p.

Sat notum est Leonem XIII progressui scientiæ et devotioni Marianæ maxime contulisse. Hoc opusculo doctrinam Marianam præclarissimi pontificis doctissimus professor Lovaniensis systematice exponere sibi proposuit. Ipsam expositionem prior operis pars exhibet, dum altera præcipua Leonis XIII ejusque successorum documenta ad Mariologiam spectantia refert. Hujus operis utilitas, jam per se evidens, non minus ex ipso opusculi examine constat, ex quo veritas elucet eorum quæ A. in Introductione circa epistolas Leonis habet, scil. eas « tantos doctrinæ thesauros » continere « ut tamquam vera aurifodina pro theologia Mariana appareant ». Inter alia, nitide ostendit A. Leonem XIII tenuisse B. M. Virginem Mediatricem esse non tantum quia ad acquirrendas gratias omnes cooperata sit, sed insuper quia in ipsis distribuendis continuo partes agat. Expositio præsertim argumentorum, in quibus R. P. suam doctrinam fundat, magna utilitate pollet. Tandem adnotare juvat, Leonem illud B. M. Virginis in distribuendis gratiis consortium ut intercessionem intellexisse, nec demonstrari posse illum hac in re causalitatem physicam umquam admisisse. Cl. professoris opusculum sane tamquam compendium atque confirmatio apparet eximii sui tractatus *de Mediatione Universali B. M. Virg. quoad gratias*, ante duos annos editi, adeoque non minus ac illud scientiæ de B. M. Virgine multum conferre natum est.

Pohl, W. *De vera religione quæstiones selectæ.* — Friburgi Br., Herder, 1928. — In 8, 332 p.

Hoc opere, quod seriem prælectionum in seminario Litomericensi habitarum exhibet, doctissimus P. Pohl penitiori modo atque hodierni temporis indigentiis adaptato quæstiones fundamentales quæ ad demonstrationem christianam spectant, tractare intendit. In triplicem partem materiam distribuit. In prima sectione, quæ *de fundamentis religionis generatim spectatæ* agit, postquam quædam de principio causalitatis prænotaverit Auctor, ipsam existentiæ Dei demonstrationem aggreditur, quam quasi innumeris argumentis persolvit. Omnia enim, umquam a scriptoribus ad existentiam primæ causæ demonstrandam allata, uti argumenta e possibilibus, ex æternis verita-

tibus et scientiarum harmonia, e tendentiis intellectus voluntatisque, omnia et singula hic exponuntur atque probantur. Talem argumentorum copiam synthesi quæ in demonstratione existentiæ Dei sat facile haberi potest, aliquatenus nocere fatemur. — In secunda prælectionum serie, quæ *religionem generatim spectatam* considerat, rectam religionis notionem tradit Auctor, ejusque necessitatem atque universalitatem contra adversarios vindicat. Quod originem religionis attinet, præcipuas recentiores sententias exponit, multas ut falsas habet, atque in vera exponenda, placita P. Smith circa primogenium monotheismum ethicum amplectitur. In tertia sectione *de revelatione in genere spectata* agit Auctor, scil. de vera revelationis notione, possibilitate, utilitate atque necessitate. Valorem tandem criteriorum revelationis exteriorum, nempe miraculorum atque prophetiarum determinare satagit. Quoad ultimam hanc quæstionem, sat breviter eam absolvit Auctor, nec in solvendis difficultatibus quæ nostris temporibus moventur, sufficienter immorari videtur. — Novum illud cl. P. Pohl manuale, non obstante materiæ abundantia, ratione methodicæ expositionis, magna luciditate atque soliditate pollet. Quapropter scopum, quem Auctor sibi proposuerat, scil. ut inserviat opus suum « ad Ecclesiam catholicam quæ est columna ac firmamentum veritatis defendendam », attingi dicendum est.

Janssens Al. (Miss. van Scheut). *God als Schepper.* I. Leerb. der dogmatica, II. 2e uitg. Brussel, Standaard-Boekhandel, 1927. In 8, XVII-246 bl. Pr. 18 fr.

De groote lof, dien P. Janssens met zijn theologische schriften reeds geoogst heeft, is er toch nog niet in geslaagd den ijverigen schrijver op zijn lauweren te doen inslapen. De nieuwe uitgave van het traktaat over *God als Schepper,* I. (cosmologie en anthropologie) is bij de eerste nog in waarde gestegen. Het scholastiek gedeelte immers werd door den schrijver merkelijk bijgewerkt. Over het algemeen is de wijsgeerige uiteenzetting grondig en klaar ; op sommige plaatsen nochtans — vooral in het eerste deel dat handelt *over de algemeene verhouding van het heelal tot God* — is de bewijsvoering ietwat kort en bondig en wie met de scholastieke wijsbegeerte minder vertrouwd is, zal er eenige harde noten in vinden. Een woordje toelichting bij het een en ander philosophisch begrip, als bij dat van « tijdsduur » (bl. 23), van « vorm » of « forma » (bl. 26), van « reëele potentie » (actus primus) en van « het dadig zijn » (actus secundus) (bl. 87), zou menig lezer welkom zijn. In het tweede deel, dat gaat *over de werken der schepping afzonderlijk beschouwd,* weidt Schr. breedvoerig uit over den zin van het Hexæmeron, en om te besluiten verklaart hij zich voor den uitleg die de eerste hoofdstukken van de Genesis als een historisch volksverhaal aanschouwt. Wat den oorsprong van den mensch betreft, blijft Schr. de stelling aankleven, reeds in de 1e uitg. vooruitgezet, nl. dat het hem niet mogelijk schijnt vol te houden « dat de toepassing der evolutieleer op den mensch naar lijf en leden mag beschouwd worden

als een vrije kwestie » (bl. 166). Eindelijk laten we opmerken dat P. Janssens er niet voor afschrikt hier en daar de streng-theologische uiteenzetling te onderbreken om een oogenblikje aan historie te doen, of een kwestie van onzen tijd aan te raken. Uitweidingen van dien aard zijn o. m. Nota A over de « ideeën » bij den h. Augustinus, Nota C. over Kardinaal Newman en de slechtheid van de « wereld », Nota D. over de Cosmogonische Mythen der Bantu's, Nota E. over de oudheid van 't menschelijk geslacht. Kortom, zoowel om zijn degelijkheid als om zijn volledigheid, mag het werk van P. Janssens over God als Schepper onder de beste handboeken der theologie gerekend worden.

Janssens, Al., (Scheut). *De heilige Maagd en Moeder Gods*, II *Theotocos*.

— *De heilige Maagd en Moeder Gods*, III *De Heerlijkheden van het Goddelijk Moederschap*. Leerboeken der Dogmatica, V. Brussel, Standaard-Boekhandel, 1928. — In 8, XII 198, 191 bl. — Pr. 18 fr. + 18 fr.

Pater Janssens met zijn zeer oorspronkelijk werk over het dogma van Maria's Moederschap en de apocriefen, heeft reeds zijn naam in de Mariologie gevestigd. Deze twee nieuwe boekdeelen moeten voor het eerste niet onderdoen. Daar de katholieke leer over de h. Maagd meer dan gelijk welk ander geloofspunt een steen des aanstoots is voor de Protestanten, zal het niemand den geleerden schrijver ten kwade duiden, zoo hij het positieve gedeelte van zijn traktaat over O. L. V. een buitengewoon-ruime plaats heeft verleend, en dit tweede boekdeel geheel en al aan het vaststellen van het dogma van Maria's goddelijk Moederschap gewijd heeft. Een historisch bewijs wordt toch maar afdoende, wanneer het tot in de bijzonderheden afdaalt. En dat heeft P. Janssens gedaan. Eerst worden de teksten uit het Oud en het Nieuw Verbond in het midden gebracht : over elkeen der bijzonderste (b. v. Protoëvangelie, Isaïastekst, verhaal van de Boodschap, « mulier amicta sole ») werd een diepgrondige verhandeling opgesteld. — Na de h. Schrift komt het getuigenis der Overlevering. Schr. doet heerlijk uitkomen hoe van meet af aan de h. Kerk de leer over Maria's Goddelijk Moederschap beschouwd heeft als onafscheidbaar van het dogma zelf van den Kristus God-Mensch. Tegen alle ketterijen in, die of de goddelijke of de menschelijke natuur in Kristus loochenen wilden, heeft de Kerk telkens haar geloof in de Theotocos bevestigd. — De groote waarde van dit onderzoek der Overlevering is dat Schr. zich niet met een bloot aaneenrijgen van teksten vergenoegd heeft, maar een stuk geschiedenis heeft gemaakt, nl. de geschiedenis van de katholieke Marialeer van af de eerste tijden tot aan den h. Joannes Damascenus.

Op deze positieve bewijsvoering volgt nu in het IIIe boekdeel de scholastieke uiteenzetting van het Theotocos zijn. Een eerste hoofdstuk handelt over het *ware Moederschap* van de h. Maagd. Schr. is de

leer van Scotus en Bonaventura toegedaan, volgens dewelke Maria niet alleen vóór de ontvangenis actief zou hebben meegewerkt aan de vorming van Christus' lichaam, door het voorbereiden van de materie, maar in de ontvangenis zelf zou zij insgelijks een actieve medewerking uitgeoefend hebben. — In het tweede hoofdstuk wordt het *Goddelijk Moederschap* beschouwd. In een lange verhandeling, waar het voor en het tegen uiteengezet worden, verdedigt Schr. de stelling van Novato, nl. dat de h. Maagd de instrumenteele dispositieve oorzaak van de hypostatische vereeniging is geweest. — Formeel beschouwd bestaat het Theotocos zijn in « een reëele betrekking van Maria tot den persoon van Gods zoon », gesteund op een vrijwillige en physische medewerking om Godszoon naar zijn menschheid te ontvangen en te baren. — Deze uitstekende waardigheid stelt de Moeder Gods boven alle geschapene en is de bron en de maatstaf van al haar overige heerlijkheden.

Deze zoo grondige en met godsvrucht opgestelde studie over de « Heerlijkheden van het goddelijk Moederschap » is het meest afdoende bewijs van de troostvolle waarheid waarmede Schr. zijn meesterlijk werk inzet, nl. dat « onze katholieke leer over Maria kerngezond » is, « zooals kerngezond is de godsvrucht van ons geloovige volk tot de groote Moeder ».

A. Dondeyne.

D. M. Prümmer, O. P. *Manuale Theologiæ Moralis secundum principia S. Thomæ.* — Friburgi Brisgoviæ, Herder, 1928. — T. I, p. xxxvii-462.

Jure merito huic præclaro operi P. Prümmer debitas laudes rependimus, prouti jam pluries in nostro periodico (1) factum est occasione priorum hujus operis editionum.

Tribus voluminibus conficitur opus : quorum primum, præter *Moralem fundamentalem*, tractatum continet de *Virtutibus theologicis* necnon de *Prudentia* vitiisque oppositis ; secundum vero disserit de tribus aliis *Virtutibus Cardinalibus* cum partibus potentialibus et vitiis oppositis, secundum methodum s. Thomæ ; ultimum tandem materia *Sacramentorum* occupat.

Manuale illud eminet claritate in modo exponendi et maturitate in dijudicandis sententiis. Doctrina ita proponitur ut principiis magis insistatur quam applicationibus, virtutibus magis quam vitiis. In omnibus dux et antesignanus fuit Angelicus Doctor, cujus rationibus et auctoritate tota doctrina fulcitur, ita ut revera sit manuale theologiæ moralis thomisticæ.

Hinc inde tamen uberior explicatio unius alteriusve principii desideratur, et in decursu tractationum influxus scholæ scriptoris, ut par est, aliquando apparet.

Ad particularia autem descendens, quædam, minoris tamen momenti, notatu digna proponere volumus : Ita quoad doctrinam de dispensatione : 1/ Ut Auctor scite animadvertit : « tum antiquis temporibus

tum modernis sat multa scripta sunt de notione dispensationis, sed nihilominus haud parvæ ambiguitates et confusiones de hac notione adhuc exsistunt. Quod quidem inde provenire videtur, quod dispensatio in diversis materiis non semper eodem sensu accipitur neque anteactis temporibus accepta fuit ». Hic vero, prouti cæteroquin et in aliis locis sui tractatus, A. non videtur cognoscere varia opera et studia hisce ultimis temporibus edita, quæ quamplurima puncta obscura circa hanc materiam elucidarunt (2); 2/ A. agnoscit Doctores sensu *improprio* loqui de dispensatione in matrimonio rato non consummato : « Etenim, mediante hac dispensatione matrimonium ratum omnino destruitur et tollitur, ita ut uterque conjux novum matrimonium libere possit inire ; mediante autem dispensatione, lex jejunii minime tollitur, sed, ea subsistente, sola ejus obligatio in casu particulari suspenditur ». Et tamen ex hac potestate Pontificis, deducit R. P. posse dispensare in jure divino (n. 164 et 241) ; 3/ Doctrina in prioribus editionibus exposita non sufficienter novo juri accommodatur : Ita non perspicimus rationem cur notio potestatis quasi-ordinariæ sub disciplina novi Codicis servetur (n. 240 et 242). An recte dicitur sub novo jure : parochum dispensare auctoritate quasi-ordinaria in legibus levioribus ecclesiasticis (n. 252) ; parochi dispensandi facultatem in singulis casibus levioribus determinari vel ex consuetudine legitima vel ex statutis diœcesanis (244) ; episcopum dispensare « de casibus frequenter occurrentibus in materiis non ita gravibus » (243) ?

Inter systemata moralia calculum adjicit systemati « compensationis seu rationis sufficientis » ; systema probabilismi puri acriter, quamvis argumentis non omnino stringentibus, impugnat dicendo illud fundamento solido non inniti, nec sufficienter probari neque ex ratione neque ex auctoritate, imo necessario ducere ad laxismum, et quidem ex natura rei.

D. M. Prümmer, O. P. *Manuale Juris Canonici.* — Freiburg i. Br. Herder, 1929. — In 8°, XLV-741 p.

Quæ supra diximus de dotibus *Manualis Theologiæ Moralis* ejusdem P. Prümmer, professoris in Universitate Friburgensi Helvetiorum, præsenti operi etiam applicari possunt.

Illud *Manuale juris canonici* exhibet breve sed perspicuum commentarium totius Codicis, excepto libro primo, et inter libros *Institutionum canonicarum* sane honestissimum locum occupat.

Pars *de religiosis* præcipuam laudem meretur. Operi præmittitur perutilis *Catalogus* sat evolutus scriptorum, qui de jure ecclesiastico egerunt.

Non perspicimus tamen cur A. doctrinam in prioribus editionibus propositam hinc inde non mutaverit post animadversiones quæ jure merito fuerunt propositæ ab illis qui de prioribus editionibus judicium protulerunt.

J. Brys.

(1) Cfr *Collat. Brugen.*, t. xx, p. 248 ; t. xxi, p. 21.
(2) Cfr Supra, p. 454.

Poels, Dr. H. A. *Een Probleem.* Antwerpen, Geloofsverdediging, 1928. — In 12, 69 bl. — Pr. 3,50 fr.

Wanneer Dr Poels spreekt, dan weet eenieder dat Hij *iets* te zeggen heeft, en luistert men gretig naar zijn gezaghebbend en kranig woord.

Het « Probleem » waarover Dr Poels hier handelt, formuleert Hij als volgt bij den aanvang dezer rede : « Een bloeiend godsdienstig leven op kerkelijk terrein te midden van een steeds verder om zich heen grijpende ontkerstening der moderne maatschappij ». Van waar die tegenstrijdigheid ? Welke zijn de *oorzaken van de verheidensching op wereldlijk terrein ?*

Men legge niet alles uit met te wijzen op de talrijke vijanden van Kerk en Godsdienst : renaissance, protestantisme, liberalisme, socialisme, enz. Steeds kende de Kerk machtige vijanden en vervolgers, en toch wist Zij de wereld voor Christus te veroveren. Nog veel minder wijte men de schuld aan den aard of het innerlijk wezen zelf van het Christendom : zulks te veronderstellen ware een gruwel en eene godslastering ! Maar toch moeten we bekennen, zoo belijdt Dr Poels onomwonden, dat « niet te loochenen tekortkomingen in eigen kamp », dat « van eigen schuld niet vrij te pleiten verzuimen », dat « in zekere katholieke kringen binnengeslopene valsche geestesstroomingen » ook « *mede-oorzaak* zijn van de huidige ontkerstening der maatschappij ».

Die verzuimen en valsche opvattingen worden nu achtereenvolgens aan de kaak gesteld : *ongezond conservatisme*, in de hand gewerkt door een noodlottig stilzwijgen, dat zelf uit misplaatste voorzicntigheid of uit slecht-begrepen eerbied voor Kerk en Clerus ontstaat ; diep-ingedrongen *liberalisme*, met ter-zijde-stelling van het Christendom in het openbaar leven ; valsch *supernaturalisme* of *devotisme* met verwaarloozing der natuurlijke hulpmiddelen ; of ook nog een soort heidensch historisch-materialisme, dat zich vergenoegt met menschen te groepeeren, zonder den mensch zelf beter te maken. — De redding ? — Meer geloof, meer doorwerkende christelijke liefde, meer doortastende en durvende katholieke werking ook op wereldlijk, sociaal en œconomisch gebied.

Moge de lezing van die moedige rede van Dr Poels, « dit confiteor en dit mea culpa », zooals P. Pauwels in 't voorwoord van deze uitgave het noemt, er ook velen bij ons tot nadenken en tot consequent-katholiek handelen aanzetten !

Et. Willems.

Daisomont, M. *De oorsprong van den eersten mensch.* Brugge, De Haene, 1928. — In 8, 29 bl. — Pr. 5 fr.

Een onderdeeltje van de apologetica wordt hier grondiger besproken dan het gewoonlijk gebeurt op onze colleges. Op het vraagstuk van den oorsprong van den eersten mensch concentreert Schr. het licht van die wetenschappen die hun woordje moeten meêspre-

ken : wijsbegeerte, natuurwetenschappen en geloofsleer. Als methode is deze behandeling de eenige volledige en samen de meest nuttige ; want noodig is het dat onze collegestudenten de echte waarde van de proefondervindelijke wetenschap gaan inzien ; we mogen niet uit het oog verliezen dat op de hoogeschool de meeste studenten evolutionist worden en dat alleen een gezonde kritiek van de wetenschappelijke bevindingen geloofsmoeilijkheden zal voorkomen.

Voor onze leeraars, op anthropologisch gebied weinig of niet onderlegd, zal die korte samenvatting van groot nut zijn ; de bibliographische aanduidingen zullen hen op den weg zetten van verdere persoonlijke studie.

Geerebaert, V. (C. SS. R.). *De God-Mensch. Christus' woorden*, I. *De Parabelen.* — Leuven, s. Alphonsusdrukkerij. — In 8, 579 p. — Pr. 20 fr.

Een broertje, — we zeggen het P. Geerebaert na, — van het in 1925 verschenen *Christus' werken.* Luid spreekt het feit dat van dit ouder boek 5000 exemplaren op drie jaar werden verkocht, en zie, we twijfelen er niet aan of het nieuw boek gaat zijn broer achterna ; wie het eerste las, zal het tweede niet willen missen.

De minontwikkelde lezer staart schuw op die acht bladzijden veeltalige bibliographie bij het begin van het boek, maar schrijver stelt hem gerust : de uitleg der parabels zal onder dien geraadpleegden boekenschat niet lijden ; duchtig zal er wel meê omgesprongen worden in de twee inleidende hoofdstukken, maar wie in die hoofdstukken geen smaak vindt, slaat ze over, zoo wil het schrijver zelf. Van groot belang is nochtans het eerste inleidend hoofdstuk, dat de parabelen over het algemeen genomen beschouwt, een dikwijls aangevat maar toch altijd nog onverkwikkelijk vraagstuk. Boven de meest gangbare maar te enge bepalingen van de parabels verkiest schrijver terecht een zeer breede omschrijving ; in de ontwikkeling van die omschrijving bewonderden we de zoo fijne ontleding van de allegorie in de parabels. Volgens schrijver heeft Jezus het parabelgenre verjongd en aldus, wat toch wonder schijnt, de rabbijnsche parabellitteratuur beïnvloed. Jezus heeft niet aanstonds in parabelen geleerd ; waarom dan gaf hij aan zijne leerwijze die onverwachte zwenking ? De synoptiekers antwoorden met Isaïas' woorden « ut videntes non videant et audientes non intelligant », zoo zou volgens enkele katholieken het parabelonderricht eene straf geweest zijn voor het verwerpen der vroegere predikingen ; maar, zegt schrijver, deze is niet de zin van de woorden der synoptiekers, met een gangbaar semitisme verplaatsen ze eenvoudig in het goddelijk plan wat feitelijk een gevolg was van het parabelonderwijs ; Jezus dan volgens schrijver verkoos dit onderwijs uit voorzichtigheid ; het moest door zijn aantrekkelijkheid de aandacht opwekken en van den anderen kant liet het Jezus toe, bewimpeld maar zeker, zijne opvatting van het Godsrijk voor te stellen, die zoo fel in tegenstelling was met het rabbijnsche

messianisme ; feitelijk is dat onderricht voor de ongeloovige joden een genade te meer geweest die ze hebben versmaad. Jezus' begrip van het Godsrijk wordt in het tweede hoofdstuk kort maar keurig ontleed.

Het voornaamste deel van het boek is de kommentaar van de bijzonderste parabels ; beteekenis en draagwijdte van ieder parabel worden grondig ontleed en op het geestelijk leven toegepast, maar vooral wordt die uitleg smakelijk gemaakt door de *realia*, door die kleine archeologische en geographische gegevens, die Schr. uit honderden boeken verzamelde en die de parabelen zelf doen heropleven. Een ware schat voor wie homiliën prediken moet ! Weinig letterkunden mogen op zulke vollèdige, wetenschappelijke en toch volksche, studie bogen ; de toon is wel hier en daar oratorisch, maar... dat zou een pater gebeuren.

Een heruitgave van *Christus' werken* wordt voorbereid, een tweede deel van *Christus' woorden* wordt ons beloofd, een boek over Jezus' lijden wordt in het vooruitzicht gesteld ; aan P. Geerebaert zal ons geloovig weetgierig volk veel, zeer veel te danken hebben.

M. De Jonghe.

Dom C. Butler. *Sancti Benedicti regula monasteriorum*. Editio altera critico-practica. Friburgi Brisgov. Herder, 1927. In-16, XXIV-223 p.

Editio *critica :* summa enim sagacitate a viro in hac materia versatissimo constituta ex collatis inter se optimis codicibus, de quibus breviter sed docte disseritur in introductione Editio *practica* tum ob maxime utiles rerum et verborum indices, tum præsertim ob citata multa antiquorum testimonia quibus S. Benedictus usus est. Hæc forte, quoad ordinationem officii, ex Cassiano abundantius hauriri potuissent.

C. Callewaert.

Opera ad redactionem missa (1).

L'Ame des peuples à évangeliser. Compte-rendu de la sixième semaine de Missiologie de Louvain (1928). Louvain, Ed. du Museum lessianum, 1928. — In-8, 225 p.

Adhemar, P. (Capuc.) *Elkerlijk*. Moraliteit uit de 15de eeuw vrij bewerkt in modern nederlandsch. Brugge, « Excelsior ». — In-12, 45 bl. — Pr. 5 fr.

Aertnys, J. (C. ss. R.) *Theologia moralis secundum doctrinam s. Alfonsi de Liguori*. Vol. I. Taurinorum Augustæ, Marietti, 1928 — In-8, XIII-763 p.

d'Agnal, A. *Méditations sur s. Thérèse de l'enfant Jésus dans sa famille*. Paris, Téqui, 1928. — In-16, 472 p.

Astaes, C. *Uit moeders jeugd*. Brugge, « Excelsior », 1928. — In-8, 134 bl. — Pr. 8 fr.

Avancin, N. (S. J.). *Méditations pour tous les jours de l'année*. Nouv. éd. par J. Busée (S. J.). I, (Avent-Trinité). Arras, Brunet, 1926. — In-16, 388 p.

Bea, A. (S. J.). *Institutiones biblicæ*. Vol. I, pars I : *De Pentateucho*. Romæ, e Pontificio Instituto Biblico, 1928. — In-8, 188 p.

Belliot, A. (O. F. M.). *Manuel de sociologie catholique*. Paris, Lethielleux, 1927. — In-8, 850 p. — Pr. 40 fr.

Bierbaum, M. *Das Konkordat in Kultur, Politik und Recht*. Freiburg im Br., Herder, 1928. — In-8, VIII-194 p. — Pr. 5.60 Mk.

Blouet, J. *Pour sauver les âmes*. Instructions pastorales. 3e éd. Paris, Giraudon, 1928. — In-8, 520 p. — Pr. 15 fr.

Bourchany (Mgr). *Entretiens sur la vie religieuse*. Paris, Téqui, 1928. — In-12, VI-216 p.

Bruggeman, E. *Les mystiques flamands et le renouveau catholique français*. Lille, V. Bresle, 1928. — In-8, 148 p. — Pr. 10 fr.

Cance, A. *Le code de droit canonique*. T. II. Paris, Gabalda, 1928. — In-12, VI-529 p. — Pr. 25 fr.

---

(1) Operum quorumdam, quæ hîc tantummodo indicantur, recensiones in proximis fasciculis parebunt.

Castelain, D. (C. SS. R.) *De cultu Eucharistici Cordis Jesu*. Paris, Beauchesne, 1928. — In-8, XVIII-339 p.

Clotilde de Ste Julienne. *Ste Julienne de Cornillon*. 2e éd. Bruges, Desclée, 1928. — In-8, 234 p.

Cornely-Merk (S. J.). *Manuel d'introduction à toutes les saintes Ecritures*. Trad. TH. MAZOYER. T. I. Paris, Lethielleux, 1928. — In-8, XII-784 p. — Pr. 50 fr.

Cruysberghs, K. *Levensopgang*. Zes vasten-preeken. — Antwerpen, Geloofsverdediging, 1928. — In-12, 806 blz. — Pr. 7 fr.

Declercq, S. (Barnab.) *Le R. P. Schilling*. Un artiste norvégien converti. Bruxelles, Dewit, 1928. — In-12, 244. p. — Pr. 12 fr.

de Moreau, E. (S. J.). *Le catholicisme en Belgique*. Liège, Ed. « Pensée cath. », 38, Quai Mativa, 1928. — In-12, 103 p. — Pr. 4.50 fr.

Les dernières années de Bossuet. Journal de Ledieu. Nouv. éd. par Ch. Urbain et E. Levesque. t. I (1699-1702). Bruges, Desclée, De Brouwer et Cie, 1928. — In-8, XXIII-424 p.

Dieben, J. (S. J.). *In den dienst des Scheppers*. Een boek over het huwelijk voor kath. verloofden en gehuwden. Antwerpen, Geloofsverdediging, 1928. — In-8, 87 blz.

du Bois, K. (S. J.) en **Engelen, L.** (S. J.). *Hij heersche*. Al. Secr. J. V. K. A. n. 2. Antwerpen, Geloofsverdediging, 1928. — 23 bl.

Duplessy, E. *Le catéchisme en problèmes*. Cours moyen : Catéchisme de communion solennelle. Livre du Maître. Paris, Téqui, 1928. — In-8, X-299 p. — Pr. 10 fr.

Id. *Résumés de catéchisme*. Extraits du catéch. en problèmes. Paris, Téqui, 1928. — In-8, 58 p. — Pr. 1.50 fr.

Les écoles de spiritualité chrétienne par plusieurs auteurs. Liège, Ed. « Pensée cathol. », 38, Quai Mativa, 1928. — In-8, 211 p.

Le bienheureux P. J. Eymard. Bruxelles, « Librairie euch. » 205, Ch. de Wavre, 1928. — In-8, 570 et 585 p.

Gárdonyi Géza. *De onzichtbare Mensch*. Naar het hongaarsch door Dr A. CARDYN. Brugge, « Excelsoir ». s. d. — In-8, 308 bl. — Pr. 15 fr.

Giloteaux, P. *Patriotisme et Internationalisme*. Paris, Téqui, 1928. — In-3, 273 p. — Pr. 10 fr.

Gontier, P. *Règlement de vie sacerdotale*. Arras, Brunet, 1928. — In-16, 165 p.

Gouraud (Mgr). *La montée du Sacerdoce*. Paris, Lethielleux, 1928. — In-8, 250 p.

Gumbley, W. (O. P.). *Le catholicisme en Angleterre*. Liège, Edit. « Pensée Catholique », 38. Quai Mativa, 1928. — In-8, 40 p. — Pr. 2 fr.

Gundlach, G. (s. j.). *Zur Soziologie der Kath. Ideenwelt und des Jesuitenordens.* Freib. i. Br., Herder, 1927. — In-8, 120 p. — Pr. 4.50 Mk.

Grabmann, (Mgr), *Einführung in die Summa Theologiæ des heiligen Thomas von Aquin,* 2e neubearb. Aufl. Freiburg i. Br., 1928. — In-8, viii, 183 p.

Hontoir, C. *Choix de lettres de Louis Veuillot.* Fayt-lez-Manage, Deltenre, 1928. — In-8, 216 p. — Pr. 11.50 fr.

Herbinière, E. (c. s. Sp.) *Ch.-H. de la Bouillerie.* Un apôtre de 15 ans. Paris, Téqui, 1928. — In-8, 80 p.

Heyman, H. *Centralisation et rationalisation des Entreprises industrielles en Belgique.* Ed. de la Soc. d'ét. mor, soc. et jurid. Bruxelles, Dewit, 1928. — In-8, 113 p. — Pr. 7 fr.

Janssens, Al. (Miss. Scheut). *Anglicaansehe Bekeerlingen.* Brussel, Standaard-Boekhandel, 1928. — In-8, 198 bl. — Pr. 20 fr.

Kanters, Ch.-G. (Prêtre du Sacré-Cœur). *La dévotion au Sacré-Cœur de Jésus dans les anciens Etats du Pays-Bas* (XII-XVIIe siècle). Bruxelles, Dewit, 1928. — In-8, xv, 297 p. — Pr. 8 fr.

Kors, J.-B. (o. p.). *Van Gods geslacht.* Uit de reeks « Godsdiensten soc. trakten ». Antwerpen, Geloofsverdediging, 1928. — 43 bl. — Pr. 2 fr.

Katholieke jaarkrans. Keurgarve der Godsdienstige poëzie bijeengebracht door J. R S. Cauberghe. Den Haag, « Excelsior », 1928. — In-8, 85 bl. — Pr. 6 fr.

Kramer, L. *Terug naar huis.* Overzicht van het geestelijk leven. Serie « Vita Vera », n. 1. Antwerpen, Geloofsverdediging, 1928. — In-8, 312 bl. — Pr. 15 fr.

Laveille, E. (s. j.). *Le P. De Smet.* 4e éd. Louvain, Museum lessianum, 1928. — In-8, 480 p. — Pr. 20 fr.

Laveille (Mgr). *Une sœur missionnaire.* Sœur Théodorine de la Passion des Filles de la Croix de Liège. Louvain, Museum lessianum, 1928. — In-8, xii, 434 p.

Lenfant, S. A. (Ev. de Digne). *Une méditation pour chaque jour.* Paris, Téqui, 1928. — In. 32. 40 p. — Pr. 1 fr.

Libert, A. (o. p.). *La morale laïque.* Liège, Ed. « Pensée Catholique », 1928. — In 8, 60 p.

Mayer, H. *Katechetik,* Theorie des religionsunterrichtes für Volks -, Fortbildungs - und höhere Schulen, 2e Aufl. Freiburg i. Br., Herder, 1928. — In 8, IX. 199 p.

Missiaen, B. (Capucijn). *Volkshuishoudkunde*, I. 2e uitg. Brugge, Excelsior, 1928. — In 8, XII — 538 bl.

Mitzka, Fr. (s. J.) *Die Glaubenskrise im Seelenleben.* Innsbruck. Verlagsanstalt Tyrolia, 1928. — In 8, 60 p. — Pr. 1.10 Mk.

Ordo divini officii recitandi juxta calend. Eccl. univ. pro anno 1929. — Torino, marietti, 1928. — In 8, 106 p. — Pr. 3 lib. ital.

Le Pastoral de s Grégoire le Grand. Traduction par JOSEPH BOUTET (oblat Bénédictin). Coll. « Pax », Vol. XXIX. Paris, Desclée et Lethielleux, 1928. — In 8, XXIII 312 p. — Pr. 15 fr.

Pastre, G. *L'éternel féminin.* Notes brèves sur le féminisme. 2e éd. Paris, Téqui, 1927, — In-8, 154 p. — Pr. 6 fr.

Pejska, J. (C. SS. R.) *Jus canonicum religiosorum.* Freib. i. Br., Herder, 1927. — In 8, XVI-366 p. — Pr. 8.50 Mk.

Pera, C. (O. P.) *Le catholicisme en Italie.* Liège, Ed. « Pensée catholique », 38, Quai Mativa, 1928. — In 8, 103 p.

Perraud, C. *Méditations sur les sept paroles de N. S. J. C. en croix.* 7e éd. Paris, Téqui, 1928. — In-12, XXXI-268 p.

Platenburg, Th. *Zedenleer volgens sint Thomas.* Antwerpen. Geloofsverdediging, 1927. — In-8, 172 p. — Pr. 8 fr.

Poppe, E. *La méthode eucharistique.* 2e éd. Averbode, 1928. — In-12, 136. p. — Pr. 7,50 fr.

Id.. *Zonnestraaltjes.* Averbode, 1928. — In-12, 231 bl. — Pr. 6 fr.

Prin, A. (Salésien). *Le Prince Auguste Czartoryski.* Marcinelle-Charleroi, Dupuis, 1928. — In 8, 72 p.

Prunel, L. (Mgr.). *Pour l'Eglise et pour la Patrie.* Discours à des jeunes gens. Paris, Téqui, 1928. — In-12, VIII-275 p.

Richaud. (Aumônier diocésain des Scouts de Versailles). *Veillées de prière.* 3e éd. augmentée de la Journée du Scout de France. Paris, Téqui, 1928. — In 16, XVIII-142 p. — Pr. 5 fr.

Roder, J. *Ordinandorum enchiridion.* 2a ed. curante C. M. Belli, Neapoli, 1928 — In-12, 89 p.

Romier, L. *La déprolétarisation des masses.* Liège, éd. « Pensée catholique », 38 Quai Mativa,, 1928. In-8, 47 p.

Sanders, Nic. (O. F. M). *Jezus Christus, een bovennatuurlijke Persoonlijkheid.* Leerb. der Dogmatica, VII, Apolog. I. Brussel, Standaard-Boekhandel, 1928. — In-8, 171 bl. — Pr. 18 fr.

Sassen, F. *Geschiedenis der patristische en middeleeuwsche wijsbegeerte* Brussel, Standaard-boekhandel, 1928. — In-8, 270 bl.

Les semaines liturgiques. Cours et conférences. T. VI. La préparation de l'Eucharistie. Louvain, du 1 au 4 août 1928. Abbaye du Mont-César, 1928. — In-8, 267 p. — Pr. 20 fr.

Simons, J. *De Strooptocht van kapelaan Hermans*. Brugge, « Excelsior », 1928. — In-8, 128 bl. — Pr. 6 fr.

Somme théologique. I. qq. 75-83. L'âme humaine. Trad. française par J. Wébert, o. p. Ed de la « Revue des Jeunes ». Tournai, Desclée et Cie, 1928. — In-12, 414 p. — Pr. 12 fr.

Theologische Summa van den h. Thomas v. Aquino, X, *Over de wetten*, (I-II, q. 90-108). Lat. en nederl. tekst uitg. door een groep Dominikanen. Antwerpen, Geloofsverdediging, 1928. — In-8, xvi, 626 bl. — Pr. 45 fr.

Tissier (Mgr). *La doctrine de nos fêtes*. Les Fêtes des Saints. I. Les grands maîtres. II. Les grands exemples. Paris, Téqui, 1928. — In-12, vi, 264 et 252 p.

Id. *Grands sanctuaires français*. Ouvr. orné de gravures. Paris, Téqui. 1928. — In-8, 224 p. — Pr. 10 fr.

Turcan, R. *Le directeur des catéchismes de première communion et de persévérance*. 3 vol. Paris, Téqui, 1928. — In-8, xviii-459, 442 et 495 p.

Van Genechten, R. *Vlaanderens economische ontwikkeling na den oorlog*. Brugge, « Excelsoir », 1928. — In-8, 62 bl. — Pr. 6 fr.

van der Mueren, Alf. *Naar Jezus met de zesjarigen* Catechesen. Twee deelen. — Paed. Stud. xxxiv. Leuven, de Vlaamsche Drukkerij, 1928. — xix-662 bl. — Pr. 20 fr.

Van Noort, G. — Verhaar, J. L. *Tractatus de Sacramentis*. I. Ed. 4. Hilversum, P. Brand, 1927. — In-8, 408 p. — Pr. 4.75 flor.

Id. *Tractatus de Deo uno et trino*. Ed. 4. Hilversum, P. Brand, 1928. — In-8, 227 p. — Pr. 3.50 fl.

Van Tichelen Th. *God en Godsdienst*. 3de uitg. Antwerpen, geloofsverdediging, 1928. — In 8, 209 bl — Pr. 15 fr.

Vermeersch, A. (s. j.). *Overwegingen over de heilige Maagd* Vert. door H. Looijaard, S. J. Brugge, Beyaert, 1928. — In-12, xxii-414 en xxiv-253 bl. — Pr. 22,50 fr.

Verschaeve, C. *Adam in Ballingschap* Brugge, « Excelsior », 1928. — In-8, 124 bl. — Pr. 10 fr.

Id. *Judas*. Brugge, « Excelsior », 1928. — In-8, 137 bl. — Pr. 8 fr.

Id *Maria-Magdalena*. Brugge, « Excelsior », 1928. — In-8, 168, bl. — Pr. 18 fr.

Id. *Lucifer*. Brugge, « Excelsior », 1928. — In-8, 132 bl. — Pr. 10 f.

Id. *Zeesymfonieën*. 4de uitg. Brugge, « Excelsior », s. d. — In-8, 145 bl. — Pr. 8.50 fr.

von Keppler, P. W., *Wasser aus dem Felsen*, II B. Freiburg i. Br., Herder, 1928. — In-8, 319 p.

Vulhopp, T. *Une politique des familles nombreuses en Belgique*. Ed. de la Soc. d'Et. mor., soc. et jurid. Bruxelles, Dewit, 1928. — In-8, 434 p. — Pr. 40 fr.

INDICES

I

Index Articulorum

Documenta romana (1)

Acta Pii PP. XI

Pag.

1928 jan. 6. Litteræ encyclicæ de vera religionis unitate fovenda 3
» maii 8. Litteræ encyclicæ de expiatione debita ss. Cordi Jesu 185
» sept. 8. Litteræ encyclicæ de studiis rerum orientalium provehendis 353
» aug. 15. Litteræ ad Emum D. J. E. Van Roey de conventu consociationis juvenilis pro actione catholica. . 364

E Supr. S. Congr. S. Officii

1928 jan. 13. Damnatio trium librorum (Action française). . 73
» » 27. De competentia in causis matrimonalibus . . 177
» febr. 3. Damnatio operis 177
» mart. 16. * Dubium de modo repræsentandi s. Spiritum . 339
» » 25. * Abolitio consociationis « Amici Israël » . . 341

E S. Congr. de disciplina sacramentorum

1928 jan. 5. * De confessione et s. communione fidelium quando Eucharistia defertur infirmis 173
» » 5. * De communione infirmorum 175

E S. Congr. Rituum

1927 dec. 14. S. Theresia ab Infante Jesu declaratur peculiaris missionariorum patrona 251
1928 jan. 11. * Dubium de oratione ss. Sacramenti in Missa . 167
» mart. 14. S. Hieronymus Æmiliani declaratur patronus orphanorum 251
» » » Missa et officium s. Theresiæ ab Infante Jesu necnon s. J. B. M. Vianney extenditur ad universam Ecclesiam 251

(1) Decreta quæ asterisco * notantur, in hoc periodico adnotationibus illustrantur.

Pag.
1928 apr. 27. De oratione ss. Sacramenti in Sabbato Sancto . 428
» maii 9. Officium s. Joannis Eudes approbatur . . . 422

E S. Pœnitentiaria Apostolica

1928 jun. 1. Indulgentiæ adnexæ precationi reparatrici ad ss. Cor Jesu 252

E Pont. commissione ad interpr. Can. Codicis

1927 dec. 28. * Responsa ad quattuor dubia. 253
1928 mart. 10. * Responsa ad dubia proposita 253

Acta Episcopalia

1927 dec. 29. Schikkingen voor het inrichten der missietentoonstellingen en aansluiting der missienaaikringen . 423

Conferentiarum quæstiones et responsa

E s. Scriptura V. T.

De restauratione judaïca 5, 103, 200, 268, 369
De sacrificiis judæorum. 394, 433

E s. Scriptura N. T.

De resurrectione Lazari. 41
Prima oratio Jesu post cœnam 130, 223, 303

E Tractatu de Ecclesia

Argumentum tractatus de vera religione 397
De notis Ecclesiæ 439

E s. Theologia dogmatica

E Tractatu de Deo redemptore

De munere Christi regio 19

E Tractatu de gratia

De gratia elevante et sanante 46
De augmento gratiæ habitualis 110
De gratia habituali non minuenda 135
De amissibilitate gratiæ 206
Conditiones ad meritum de condigno 229
Conditiones operis ad meritum condignum 274
Conditiones ad meritum de congruo 306
De objecto meriti 372

Pag.

E s. Theologia morali

E Tractatu de virtutibus in genere

De facilitate bene operandi 400

E Tractatu de fide

Casus de participatione seu communicatione in divinis . . 444

E Tractatu de pœnitentia

De remissione peccati venialis 24, 51
De confessione generica peccatorum 114
De contritione perfecta 137
De reatu pœnæ temporalis ejusque satisfactione. . . . 209
De absolutione a peccatis reservatis 233
De concubinario et franco-muratore moribundo 282
De satisfactione sacramentali 309
De sacramentorum denegatione indispositis 377

E Tractatu de indulgentiis

De indulgentia plenaria in articulo mortis. 30
De indulgentiis rosarii s. Dominici 119
De corona s. Brigittæ 216
De benedictione apostolica in articulo mortis 295
De scapularibus in genere 409

E s. Liturgia

De renovandis ss. Eucharistiæ particulis 59
De vasis eucharisticis in quibus asservantur particulæ consecratæ 147
De tempore ministrandi s. communionem 240
De Smi Sacramenti expositione privata et publica . . . 322
Missæ de dominica, de feria, de festis. 415
De celebratione pro grege 460

E Jure canonico

De librorum prohibitione 35
De lectione pravorum diariorum. 125
De censuris ecclesiasticis 219
De suspensione a divinis 299
De absolutione a censuris in periculo mortis 389
De dispensationis ecclesiasticæ notione 453

Kerkgeschiedenis

De veroordeeling van het monophysisme 54
Ontstaan van het monothelisme 143
Paus Honorius en het monothelisme 236
De veroordeeling van het monothelisme 314
Ontstaan van de Oostersche Scheuring 383

Pag.

Dissertationes

De Laudibus matutinis. 63, 152, 245, 326

Consultationes

Notabilia quædam de quæstione qua in re consistat essentia Sacrificii Missæ. 367
Animadversiones quædam in unam alteramve thesim recenter Lovanii propositam 265
De stipendio Missæ in festis abrogatis. 82
De dispensatione in lege abstinentiæ. 479
De publicationibus antenuptialibus 426
De jure funerandi rectorum religiosarum 179
De oratione imperata 256, 352
Casus de matrimonio inter concubinarios 482

Analecta ascetica et mystica

Quod in meditatione et contemplatione Christi patientis inest stimulus peculiaris ad vitam contemplativam 97

Miscellanea

Tu autem Domine miserere nobis 471
Octiduum supplicationum ad Ecclesiæ unitatem obtinendam . 476

Legislatio civilis

Wedden der katholieke geestelijkheid (brief van den Minister van Rechtswezen — Wet van 2 Aug. 1928) . . 343, 424, 488
Bediendenpensioenen 178
Kerkfabrieken (wederbeleg van kapitalen — bouwen van kerken) 79, 81, 487
Acquisitions, échanges et aliénations d'immeubles . . . 486
Catechismusles in de school. 488

Libri dijudicati

H. Alfonsus-Maria. Wijze om voortdurend en vertrouwelijk met God om te gaan 93
Id., Conformité à la volonté de Dieu 93

Pag.

BARDENHEWER, O. Der Römerbrief des h. Paulus . . . 90
BEELEN, J. TH. Het h. Evangelie volgens Lucas, Het h. Evangelie volgens Joannes. Aangeteekend door A. Vander Heeren 87
BELLIOT, A. (O.F.M). Manuel de la sociologie catholique. . 349
BERLIÈRE, U. (O.S.B) L'ascèse bénédictine des origines à la fin du XIIe siècle 183
BERTHAULT, PH. Bossuet intime 259
BITTREMIEUX. J. Doctrina Mariana Leonis XIII . . . 496
BRYS, A. Maatschappijleer 349
BUTLER, C. (O. S. B.). Sancti Benedicti regula monasteriorum. 503
CAPPELLO, F. (S.J.). Tractatus canonico-moralis de sacramentis juxta codicem juris canonici 95
CAYRÉ, F. (S. J.). La contemplation augustinienne . . . 258
ID. Précis de Patrologie 351
CHOMETON, A. (S. J.). Le Christ Vie et Lumière. . . . 181
CLAERHOUT, J. Publications ethnographiques 335
Collectanea franciscana neerlandica 261
CORNELY, R., — MERK, A. (S. J.). Manuel d'introduction à toutes les s. Ecritures 86, 348
CRUYSBERGHS, K. Onze verlossing 95
DAISOMONT, M. De oorsprong van den eersten mensch . . 501
Id. De strijd van Hendrik VIII om Anna Boleyn . 182
DENZINGER, H. BANNWART, CL. Enchiridion symbolorum. Ed 16 et 17 496
DOURCHE, J. M. (des Servites de Marie). La Vierge toute sainte. 93
FAHSEL, H. Des h. Thomas von Aquino Kommentar zur Römerbrief 90
FALLON, V. (S. J.). Sommaire des principes d'économie sociale 184
GEEREBAERT, V. (C. SS. R.). De God-Mensch 502
GOETTSBERGER, J. Einleitung in das Alte Testament. . . 492
Het hoogste goed 263
HONNAY, (S. J.) Les cercles sociaux de doctrine catholique. . 263
JANSSENS, A. Het Neo-Malthusianisme 495
JANSSENS, AL. God als schepper 496
Id. De heilige Maagd en Moeder Gods, II Theotocos 498
JANSSENS, R. Begrippen van gregoriaansche zang . . . 263
KEULERS, J. Het boek Judith, Het boek Esther 87
LAVERGNE, C. (O. P.), Synopse des quatre Evangiles . . . 89
Les élites en pays de mission 262
Les épîtres de s. Paul 89
LEFÈVRE, M. Sommaire de la doctrine chrétienne . . . 184
LEKEUX, M. Le patelin de Notre-Dame 183
LOWIE, J. Missieactie bij de schooljeugd 95
MARION, L. Histoire de l'Eglise 351
MERKELBACH, H. (O. P.) Quæstiones pastorales (II, III, IV) . 491
MISSEREY, E. Du doute à la contemplation. Sœur Claire de Jésus 92

Pag.
PÈGUES, Th. (O.P.). Commentaire français littéral de la Somme théologique de saint Thomas d'Aquin (XVII) 96
POELS, H. Een probleem 501
POHL, W. De vera religione quæstiones sèlectæ . . . 496
PRÜMMER, M. (O. P.) Manuale juris canonici . . , . 499
Id. Manuale theologiæ 499
PICHENOT (Mgr.). L'Evangile de l'Eucharistie 263
RICCIOTTI, G. Le lamentationi di Geremia 88
ROELANTS, A. (S. J.). Het boek Jeremias en zijn klaagliederen met de prophetie van Baruch 348
RUTS, C. De apocriefen uit het nieuw Testament, I Evangeliën en Kerkstemmen 91
SIMON, H. (C. SS. R.) Prælectiones biblicæ. Ed. recognita a P. J. Prado . . . . . , ... 87
SURMONT, A. (Miss. Scheut). De psalmen in het h. Officie . . 82
STEGMILLER, P. (S. D. S.). Jerusalem. Schulwandkarte . . 432
TOBAC, E. Les cinq livres de Salomon 181
TRICERRI, D. M. (O. P.). Il canti divini. vol. I . . . 88
VAN DEN BOSCH, V. Het Apostel-Hart van Jezus . . . 184
VAN DER MEERSCH, J. Tractatus de Deo uno et trino. Ed. altera 85
VAN DER MUEREN, A. Bij de ware levensbronnen . . . 94
VAN MAELE, (O. Paem). De Eucharistische Kruistocht voor kinderen. Groep A. 94
VAN TICHELEN, T. Het Evangelie volgens Joannes. De brieven van den h. Paulus 491
Veertien geestelijke voordrachten 495
VERHELST, F. Evangile selon s. Matthieu 182

II

Index Alphabeticus

Action Française v. Prohibitio librorum.

Amici Israël, consociatio « Amici Israël » aboletur decreto s. officii 25 martii 1928, 341.

Absolutio in periculo mortis secundum can. 882 limitatur ad forum internum, 74. V. Censura.

Abstinentia. Quanam extentione sumendum sit vocabulum « milites », et utrum Episcopalis dispensatio in lege abstinentiæ etiam valeat pro familia ducum militiæ qui a munere suo sese abdicarunt, 479 ; responsum hic olim datum coarctatur ad solos duces qui quadam vera ratione adhuc ad militiam pertinent, 480 s. ; pro aliis potest propter motiva sufficientia confessarius vel parochus ipse dispensationem concedere, 481 s.

Actus reparationis ad ss. Cor Jesu, v. Indulgentiæ.

Actio catholica. Litteræ Pii PP. XI ad Emum D. J.-E. Van Roey de conventu consociationis juvenilis pro actione catholica, 364.

Baptimus ritu hæretico, v. Communicatio.

Bedienden, v. Pensioenen.

Benedictio apostolica, v. Indulgentiæ.

Bouwen eener kerk. Het ontwerp tot oprichting eener kerk moet voorafgaandelijk worden onderworpen aan het advies van de koninklijke commissie voor monumenten, 81. Brief van den Minister van Rechtwezen.

Canones Codicis explicantur : c. 522, p. 75 ; c. 821 § 1 p. 244 ; c. 847, p. 175 ; c. 867, p. 240 ; c. 869, p. 173 s.; c. 900, p. 233 s., c. 1045 § 3, p. 74 ; c. 1096, § 1, p. 75 ; c. 1098, p. 253 s. ; c. 1102, § 1, p. 253 s. ; c. 1272, p. 59 ; c. 1274 § 1, p. 323 ; c. 1386, p. 36 ; c. 2241, p. 220 ; c. 2252, p. 389 ; c. 2254, § 1, p. 391 ; c. 2278, § 1, p. 300.

Celebratio pro grege. Fundamentum obligationis, 460 ; subjectum obligationis, 461 ; natura obligationis, 462 ; sub respectu canonico est obligatio temporalis, 462 ss. ; realis, 466 ; personalis, 467 ; localis, 468 ; solemnitas celebrationis, 468 ; sub respectu morali obligatio realis est justitiæ ex toto genere suo gravis, obligationes secundariæ sunt obedientiæ et ex genere suo graves, 469.

Censura. Notiones historicæ circa notionem censuræ, 219; notio explicatur, 220 s.; absolutio a censuris in periculo mortis, 389 s, explicatur : *a*/ quid sit mortis periculum, 390 ; *b*/ quandonam recursus imponatur, 391 ; *c*/ quemnam gravet onus recurrendi et quonam tempore sit faciendus recursus, 392 ; *d*/ apud quemnam superiorem sit faciendus, 393. v. Suspensio.

Cor ss. Jesu v. Cultus.

Christus. *Munus* Christi *regium* probatur ex sacris litteris, 19 ; ex Patribus, 20 ; explicatur 21.

Christi patientis contemplatio v. contemplatio.

Circumcisio. Cooperatio medici, v. Communicatio.

Communicatio in divinis. Notiones, divisio in formalem explicitam et implicitam, sive ex natura rei, sive ex adjunctis, 447 ; — et mere materialem, 448 ; principia generalia de liceitate ejus, 448 s. ; applicatio ad casum medici accersiti ad circumcidendum puerum Judæorum, 450 s. ; item ad casum ancillæ vel obstetricis deferentis vel brachiis tenentis puerulum a ministello acatholico baptizandum, 453 ; quænam sint pro illis rationes sufficientes ad cooperationem mere materialem, 454 ; quænam cautelæ adhibendæ, 454 s.

Communio.

Semper servat relationem cum sacrificio, 241. *Distribui* potest omnibus diebus excepto Parasceve, 241 ; in Salbato Sancto nonnisi ad communionem missæ vel statim post missam, 242 Ratio exceptionis quærenda in antiqua disciplina jejunii, 243. De hora qua distribui potest, 244 s. Distribui non potest coram SSmo exposito, 326.

Communio infirmorum. Judicium causæ ob quam communio privatim deferri possit, spectat ad Ordinarium loci, 175 s.

Communionis ad infirmos deferendæ occasione, s. Eucharistia etiam bene valentibus ministrari potest in omni loco quo, saltem per modum actus, missa celebrari potest, 173 s.

Concubinatus. Casus matrimonialis in quo adest impedimentum affinitatis, publicæ honestatis et criminis et in quo una pars confiteri renuit, quamvis sit publicus peccator. Deinde, can. 1050 seu lex de omnibus impedimentis simul dispensandis, in præsenti casu, non applicatur, 482 s.

De modo agendi confessarii cum moribundo, sensibus destituto, 283, aut sensibus nondum destituto, 284, sive agatur de concubinato occulto, 285, sive de publico, 291 s.

Confessio generica præbet de se materiam validæ absolutionis, 115 s., attamen si agitur de materia necessaria, graviter illicita est, nisi specifica sit impossibilis et aliqua necessitas adsit recipiendi sacramentum, 116 s., quodsi agitur de materia libera, confessio generica non est de se illicita, 118 s.

Contemplatio Christi patientis stimulum peculiarem continet ad vitam contemplativam, 97 ss.

Contritio perfecta est extra sacramentum ultima et sufficiens dispositio ad justificationem, 138, quod valet 1/ de omni contritione perfecta, etiam remissa aut extra casum necessitatis, 140 s. 2/ de sola contritione perfecta 141 s. v. Peccatum.

Cooperatio cultui acatholico, v. Communicatio.

Corona s. Birgittæ, v. Indulgentiæ.

Cultus ss. Cordis Jesu, de communi expiatione ss. Cordi Jesu debita agit Pius PP. XI in encycl. « Miserentissimus Redemptor » diei 8 mensis maii 1928, 185 ss ; instituitur solemnis reparatio quotannis per totum orbem celebranda, 196.

Diaria prava. Determinatur materiæ gravitas in lectione pravorum diariorum, inspecto *a*/ jure naturali, 126 s. ; *b*/ jure positivo, 128 s. v. Prohibitio librorum.

Dispensatio. Etymologia vocio, 453 ; sensus usualis : *a*/ in jure antiquo, *b*/ in jure novo, 454 ; determinatur ejus differentia ab interpretatione doctrinali et epikeia, 455 ; ab abrogatione et derogatione legis, 456 ; a licentia, excusatione et absolutione, 456; a privilegio contra jus, 457 s ; a dissimulatione, 460.

Dispensatio quadragesimalis v. Abstinentia.

Dominica. Origo et significatio, 416 ; quomodo differat a feriis, 418, indoles officii dominicalis, 419.

Ecclesia. Ecclesia Christi est *religio vera* concrete spectata, 398 ; demonstratur methodo empirica vel historica, 398 ; nexus hujus demonstrationis cum scientia theologica, 399.

Ecclesiæ *notæ* explicantur, 443 ; enumerantur et a

proprietatibus distinguuntur : *a*/ unitas, 443 ; *b*/ sanctitas, 444 ; *c*/ catholicitas, 445 ; *d*/ apostolicitas, 446. Quid practice attendendum in arguendo ex notis, 447.

Ecclesiæ *unitas*, v. RELIGIO.

Eucharistia Hostiæ « frequenter *renoventur* » (can. 1272), 59, h. e. singula hebdomada, aut saltem quindena, 60 s., et sint « recentes », 61 ; et novæ cum veteribus ne commisceantur, et ponantur in pyxide purificata, 61. Quædam statuta practica hac de re, 62.

Historia *conservationis* Eucharistiæ, 148 : capsæ, pyxides absque vel cum pede, columbæ, 148 s. Hodie hostiæ debent servari non inter corporalia, sed « in pyxide », 149, « ex solida decentique materia », cum cuppa argentea intus deaurata, 149, « eaque munda », bene clausa suo operculo, quod non sit adnexum cuppæ, convenienter et habeat crucem, 150. Sit cooperta velo albo serico, convenientis formæ, 151. De pyxidis benedictione et tactu, 151.

Expositio privata a publica essentialiter differt in eo quod illa in pyxide, altera in ostensorio sine velo fiat, 322. Ad publicam requiretur causa gravis, præsertim publica, 323, et Ordinarii licentia, 324 ; quid in diœcesi Brugensi 324 Ad privatam sufficit causa justa, 324. Utriusque expositionis apparatus liturgicus, 325 s. ; lumen, 326, ornatus, 326 s. v, COMMUNIO ; MISSA.

EUTYCHES v. MONOPHYSISME.

Feriæ. Origo et ratio, 417 ; quomodo differant a Dominica 418 ; indoles officii et missæ ferialis, 420.

FACILITAS bene operandi, v. VIRTUTES.

Festum liturgicum. Quid sit, 418 ; undenam orta festa Domini et Sanctorum, 417 ; quomodo differat a dominica et feria, 419 ; caracter officii et missæ festi, 420. — Festa s. Theresiæ, s. Joan. Vianney, 251 et s. Joan. Eudes, 422.

Franco-murator De modo agendi confessarii cum franco-muratore moribundo, 293.

Gratia. Quomodo dicatur *elevans*, 46 et *sanans* seu medicinalis, 47 ; nexus hujus distinctionis cum quæstione de necessitate gratiæ, 48 ; controversia de gratia *mere* sanante, 49.

Habitualis quomodo *augeri* possit, 110 ; probatur opera bona supernaturalia reapse augere gratiam, 111 ;

doctrina Ecclesiæ de hoc augmento, 113. — Eadem gratia habitualis *nunquam minuitur intrinsece*, 135 ; quomodo peccata venialia præparent lapsum majorem, 136.

Amitti potest et reapse amittitur per quodvis peccatum lethale, 206 ; doctrina Scripturæ, 207 et Patrum, 208 necnon Ecclesiæ, 209 ; v. MERITUM.

Effectus formalis gratiæ sanctificantis non est filiatio divina adoptiva, 265 ss.

Hæreticus et schismaticus, in periculo mortis constitutus et 1) sensibus destitutus absolvi potest conditionate, extrema unctione muniri potest, Viatico refici non potest, 381 ; 2) et usum sensuum habens, sacramenta recipere non potest antequam Ecclesiæ reconcilietur, 382 s.

HONORIUS, v. MONOTHELISME.

Indulgentiæ. Indulgentia plenaria *in articulo mortis*. Est indulgentia pro vivis, 30, non applicabilis animabus purgatorii, 30, una tantum vice acquiri potest, 31, suspensa manet usque ad verum mortis articulum, 31, effectus ejus ex intentione Ecclesiæ, 32, solutio difficultatis, 32, modi eam acquirendi, 33. Conditiones ordinariæ, 35.

Indulgentiæ *rosarii s. Dominici*. Notio rosarii s. Dominici, 119, indulgentiæ ei adnexæ, 120. Conditiones ad eas lucrandas, 121. Licet separare decades, 124. Cummulative lucrifieri possunt indulgentiæ s. Dominici et indulgentiæ crucigerorum, 124, et indulgentiæ apostolicæ, 124.

Corona s. Birgittæ describitur, 216, indulgentiæ adnexæ, 217. Conditiones ad eas lucrandas, 218, facultas eam benedicendi, 218, modus eam benedicendi, 219.

Benedictio apostolica in articulo mortis. Notio, 295, minister, 296, subjectum, 296, iteratio, 297, formula, 298. Conditiones ad lucrandam indulgentiam adnexam, 298.

Scapularia. Præscriptiones generales circa eorum materiam, 410, formam, 410, benedictionem et impositionem, 411. Formula benedictionis, 413. Quinque scapularia adunata, 413. Ascriptio confraternitatibus, 414. Modus gestandi scapularia, 415. Sanatio, 415.

Indulgentiæ adnexæ actui reparationis ad ss. Cor Jesu, 252.

Octiduum precationum ad Ecclesiæ unitatem obtinendam, indulgentiæ adnexæ, 477.

Inhabitatio ss. Trinitatis. Explicantur textus Jo. XIV, 15-24, 223 ss.

INTERNATIONALE BIDWEEK, v. OCTIDUUM SUPPLICATIONUM.

Juramentum suppletorium requirendum est quoties privatis testimoniis opus est ut constet de statu libero nupturientium, 426 s.

Jus funerandi. Determinantur jura funerandi rectoris religiosarum, 179.

KAPITALEN, v. WEDERBELEG.

KERK, v. BOUWEN VAN KERKEN.

Laudes *matutinæ* quidquid dicant moderni, 63, ex documentis partim novis, 64 ss., noscuntur ante s. Benedictum habuisse psalmos, inter quos 148-150, et canticum, doxologiam et Preces, 66, s. Benedictus, mutata psalmorum distributione, multa admisit usu Romæ recepta, 67 ss. Quænam sint determinari potest ex ejus modo loquendi, qui diversus est de usu receptis et de novis, 69 ss. Textus Regulæ, 72. Comparantur Laudes Romanæ et monasticæ, 152 ss. De usu *psalmorum* LXVI, L, XCII, XCIX, CXVII et LXII, p. 153 ; 156 ss. ; de cantico, 160 ; de ps. CXLVIII-CL usu ex Synagoga recepto, 161 s. ; de psalmis intercalaribus per hebdomadam, 162 ss. ; de antiphonis. 164 s. Psalmi ante s. Benedictum statuti permanserunt usque ad Pium X, 165, qui plura reformavit, 165 s. *Capitulum* ad Laudes et Vesperas deerat in officio romano, sed inductum est a s. Benedicto, 245. *Responsorium* a s. Benedicto assumptum est ex Tertia officii romani, 247, *Hymnus* nove inductus 248. *Versus* admissus ex usu romano, 249 ; item cantica *Benedictus* (et *Magnificat*), 249 ss. *Litaniæ* seu Precum origo, 328, evolutio, 330, usus romanus et Benedictinus, 330 ss. *Pater noster* recitabatur in fine omnium Horarum, 332, secreto, excepta exphonesi, in officio romano, 333, alta voce ad Laudes et Vesperas, secundum Regulam s. Benedicti, 333 ; ratio utriusque modi, 334. Absolvebatur officium apud Benedictinos et in nonnullis basilicis sola recitatione *Pater noster*, 335, cui postea, ratione solemnitatis substituta est *collecta*, 336 s. Ergo s. Benedictus Laudes romanas fere integras admisit, 338.

LEO I, epistola dogmatica, v. MONOPHYSISME.

Matrimonium.

Forma celebrationis matrimonii. Verba can. 1098 : « si haberi vel adiri nequeat... parochus vel Ordinarius » intelligenda sunt de sola physica parochi aut Ordinarii absentia, 253 s.

Matrimonium mixtum illicitum. Facultas alicubi concessa passive assistendi matrimoniis mixtis can. 1102, § 1, revocata est, 253 s.

Competentia in causis matrimonialibus. A catholicus non potest partes agere actoris in causis matrimonialibus, 177. In quibuslibet causis matrimonialibus inter partem catholicam et acatholicam competens est solum s. Officium, salvo præscripto can. 1557, § 1, 1°, 177.

Delegatione generali obtenta assistendi matrimoniis, vicarius cooperator subdelegare valet ad casum determinatum, 75 s. ; parochus vero delegans sacerdotem ad assistendum matrimonio determinato ipse licentiam dare potest subdelegandi, 75 s.

Verba « pro casibus occultis » (can. 1045, 2) etiam intelligenda sunt de impedimentis natura publicis sed facto occultis, 74 s.

Meritum.

Meritum intelligitur *supernaturale*, apud Deum, et quidem *bonum*, 229 ; malum dicitur potius demeritum, 229.

Quomodo dividatur in meritum *condignum* et *congruum*, 229 ; paucis explicatur condignum, 230.

Ad meritum *condignum ex parte operantis* requiritur *a/* status *viæ*, 231 ; *b/* status *gratiæ*, 232. *Ex parte operis* postulatur ut opus sit *liberum*, 274 ; *moraliter bonum*, et quidem ex omni parte, 275 ; non requiritur specialis duratio aut determinatus gradus intensitatis ; nec debet opus esse supererogatorium, 275 ; debet autem esse *supernaturale*, id est, *a/* procedere ex gratia, 276 ; *b/* referri in Deum, finem supernaturalem, *implicite* saltem et *virtualiter*, 277, ut clare docet Aquinas, 278. Non est necessarium imperium caritatis, 279, neque debet actus meritorius fieri ex motivo supernaturali, uti quidam theologi explicant, 280. Quid ad perfectionem operis meritorii sit faciendum, 282.

Ad meritum *congruum*, quod est meritum *secundum quid* et imperfectum, 306, non requiritur divina promissio, 307 : quomodo dividatur meritum congruum in

infallibile et *fallibile*, 307 ; neque requiritur status gratiæ, sed postulatur status viæ, 308 ; necessarium est etiam ut sit opus liberum, moraliter bonum et supernaturale, 308 ; aliter vero supernaturale in homine justificato et in homine non justo, 309.

Quod *objectum meriti* spectat, determinatur quoad *meritum supernaturale* et *proprium*, quid mereri possit *a*/ homo *nondum justificatus*, 372 ; *b*/ homo *justus*, 373. Quid de merito quoad *perseverantiam finalem* et quoad *reparationem post lapsum*, 374. Quid de merito quoad *bona temporalia*, 375 ; de merito *pro aliis* in homine justo, 376, et in non justo, 377.

Missa.

Votiva solemnis ss. Sacramenti quandonam cantari possit aut prohibeatur, 170 s. In casu impedimenti cantatur missa diei cum oratione ss. Sacr. sub unica conclusione, 171 s. Rubricæ illius missæ, 171.

Oratio ss. Sacramenti dicenda in omni missa expositionis seu post quam immediate exponitur SSm ad aliquod tempus, 167, 169 ; in omni missa durante expositione publica, 167, 169 : etiam in Sabbato Sancto, 422, festum aut festo solemnissimo (excepta Commemoratione omnium defunctorum) 169, nisi agatur de identico Domini mysterio, 170. Ponenda prima inter orationes votivas lato dictas, 170 semper sub altera conclusione, 170, nisi teneat locum missæ votivæ de SSmo impeditæ, 170, 171.

Imperatæ duæ si injungantur, quo ordine sint dicendæ, 256 ; una potest, non debet substitui orationi ad libitum, 256 s. ; neutra omitti potest si jam tres orationes dictæ fuerint, 352.

Missæ sacrificii essentia in destructione æquivalenti reponenda est, 367 s.

Missiones. Inrichten der *Missietentoonstellingen*, 423 s. Aansluiting der *Missienaaikringen* bij het Werk der Arme Kerken, 424.

Monophysisme. Veroordeeling in het concilie van Chalcedon, 54 ss. Ontleding van de *epistola dogmatica* van paus Leo, 56 ss. Kort overzicht van het verder verloop van de ketterij, 143 ss.

Monothelisme.

Ontstaan, 143 ss. : door Sergius van Constantinopel uitgedacht om de monophysieten te bevredigen, 144 ; uiteenzetting van Sergius'leer, 145 ss.

Paus Honorius, over de ketterij valschelijk ingelicht, 236 s. komt tusschen ten voordeele van de ketters, 238, zonder zelf monoph. te zijn, 238 s., hetgeen blijkt uit zijn schrijven zelf, 239 s., uit de *Apologia pro Honorio papa* door Joannes IV opgesteld, 314, uit het dispuut van Maximus met Pyrrhus, 315, en den dogmatischen brief van paus Agatho, 316.

De Veroordeeling, voorbereid in een romeinsche synode, 316, uitgevaardigd in de alg. kerkverg. van Constantinopel, 317 ss., en door de pausen bekrachtigd, 318, spreekt het anathema uit over de ketters en over Honorius, 318, doch bevat geen dogmatische verklaring over het al dan niet ketter zijn van Honorius zelf, 322 ss. ; de zoogezegde val van Honorius is dan ook geen bezwaar tegen de onfeilbaarheid des pausen, 319 en 321.

NOTÆ, v. ECCESIA.

Octiduum supplicationum pro unitate Ecclesiæ, 476 ss.

Officium canonicum.

Conclusionis lectionum *Tu autem Domine miserere nobis* explicatio erronea, 471 ; alia ex historia probata, 472 s. Ejus significatio, 474 ; ad quasnam lectiones sit dicenda et quare, 474 s. v. LAUDES ; DOMINICA ; FERIA ; FESTUM.

Officia s. Joannis Eudes approbatum, 422 ; s. Theresiæ ab Infante Jesu et s. Joannis Vianney ad totam Ecclesiam extensa, 251.

Oostersche Scheuring.

Onder de *oorzaken van algemeenen aard* komen vooral het tot stand komen van de pauselijke staten en het stichten van 't Westersch keizerrijk, 384 s., het cæsaropapisme der meestal-ketterschgezinde keizers, 385 s., de heerschzucht der Byzantijnsche patriarchen. 386 s.

De *naaste aanleiding* is geweest de onwettige verheffing van Photius, 387 ; rekening moet ook gehouden met diens eerzuchtig karakter, 388, en het regeeringsprogramma van Nicolaus I, 388.

Orientalium rerum Studia a s. Ecclesia semper promota fuisse atque adhuc provehenda esse exponit Pius PP XI in encycl. « Rerum orientalium » diei 8 mensis septembris 1928, 353 ss. — Instituto orientali firmando consulitur, 360.

PANCHRISTIANISMUS, v. RELIGIO.

Patronus orphanorum declaratur s. Hieronymus Œmiliani ; missionariorum vero s. Theresia ab Infante Jesu, 251.

Peccata reservata absolvi possunt *directe,* a/ in periculo mortis, a quovis sacerdote, 233, extra periculum mortis, vi can. 900 a simplici confessario, 1/ cum confessionem peragunt sive ægroti qui domo egredi non valent, sive sponsi matrimonii ineundi causa, 233 s., 2/ quoties vel legitimus Superior petitam pro aliquo determinato casu absolvendi facultatem denegaverit, 234, vel prudenti confessarii judicio facultas a legitimo superiore peti nequeat sine gravi pœnitentis incommodo, aut sine periculo violationis sigilli, 234 s., 3/ extra territorium reservantis, etiamsi dumtaxat ad absolutionem obtinendam pœnitens ex eo discesserit, 236.

Peccata reservata secundum quosdam absolvi possunt *indirecte,* in casu scil. urgentiori quando pœnitens postea redire potest ad eundem confessarium, secundam alios vero non, 236.

Peccator publicus, 378. Norma servanda quod attinet confessionem, Communionem, et extremam unctionem, 378 s. ; V. HÆRETICUS, SCHISMATICUS.

Peccatum veniale non remittitur sine aliquali pœnitentia, 25, quæ continetur virtualiter in actu charitatis perfectæ et in aliis quibusdam actibus, 26. Contritio debet esse vera, supernaturalis, et summa, non autem universalis, 27, nec perfecta, 28. Ad remissionem peccati venialis conducunt 1/ sacramenta, mediate omnia, speciali tamen titulo Eucharistia, 51 s., quædam vero immediate, 52 ; 2/ sacramentalia autem remote et indirecte, 53. V. CONTRITIO ; SATISFACTIO.

Pensioenen. Strafbepalingen tegen diegenen die de wet over de bediendenpensioenen overtreden, 178.

PHOTIUS, v. OOSTERSCHE SCHEURING.

Prohibitio librorum. Conditiones sub quibus licet clericis sæcularibus edere librum vel scribere in diariis, *a*/ ex jure communi, 36, *b*/ ex jure particulari, 38 s.

Prohibentur libri (Action française) : *a*/ decr. 13 jan, 1928, p. 73 ; *b*/ decr. 3 febr. 1928, p. 177. v. DIARIA.

Religio. Quomodo demonstranda *vera religio*, 398. Nexus hujus demonstrationis cum theologia, 399.

De religionis *vera unitate* fovenda tractat Pius PP XI in encycl. diei 6 mensis jan. 1928, 3 ss. ; obtinenda est non per actionem illam quam panchristiani movent, 5, 9 ss., sed per reditum ad unam veram Ecclesiam Christi, nempe Romano-catholicam, 12 s.

Reparatio ss. Cordi Jesu debita, v. Cultus.

Rex, v. Christus.

Restauratio judaïca. Prophetiæ Aggæi explicantur collatis libris Esdræ, 15 ss., 103 ss. ; prophetiæ Zachariæ I-VIII compendiose proponuntur, 199 ss. ; successio chronologica Nehemiæ et Esdræ, 268 s. ; prima missio Nehemiæ, 270 ; exstructio mœnium et domorum Jerusalem, 271 ; restauratio religiosa, 272 ; secunda missio Nehemiæ et extirpatio abusuum, 273 s. ; — missio Esdræ, 368 s. ; extirpatio matrimoniorum mixtorum, 371.

Rosarium s. Dominici, v. Indulgentiæ

Sacrificia V. T. in genere, 395 ; holocaustum, 395 ss. ; pro peccato et delicto 433 ss

Satisfactio. Remissa offensa per pœnitentiam, non semper remittitur tota pœna, 209 ; justus præstare potest satisfactionem condignam remissionis pœnæ temporalis, 215, easque satisfactiones Deus acceptat in compensationem pœnæ luendæ, 215 s.

Satisfactio sacramentalis qua parte rationem habet vindictæ, proportionari debet gravitati peccati nondum directe remissi, 310, qua parte ratonem habet medicinæ, accommodari debet qualitati peccatorum, 311 ; in commutando satisfactionem, quatenus valet et id expedit, confessarius præ oculis habeat finem medicinalem et vindicativum prioris pœnitentiæ, 313.

Scapularia, v. Indulgentiæ.

Schismaticus, v. Hæreticus.

Spiritus Sanctus repræsentari non potest sub forma humana, S. C. Offic,, 16 martii 1928, 339. Quædam archæologica de repræsentando Deo notatim Spiritu Sancto, 340 s.

Scriptura sacra.

V. T. Psalmorum ad Laudes usus liturgicus, 153-166. Psalm. CXLVIII-CL usus ex Synagoga acceptus, 161 s. v. LAUDES Psalmorum distributio in breviario romano statuta fuit ante tempora s. Benedicti. - Vide RESTAURATIO JUDAICA et SACRIFICIA.

Interpretatio locorum N. T.

Jo., XI . . . . . 41 ss.
» XIV, 1-14 . . . . . 130 ss.
» » 15-24 . . . . . 223 ss.
» » 25-31 . . . . . 302 ss.

Statuta Brugensia explicantur : n. 101, p. 61 ; nn. 169-172, pp. 324 ss. ; n. 179, p. 149.

Stipendium missæ. Explicatur textus n° 57, 4° statutorum diœcesis Brugensis de stipendio missæ in festis abrogatis solvendo operi scholari, 82.

Suspensio a divinis. Explicatur *a*/ suspensio a divinis, *b*/ latæ sententiæ, *c*/ a jure lata, *d*/ nemini reservata, 299 s., prout a Conc. Mechl. IV, decr. n° 131, 4° statuitur.

Virtutes. Notio, 400 ; divisio in v. infusas et acquisitas vel naturales, 400 s. ; facilitas bene operandi tum intrinseca, tum extrinseca, 401 ; quomodo acquiratur vel augeatur extrinseca facilitas per actus virtutis naturalis, 402 ss. ; quomodo per actus virtutis infusæ, 404 ; variæ sententiæ enumerantur et rejiciuntur, 404 ss. ; sententia Ill. Billot qua verisimilior exponitur, 408 s.

Wedden der Geestelijkheid. Wet van 2 Aug. 1928, met uitleg, 424 s. — Dépêche ministérielle du ministre de la justice, en date du 8 mai 1925, p. 342.

Wederbeleg van kapitalen. Waarden die de kerkfabrieken mogen bezitten, 79 ; waarden die voor het wederbeleg der kapitalen mogen dienen, 80.